

chi l'a pi 'd fil farà pi 'd teila

Ex libris

LUIGI FIRPO

27. 6. 2.

FIRPO

3055

BIBLIOTECA NAZIONALE
TORINO

3. H. 2258

4068

RERVM BELGICARVM ANNALES

In quibus Chriſtianæ Religionis, & va-
riorum apud Belgas Principatuum
origines, ex vetuſtis tabulis Prin-
cipumq; diplomatibus hauſtę,
explicantur.

AVBERTVS MIRÆVS Bruxell.
publici iuris faciebat.



BRVXELLIS.

Apud IOANNEM PEPERMANNVM, Biblio-
polam iuratum, Typographumque ci-
uitatis, ſub Biblijs aureis.

EXCELLENTISSIMO
DOMINO
D. ALEXANDRO BOVRNONVILLIO

Duci Bournonuillæ, Comiti Henniaci Lietardi, Vicecomiti Barlini, Baroni Ranchicuriæ & Diuionis, Domino Tamiſiæ &c. Equiti Velleris aurei renuntiato.

IVlius Cæſar, qui Romanorũ primus Galliam Belgicam luſtrauit, ex relatione Gallorum ſe cognouiſſe ſcribit, Belgas noſtros à Germanis ortos fuiſſe. Id ipſum Cor-

 nelius

nelius Tacitus & Ammianus Marcellinus confirmant: ante quorum ætatem res Belgicæ ac Germanicæ velut Cimmerijs in tenebris latuerunt. Germanis porrò variæ perpetuæque Rhenum tranſeundi cauſſæ fuerunt, nunc domeſticæ ſeditiones, nunc prægrauans domi adoleſcentia, aut vberioris agri cupido.

Primos ferè ex Tranſrhenanis TVNGROS, tranſmiſſo Rheno, Gallos ſuis ſedibus expuliſſe volunt: quorum vrbs Aduatuca ſeu Atuacutum olim dicta, Tungro-

rum

rum hodieque nomen retinet. Hi, naſcente primùm Eccleſia, Chriſti doctrinam anno ſalutis circiter quinquageſimo admiſerunt, MATERNO, Petri Apoſtoli diſcipulo, prædicante: cui plures longa ſerie Antiſtites ſucceſſerunt, vſque ad SERVATIVM, ab Athanaſio, Seuero Sulpitio, & Gregorio Turonẽſi, eximiè laudatum. Seruatius, ſub Hunnorum aduentum, cùm nullis orationibus imminentem Galliæ cladem poſſet auertere, relictis Tungris, Traiectum 50.

383. Moſæ conceſſit. Indeque po-
ſtea cathedram epiſcopalem
710. S. Hubertus Leodicum tran-
ſtulit.

In occidua Belgicæ noſtræ parte, Vedaſtus Atrebates & Cameracenſes, Eleutherius Tornacenſes, Audomarus Morinos, Eligius & Amandus Flandros, Antuerpienſes, vicinoſque illis populos Chriſtianis ſacris imbuerunt. Exinde VVillibrordus, Suitbertus, Bonifacius, natione Anglo-Saxones, è Britannia venientes, Batauos ac Friſios, vt populares

lares ſuos, eademq́ue lingua vtentes, ad hæc ipſa amplectenda cùm verbo tum exemplo impulerunt.

Romani porrò Belgicam noſtram vſque ad annum ſalutis quadringẽteſimum decimum tenuerunt: quo tempore Franci, pulſis Romanorum præſidijs, fixam in ea demum ſedem ac domicilium collocarunt. Primus cis Rhenum Pharamundus Rex Francorum exſtitit, cuius ſucceſſor Clodius Cameracum, Atrebatum ac Tornacum Romanis eripuit. Clo- 410.

dionē Merouæus, hunc Childericus excepit; Childerici filius Clodouæus, Romanis vniuerſa Gallia pulſis, regnum vſque ad Pyrenæos mōtes prorogauit, & primus Regum Francorum Chriſti religionem ſuſcepit.

Francorum porrò regnum latiſsimè propagatum in Auſtraſiam ac VVeſtraſiam diuiſerunt, Scaldi ac Moſa fluuijs, cum ſilua Carbonaria, vnam ab altera ſecantibus. Auſtraſiæ primùm Reges, poſteaDuces ampliſsima poteſtate præfuerunt. Auſtraſiæ voca-

vocabulo ſuppreſſo, Lotharingia à Lothario II. Imp. nomen induit, quã primò item Reges, poſtea Duces rexerũt. Secta deniq; Lotharingia in ſuperiorem ſeu Moſellanam, & inferiorem ſeu Moſanam. Moſellanis, anno nongenteſimo quinquageſimo nono, primus à Brunone 959.
Archiduce & Archiepiſcopo Colonienſi Dux datus fuit Fredericus: vt Flodoardus in Chronico ſuo aureo commemorat. Lotharingiæ noſtræ inferioris Dux primus ab Othone II. Imp. anno non-

gente-

genteſimo ſeptuageſimo ſep-
977. timo, conſtitutus fuit Carolus, Ludouici Francorum Regis & Gerbergæ filius, qui Bruxellam aula ac domicilio in Sennæ fl. inſula collocato primus nobilitauit. Sub ditione Ducum Lotharingiæ inferioris, Comites olim *Hainoënſes, Louanienſes, Gelrenſes, Gandenſes, Aloſtani*, Marchiones item *Antuerpienſes*, comprehendebantur.

Horum res geſtas, ex publicis tabulis ac Principum diplomatibus (quibus nihil certius aut fidelius excogitari

tari poteſt) magno labore ac ſumptu depromptas, publici iuris nunc facio; reiectis fabellis ac commentis, quæ de plerorumque apud nos Principatuum originibus homines malè feriati, omniſq; antiquitatis ignari, temerè finxerunt. Itaque non hìc Priamos Tungri, Brabones Brabanti, Foreſtarios Flandri, Alberones Hãnonij, aut Meluſinas Luxemburgici, reperient. Suum hìc *Rothingum* & *Gothilonem* Antuerpia, *Ragineros* quattuor ex ordine Comites Hannonia, *Lambertum*, Ragineri

neri & Albradæ filiũ, itemq́; *Aufridum* ciuitas Louanienſis, *VVicmannum* & *Theodericum* Ganda, *Euſtathios* Bononia, *Balduinos*, *Iuanum* & *Theodericum* agnoſcet ditio Aloſtana. Et verò illuſtrium tot Heroum non dico res geſtas, ſed ne nomina quidem hodie habe-remus, niſi tabulæ ab ipſis ſcriptæ ac ſignatæ nobis ea cõſeruaſſent, atq; ad omnem poſteritatem tranſmiſiſſent.

Vetuſta hæc nobilitatis Belgicæ decora atque ornamenta, noua velut luce donata, EXCELLENTISSIME Do-

DOMINE, ad Te adferre volui, & debui. Volui, quia inter Belgicos proceres & generis ſplendore, & animi magnitudine, & rebus bello fortiter geſtis ipſe emines: debui autem, propter ſingularem tuam erga omnes humanitatem, modeſtiam, integritatem, aliaſque virtutes cùm priuatas tum publicas.

Vt de *Valerano*, *Rogerio*, *Engueramo*, *Roberto*, & aliјs Bournonuillæ toparchis, maioribus tuis, ad veteres Bononię Comites genus ſuum referētibus, nihil dicam: quis OV-

DARTI

DARTI parentis tui militares virtutes, quis expeditiones cum *Carolo V.* in Africa ad Tunetum aduerſus Mauros, cum *Carolo IX.* Rege in Gallia aduerſus Hugonottos, cum *Ferdinando* Duce Albano, *Ioanne Auſtriaco & Alexandro Farneſio* aduerſus Geuſios in Belgica ſuſceptas; quis denique ſummam eius conſtãtiam ac fidẽ in illa nocte temporum ignorat? Quis Atrebatum, adeoque vniuerſam Arteſiam an. 1579. Deo ac Regi eius armis, fortitudine, ac conſilijs adſertam neſcit? Vt non immeritò

meritò Atrebates tutori ac vindici ſuo hoc elogium attribuerint:

Iuſtitia potuit gentes frænare ſuperbas,
Milite magnanimo miſeris ſuccurrere nouit.

Porrò mater veſtra MARIA CHRISTIANA, Amoraldi Comitis Egmondani & Sabinæ Bauaræ filia, lectiſsima matrona, quid non egit, vt optimis Te moribus ac ſtudijs imbueret? Quos labores, quę itinerum incommoda, quamquam ętate grauis, nō ſubijt, vt Annam Auſtriacam Hiſpanię, & Iſabellam Claram Eugeniam Belgicę noſtrę, datas cerneret?

For-

Fortes creantur fortibus,

vt canit poëta Lyricus. *Rogerius Bournonuillius*, vt Tyrius & Taſſus, belli ſacri ſcriptores, narrẽt, apud Antiochiam ſua fortitudine inſignem victoriam peperit, ſuoque ſanguine ſignauit. *Robertus* & *Philippus Bournonuillÿ* ſub S. Ludouico Galliæ Rege ſumma cum laude ordines duxerũt.

Horum & aliorum maiorum tuorũ veſtigijs inſiſtens, cõtra Bohemos rebelles (qui Fredericum Palatinum ſibi Regem elegerant) peditum noſtratium ſex millia, equites

tes item mille è Belgica in Bohemiam, mandante ALBERTO PIO, laudatiſſimo Principe noſtro, feliciter deduxiſti. Porrò quàm fortiter illo in bello Te geſſeris, loquitur grauiſsimum quidem, ſed pulcherrimum oris honeſtamentum, in PISCANA obſidione acceptum; Virtutis inſigne, cum multis ijſq; præſtantiſsimis belli ducibus Tibi commune.

Omitto Legationes varias à Te obitas, ſileo Mathematicæ, Picturæ, omnium deniq̃ue artium atque elegantiarum

rum ſtudium ſingulare: vt artificibus & curioſis hominibus domus tua velut aſylum quoddam eſſe videatur. Sunt & alię domeſticę virtutes: de quibus dicere, tua vetat modeſtia; cui & parebo. Hoc tantùm rogo, vt libens volenſque accipias iſtud animi mei & virtutis tuæ teſtimonium. Bruxellis v. Kal. Maias, M. DC. XXIV.

EXCELLENTIÆ VESTRÆ

ſtudioſiſſimus

AVB. MIRÆVS.

AD LECTOREM.

SIgeberti Gemblacenſis Chronico, ad fidem autographi aliorumq́; mss. codicum a me comparato, & anno 1608. Antuerpiæ edito, Auctarium rerum ab anno 1200. vſq; ad noſtra tempora geſtarum attexui: quod Auctarium, vſque ad an. 1622. à me ſimiliter productum, noſtro permiſſu, R. P. Balduinus Iunius, *cum ſuo Chronico Morali, nuper Coloniæ recudendum curauit.*

Multi poſtea viri litterati ac pij inſtiterunt, vt Chriſtianæ apud Belgas Religionis incunabula ac progreſſus, variorum item apud nos Principatuum, Auſtraſiæ videlicet, Lotharingiæ, Comitatus Hannonienſis, Louanienſis, Namurcenſis, Gandenſis, Aloſtani, & aliorum initia, è fidis claſſicisque ſcriptoribus, explicanda mihi

ſumerem. Quorum pio in Religionem ac patriam adfectui deſiderioq́; vt facerem ſatis, Annales *hoſce* Belgicos, *à multis retrò annis, cùm otio abundaremus, delineatos, & ex Principum noſtrorum Donationibus ac Diplomatibus (quæ vnum in corpus conflata hoc ipſo anno publicauimus) mirificè auctos, mihi excidere ſum paſſus. Erunt alij, vt confido, qui perficient: his viam ſtrauiſſe, & velut digito fontes, ex quibus tutò haurire poßint, indicaſſe, mihi ſuffecerit.*

Scripto-

Scriptores, & libri quibus vſi ſumus.

ÆGidius Bucherius.
Ammianus Marcellinus.
Andreas Marchianéſis obijt 1194.
Andreas Quercetanus.
Anſelmus Gemblacenſis.
Athanaſius Epiſc. Alexandrinus.
Baldericus Tornacen. Epiſcopus, idemque Chronographus Cameracenſis, obijt 1112.
Cæſar Baronius.
Caroli Calui Capitula.
Christophori Brouueri mss. Annales Treuerenſes.
Chronica mss. Aquicinctini, Elnonenſis, Fontanellenſis, Gandéſis, & aliorũ monaſteriorum.
Conciliorum Acta.
Conradus Lichtenauius, Abb. Vrſpergenſis.

Corne-

Cornelius Tacitus.
Dauid Lindanus.
Eginhartus, Caroli M. Cancell.
Flodoardi Chronicon & Hiſtoria
Remenſis.
Franciſcus Haræus.
Fulcuinus Abbas & Chronographus Laubienſis obijt 990.
Gregorius A. Turonenſis.
Guilielmus Heda.
Guilielmus Tyrius.
Hermannus Contractus.
Hillarius Epiſcopus Pictauienſis.
Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis.
Iacobus Guiſius obijt 1398.
Iacobus Meierus obijt 1552.
Iac. Marchantius.
Iac. Vitriacus obijt 1240.
Ioannes Iac. Chifletius.
Ioannes Iperius.
Ioannes Tilius.

Irenæus

Irenæus Epiſc. Lugdunenſis.
Iulius Cæſar.
Iuſtus Lipſius.
Lambertus Ardenſis, ordinis Præ-
monſtratenſis.
Lambertus Scafnaburgenſis.
Leo Oſtienſis.
Leodicenſium rerum ſcriptores.
Marianus Scottus.
Notitia Imperij.
Odericus Vitalis, monachus Uti-
cenſis.
nuphius Panuinius.
arius Marcanus.
apirius Maſſonus.
ulus Æmilius.
trus Damianus.
trus Diuæus.
trus Oudegerſtius.
lippus Ferrarius.
azani Annales.
Plinius.

Pontus

Pontus Heuterus.
Regino Abbas Prumienſis.
Rogerus Houedenus.
Robertus Abbas Montis S. Michaelis.
Robertus Gaguinus.
Rodulfus Abbas & Chronographus Trudonenſis obijt 1138.
Sammarthani fratres.
Seuerus Sulpicius.
Sidonius Apollinaris.
Sigebertus Gemblacẽſis ob. 1112.
Simeon Metaphraſtes.
Stephanus Vinandus Pighius.
Suffridus Petrus.
Tertullianus.
Theofridus Abbas Epternacenſis.
Vallis Rubræ libri mss.
Witichindi geſta Saxonica.

RERVM

RERVM BELGICARVM ANNALES.

IVLIVS CÆSAR Proconſul cum exercitu in Galliam venit, & bellum Gallicum incohat, anno à condita Vrbe Roma 696. *Anno 696. ab Vrbe condita.*

Quintus Cicero Cæſaris in Gallia legatum agit. Epiſtolæ à M. Tullio Cicerone ad Quintum fratrem lib. 2. hoc anno ſcriptæ ſunt. 698.

Bello contra Tenchteros & Vſipetes geſto, Cæſar per Morinos (vnde breuiſſimus tranſitus erat) in Britanniam traijcit. Reuerſus Morinos rebellantes vincit, & Menapios in deditionem accipit. 699.

Romanis legionibus in hiberna diuiſſis, populoſque in fidem acceptos nauibus imperatis ac tributo diuexantibus, AMBIORIX occaſionem arripit Belgas ad defectionem concitandi.

Anno Hoc duce, Cæſaris legati, L. Arunculeius Cotta, & Q. Titurius Sabinus, cum exercitu, cui præerant, apud Atua-
Tongeren. cutum circumuenti delentur, & Q. Ciceronis hiberna acerrimè oppugnantur, donec Cæſare cum legionibus accurrente, Belgis fuſis, caſtra Ciceronis liberantur.

700. Anno ſequenti Menapij, datis obſidibus in fidem à Romanis accipiuntur, Ambiorix fugatur, Ciceronis caſtra ad Atuacutum Sicambri dubio euentu aggrediuntur, Eburones vaſtantur.

701. Iulia Cæſaris filia, Pompeio nupta, moritur.

703. Dum à Romanis Alexia obſidetur, Corbeus Bellouacos, Comius Atrebates ſuos armat, ad Galliæ vniuerſæ libertatem vindicandam & recuperandam. Hos Cæſar cum Romanis legionibus adortus prælio deuicit, Corbeo cæſo, & Comio in fugam verſo.

704. Cæſar C. Trebonium legatum, & quattuor legiones cum in Belgio collocaſſet, maximis itineribus in Italiam tendit.

705. Bellum ciuile menſe Ianuario incohatur:

batur. M. Antonius & Q. Caſſius, Tribuni plebis Vrbe pulſi, ad Cæſarem confugiunt: Pompeius cum C. Marcello & L. Lentulo Cōſulibus in Grçciam fugit. *Anno*

Cæſar Italiæ dominus intra dies 60. efficitur, Hiſpaniam poſtea occupat, & Maſſiliam expugnat.

Prælium Pharſalicum inter Cæſarem & Pompeium quo tempore Cicero Dyrrachij agebat. 706.

Pompeius: Kal. Octobris interficitur.

Cæſar Alexandriam venit, ibique menſes nouem moratur.

Prælium ad Mundam cum Pompeij filijs, die 17. Martij, committitur. 709.

C. Iulius Cæſar die 15. Martij interficitur. 710.

M. Antonius, C. Octauius Auguſtus à Iulio Cæſare auunculo magno adoptatus, & M. Æmilius Lepidus ad Bononiam inter ſe reconciliati, Triumuiratum conſtituunt, aduerſarios ſuos, in his M. Tullium Ciceronem, proſcribunt. 711.

Ouidius Naſo poëta naſcitur 20. Martij.

Anno Lugdunum, Galliæ vrbs nobiliſſima, ad Rhodanum, ab exulibus Vienna pulſis conditur. *Dio lib.* 46.

Cicero cùm annum ætatis 64. expleuiſſet, per Popilium, iuſſu M. Antonij interficitur, anno ante Chriſtum natum 40.

M. Brutus & Caſſius, Cæſaris percuſſores, ab Octauio & Antonio ad Philippos victi, ſibi ipſis mortem conſciuerunt.

713. Herodes ab Antonio Tetrarcha Iudeæ conſtituitur. Octauianus L. Antonium, Marci fratrē, ad Peruſiam vincit: vóluptatibus interea indulgente M. Antonio, cum Cleopatra.

Octauianus repudiata Claudia, vxorem ducit Scriboniam, quæ Iuliam ipſi peperit.

714. Marcus Antonius, Octauiano Auguſto reconciliatus, ſororem ipſius Octauiam ducit: ex qua duæ filiæ Antonio natæ, Antonia minor, Druſo Germanico, Tiberij Cæſaris fratri, pòſt nupta, & Antonia maior, L. Domitij poſtea coniux

Cùm in gratiam Auguſtus & Antonius

nius redijſſent, facta Imperij diuiſione, Anno
inter ceteras prouincias Gallia Augu-
ſto ceſſit, eiuſque mandatis omnia ibi
geſta ſunt.

M. Agrippa itaque eo anno, quo cum L. Gallo Conſulatum geſſit, contra Gallos rebelles bellum geſſit, cuius ipſe cauſa ſecundus inter Romanos Rhenum tranſiuit.

714. Herodes Romam fugiens Rex Iudeæ ab Antonio & Auguſto deſignatur, anno 37. ante Chriſtum natum. Auguſtus & Antonius cum Sexto Pompeio, Cneij filio, pacem ineunt.

715. Auguſtus Liuiam, viuo priore marito Tiberio Nerone, cùm eſſet grauida, vxorem ducit. Tertio pòſt menſe Claudius Druſus ex Liuia naſcitur. Huic poſtea Germanici cognomentum fuit, ob res in Germania noſtra, itemque Tranſrhenana præclarè geſtas.

723. Auguſtus Antonium & Cleopatram ad Actium promontorium vincit, & ſolus Imperium Romanum obtinet, anno 28. ante Chriſtum natum.

724. Antonius & Cleopatra ſibi ipſis mortem conſciuerunt.

Anno 725. Orbe vniuerſo iam pacato, Auguſtus templum Iani claudit.

Auguſtus V. Conſul de nonnullis Galliæ ac Germaniæ populis, & cum eo C. Albius Carinas, Romæ triumphauit, qui Morinos alioſque rebellionis ſocios domuerat, & Sueuos Rhenū transgreſſos profligarat.

726. Conſulatus ſui anno VI. Auguſtus, facta inter ipſum & Senatum prouinciarum partitione, Galliam Belgicam inter ceteras prouincias decennali imperio regendam ſuſcepit, eiuſque curationi Proprætorem aut Legatum præfecit.

C. Sentio, & Q. Lucretio Conſulibus, M. Agrippa Gallijs adminiſtrandis præficitur. Quo tempore Galli inteſtinis ſeditionibus laborabant, & à Germanis infeſtabantur: quos motus Agrippa ſedauit. Idem Agrippa Vias quatuor militares per Gallias duxit, teſte Strabone: ex quibus vnam per Ambianos & Atrebates duxit. Quod & intelligi datur ex numiſmatibus, quæ plurima in agro Atrebatenſi quotidie eruuntur, hac inſcriptione: M. Agrippa III.

pa III. Consvl. Idem Agrippa pòſt *Anno*
Iuliam Auguſti filiam duxit vxorem. 734.

Poſt trienniū, belli Germanici metus Auguſtum ex Vrbe euocauit. Sicambri, Vſipetes & Tenchteri Romanos quoſdam in agro ſuo deprehenſos in crucem ſuſtulerant, Rhenoque tranſmiſſo è Gallia prędas egerant, Romanum equitatum contra ſe miſſum ex inſidijs interceperant, eorumque Præfectum M. 737.
Lollium trucidarant. Hos Cæſar Auguſtus, expeditione ſuſcepta, ſine prælio compeſcuit.

Druſus, Galliæ Proprætor conſtitu- 738.
tus belloque Germanico præfectus res geſſit memorabiles. Sicambros, duce Melone, Galliam incurſantes, & ſocios repreſſit, ne Rhenum traijcerent, Fossamqve noui & immenſi operis duxit, qua Rhenum in Salam ſeu Iſalam deduxit, quæ ab auctore dicta eſt Drvsiana. Vſipetum agrum, iuxta inſulam Batauorum, populatus, & ſecundo Rheno in Oceanum deuectus, Bructeros nauali prælio ſuperauit, & Friſios in fidem accepit: quorum opera maximum periculum euaſit, cùm in

Anno Chaucorum fines progreſſæ Romanorum naues, receſſu maris, in ſicco hærerent.

Anno proximè ſequenti veris initio, Druſus Rhenum tranſiuit, Vſipetes domuit, Lupiam fl. ponte ſtrauit, in Sicambros irrupit, Tenchteros afflixit, &
743. captos attriuit. Hinc Cheruſcorum, Sueuorum & Sicambrorum copijs ſuperatis, ad Viſurgim vſque cum exercitu penetrauit.

Inde reuerſus, non ſine ſummo diſcrimine, cum caſtella duo, ad Lupiæ & Aliſonis confluentem, & in Rheni ripa, conſtruxiſſet, peracta Prætura, honores proconſulares meruit.

745. Repetita in Germaniam expeditione, Cattis ſuperatis, vſque ad Sueuos peruenit. Inde conuerſo in Cheruſcos itinere, Viſurgim tranſgreſſus, ad Albim vſque populabundus perrexit.

746. Obijt autem Druſus anno ætatis 30. cui cenotaphium inter Lupiam & Rhenum, non autem Moguntiæ, poſitum fuiſſe Lipſius in Notis ad lib. 2. Annal. Taciti docet. Serarium rerum Mogunt. lib. 1. cap. 15. conſule. Ceterùm adeò noſtra-

noſtratibus olim Druſi nomen formi- *Anno*
dabile exſtitit, vt hodieque formula ſit male precantis, *Dat v den Droes hale*, hoc eſt, Druſus te auferat ſeu auehat.

Druſi epicedion Ouidius ad Liuiam Druſillam ſcripſit:

Maximus ille armis, maximus ille toga &c.

Druſo è viuis ſublato, TIBERIVS NERO, eius frater, molem belli Germanici excepit, qui Germanos ſtudio partium inter ſe commiſſos, mutuiſque factionibus attritos oppreſſit, quos ſociatos metuebat, Rhenoque tranſmiſſo, magnam Germanię partem, inter Albim & Rhenum, in prouinciam redegit, multa Sicambrorum, & Sueuorum dediticiorum millia traduxit, agrumque inter Rhenum, Moſam, & Vahalim habitandam conceſſit.

IESVS CHRISTVS, Dei filius, *An. 1.*
ex MARIA Virgine naſcitur VIII. *Chriſti.*
Kal. Ianuarij, anno ab Vrbe condita ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecũdo, Auguſti Imperij anno quadrageſimo ſecundo. Quidam ex hoc annorum numero annum, alij plures annos detrahunt: nos aliorum ſententijs conſidera-

tis,

Anno tis, quod maiori fide & auctoritate niti videbatur, id ſecuti ſumus.

2. Octauo pòſt die, Kalendis ipſis Ianuarijs, CHRISTVS circumciditur. Sit itaque hic annus Chriſti ſecundus, iuxta calculum nunc vſitatum, quo anni à Kalendis Ianuarijs incohantur.

8. Tiberius, deuictis Caninefatibus, Bructeris & Cheruſcis, ad Albim vſque Romani imperij limites profert, & claſſem ex Oceano per Albim ſubuehit.

12. Quintilius Varus cum tribus legionibus Romanorum in Germania ab Arminio, Cheruſcorum duce, cæditur: vt Vellius Paterculus lib. 2. Cornelius Tacitus lib. 1. Annalium, & Florus lib. 4. cap. 12. commemorant. Tacitus locum prælij in Weſtphalia perſpicuè indicat. *Eductum inde agmen ad vltimos Bructerorum, quantumq́; Amiſiam & Lupiam amnes inter, vaſtatum eſt, haut procul Teutoburgienſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari legionum inſepultæ dicebantur.*

17. Auguſtus Imp. Nolæ in Campania moritur: ſuccedit CLAVDIVS TIBERIVS, Auguſti priuignus.

18. Germanicus Cæſar, Druſi filius, vincit

cit Arminium, Cheruſcorum ducem, *Anno*
& vxorem Arminij capit. *Tacitus.*

Germanicus Rheni oſtia præterna- 19.
uigans, in Amiſium claſſem ducit, &
Viſurgim tranſgreſſus, Arminium &
Germanos, bellum inſtaurantes, vincit, anno ſexto poſt cladem Varianam.

Germanicus de Cheruſcis, Cattis, 20.
alijſque Germaniæ populis à ſe deuictis
triumphat.

Germanicus veneno à Piſone dato 22.
necatur. Arminius Cheruſcorum Dux
moritur.

Neroni, filio Germanici, Iulia Druſi 23.
filia nubit.

Pontius Pilatus Præſes in Iudæam 29.
mittitur. *Ioſephus lib.* 18. *cap.* 4.

Agrippina vxor Germanici, & Nero 33.
filius in inſulam relegantur.

IESVS CHRISTVS, pro ſalute huma- 34.
ni generis crucifixus, moritur.

Druſus Germanici filius fame extin- 36.
guitur, & Agrippina Germanici vxor
moritur.

Tiberius Imp. moritur die 16. Martij: 39.
ſuccedit CAIVS CALIGVLA. Is rerum
potitus Batauorum numerum, quos
circa

Anno circa ſe, ad corporis ſui cuſtodiam, habebat, ſuppleuit.

Ad Oceanum Germano-Belgicum cùm veniſſet, ridiculam expeditionem in Britanniam ſuſcepit. Nam quaſi bellum perpetraturus, directa acie, in Oceani littore, & baliſtis machiniſque diſpoſitis, nemine gnaro aut opinante quidnam cœpturus eſſet, repentè vt conchas legerent, galeaſque & ſinus replerent, imperauit, ſpolia Oceani vocans, Capitolio Palatioque debita.

Het huys te Bretten. Haut procul ab Arce Britannica, quæ ad medium Rheni oſtium, ſub aquis Oceani latet, nautis Hollandicis notus eſt locus, *Den Caillart* nuncupatus, vbi

Suet. olim TVRRIM CALIGVLÆ ſuſpicor extitiſſe. Rudera à nautis quotidie contis tanguntur: quod à Batauo iſtarum rerum curioſo iam olim accepi.

43. Caligulæ defuncto ſuccedit Imp. CLAVDIVS: ſub quo Cheruſcorum

46. gens Regem ſibi Roma petijt, proceribus per interna bella deletis, & vno reliquo ſtirpis regiæ, qui in Vrbe agebat, nomine Italus. Paternum huic genus è Flauio

Flauio Arminij fratre: mater ex Catu- *Anno*
mero Cattorum Principe erat.

Chauci Germaniam inferiorem, cui 47.
præerat Sanquinius, incurſat, duce Gannaſco, qui natione Caninefas ſub Romanis diu meritus pòſt transfuga nauigijs prædabundus Gallicam maximè oram inueſtabat. Sed DOMITIVS CORBVLO prouinciam ingreſſus, triremibus ex Oceano in Rhenum ac Vahalim adactis, lintres hoſtium depreſſit, Gannaſco etiam exturbato.

Idem Corbulo inter Moſam ac Rhe- *Foſſa*
num, trium & viginti millium ſpatio, ſi- *Corbu-*
ue, vt Dio ſcribit, ſtadiorum CLXX, *lonis.*
Foſſam produxit.

His ferè temporibus VESPASIANVM, qui poſtea Imperator, Legatum legionis in Germania fuiſſe exiſtimo. Notat id Suetonius: *Claudio,* inquit, *Principe, Legatus legionis in Germaniam Veſpaſianus miſſus eſt, inde in Britanniam tranſlatus.*

Anno Claudij Imp. decimo, Agrip-
pina, eiuſdem Claudij coniux, in opi- 50
dum Vbiorum, ad Rhenum, quo genita erat, coloniam deduci imperat: quod

exvoca-

Anno ex vocabulo ipſius Colonia Agrippina eſt nuncupatum. *Corn. Tacitus lib.* 12. *Annal.*

Circa annum eumdem, Eucharius, Valerius & Maternus, viri Apoſtolici, à S. Petro Apoſtolorum principe, Roma in Galliam Belgicam miſſi, Treueris, Coloniæ & Tungris Chriſtianæ Religionis fundamenta poſuerũt. Tungrorum metropolis tunc erat *Aduatuca* ſeu *Atuacutum*; cuius Iul. Cæſar in commentarijs De bello Gallico & Ptolomæus meminerunt.

57. *Foſſa inter Moſellam & Ararim.* Claudio ſuccedit NERO Imperator: ſub quo L. Vetus Moſellam atque Ararim, facta inter vtrumque foſſa, connectere conatus eſt, vt copię per mare, dein Rhodano & Arare ſubuectę, per eam foſſam, mox pet Moſellam in Rhenum, ac demum in Oceanum decurrerent; adeoque nauigabilia inter ſe Occidentis ac Septemtrionis littora fierent. Sed Ælius Gracilis, Belgicæ Legatus, per inuidiam à tam præclaro opere Veterem deterruit.

Nec multò pòſt Curtius Rufus in agro Mattiaco recluſit ſpecus, ad venas argenti

argenti quęrendas: vnde tenuis fructus, nec diuturnus fuit. *Anno*

Paullinus quoq; Pompeius aggerem, coërcendo Rheno ante annos 63. à Druſo Germanico incohatum abſoluit: qui agger medio Rheni alueo, in ripa Gallica, obiectus iacet. *Agger Rheni Druſianus.*

Iiſdem temporibus *Friſij* limitaneos agros, militum vſibus ſepoſitos, inuaſerant, auctoribus *Verrito* & *Malorige*, qui nationem illam regebant. Iamque fixerant domos, & ſolum iſtud vt patrium exercebant, cùm Didius Auitus, minitando vim Romanam, niſi in vetera loca abſcederent, aut nouas ſedes impetrarent, perpulit Verritum & Malorigem Romam proficiſci.

Eò cùm veniſſent, vt exteris magna omnia oſtendi ſolent, ad Pompei theatrum deducti ſunt, quo magnitudinem Populi Romani viderent. Illic dum conſeſſum caueæ, & diſcrimina ordinum curioſiùs intuentur, & quis Eques, vbi Senatus, percunctantur, quoſdam cultu externo in ſedibus Senatorum conſpiciunt. Et quinam eſſent rogitantes, poſtquam audiuerunt earum gentium

Anno tium Legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitia Romana præcellerent, exclamant, NVLLOS MORTALIVM ARMIS AVT FIDE ANTE GERMANOS ESSE: & digreſſi inter Senatores conſident.

NERO ciuitate Romana vtrumque donauit, & honorificè dimiſit; Friſios autem agris decedere iuſſit: quos poſtea Anſibarij occupauerunt.

Nerone defuncto, omnia in Imperio Romano conturbata; ſuccedentibus ex ordine GALBA, OTHONE, VITELLIO, & VESPASIANO, quorum res geſtas Tacitus, Suetonius, & Dio ſcripſere.

70 *Bellum Batauorum.* Turbatis Imperij rebus, BATAVI, Caninefates, Catti, Bructeri, Tenchteri & aliæ nationes Germanicæ à Romanis deficiunt, nactæ oportunitatem vindicandi ſe in libertatem. Batauis auctor defectionis fuit CLAVDIVS CIVILIS, regia ſtirpe genitus. Frater illi fuerat IVLIVS PAVLLVS, quem Fonteius Capito, rebellionis falsò accuſatũ interfecerat. Ciuili, poſt XXV. annorum in caſtris Romanis militiam, catenæ

fuerant

fuerant iniectæ: miſſuſque ad Neronem, & à Galba abſolutus, ſub Vitellio rurſus in diſcrimem inciderat. Inde cauſæ irarum, ſpeſque rei bene gerendæ exturbato Rom. Imperij ſtatu. Anno

CIVILIS itaque, vltrà quàm barbaris ſolitum, (vt Taciti verbis vtar) ingenio ſolers, & Sertorium ſe aut Hanibalem ferens, ſimili oris de honeſtamento, veritus, ne ſibi obuiam iretur, ſi à Populo Romano palam deſciuiſſet, Veſpaſiani amicitiam, ſtudiumque partium prætendit.

Igitur diſcidij certus, occultato interim altioriore cōſilio, certa ex euētu iudicaturus, nouare res cæpit: paulatimque progreſſus, vniuerſam penè Galliam, magnāque Germaniæ partem ad arma cōtra Romanos concitauit. Vniuerſum belli progreſſum, qui volet, apud Tacitum legat: cuius aliquot libros periiſſe, meritò omnes dolent.

Fuit autem Tacitus, ſub Veſpaſiano, Galliæ Belgicæ Procurator: quo factum eſt, vt fideliter ac curioſè admodum Rheni tractum omnem, vſque ad Oceanum, vrbeſque Germaniæ inferioris ac

Anno ſuperioris, in Rheni ripa Gallica ſitas, caſtra quoque Romanorum, ad eandem ripam diſpoſita, deſcripſerit.

Germanicorum bellorum libros etiam aliquot ſcripſerat Plinius; qui pariter, magno Germaniæ damno, perierunt, vt & Liuij Hiſtoria rerum ſub Auguſto geſtarum.

71. Hieroſolymorum vrbs à TITO Veſpaſiani filio expugnatur.

DOMITIANVS Imp. in Galliam & Germaniã cum exercitu profectus, hoſte nunquam viſo, in Italiam rediјt: ſummo tamen ſtudio GERMANICI nomen affectauit: quod numiſmata ab ipſo cuſa teſtantur.

Sub Domitiano, cohors Vſipiorum in Britanniam tranſmiſſa eſt, moderante illic res Romanas IVLIO AGRICOLA: cui Batauorum cohortes tres tam fidam operam præſtiterunt, vt ipſorum virtuti potiſſimùm debellatæ ab Agricola Britanniæ laus adſcripta ſit. Tacitum conſule in Agricolæ vita.

NERVA COCCEIVS Imperio

100. cedens, ad TRAIANVM, natione Hiſpanum, Coloniæ Agrippinæ ad Rhenum

num agentem, Imperij inſignia tranſ- *Anno*
mittit. Is Germaniam inferiorem ac ſuperiorem humanitate ac clementia ad optimum ac florentiſſimum ſtatum reduxit, & limitē Imperij ad Rhenum, exſtructis caſtris, munimentis ac colonijs firmauit. Quod & nomina locorum indicant: vt *Legio triceſima Vlpia*, & *Legio Traiana*, item *Colonia Vlpia Traiana.*

M. AVRELIO ANTONINO 196.
PHILOSOPHO imperante, Marcomanni, Nariſci, Hermonduri, Quadi, & alij Germaniæ populi contra Romanos ſeſe mouerunt. Quo tempore Chriſtianorum militum precibus celebris illa victoria eſt reportata, quam ipſe M. Aurelius litteris ad Senatum miſſis vſque adeò celebrauit, vt etiam in delatores & accuſatores Chriſtianorum animaduerti iuſſerit. *Marcomãnica victoria.*

De hac Tertullianus ad Scapulam: *Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione, Chriſtianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in ſiti ſua impetrauit.* Et in Apologetico: *Requirantur litteræ M. Aurelij grauiſſimi Imperatoris, quibus illam Germanicam ſitim Chriſtianorum*

Anno *rum militum* (Fulminatricis legionis, quæ maximè conſtabat ex Chriſtianis) *precationibus, impetrato imbri diſcuſſam conteſtatur. Qui ſicut palam ab huiuſmodi hominibus pœnam dimouit, ita alio modo palam diſperſit, adiecta etiam accuſatoribus damnatione, & quidem tetriore.*

Harum litterarum exemplar è Latino in Græcum tranſlatum apud Iuſtinum Martyrem, in Apologia ad Antoninum Pium, exſtat. Hiſtoriam plenè Oroſius lib. 7. cap. 15. narrat: cuius & Euſebius in Chronico ſuo alijque meminerunt.

Horum militum Chriſtianorum operâ haut dubiè Religio Chriſtiana mirificè per Germaniam omnem eſt propagata.

Sub eodem Antonino CL. PTOLOMÆVS, patria Alexandrinus, profeſſione Mathematicus, vixit; teſte Suida. Is Galliam Belgicam ſic deſcripſit.

Belgica per Ptolemaica GALLICÆ BELGICÆ latus quo Occaſum reſpicit iuxta Lugdunenſem tractum expoſitum eſt: Septentrionale vero iuxta Oceanum Britannicum ſic ſe habet: poſt.

Sequanæ fl. oſtia *Seine*.

Frudij

Frudij fl. oſtia *Sambre.*
Icium promontorium

MORINORVM.

Geſſoriacum nauale *Viſant vel Bologne.*

Tabudæ fl. oſtia. *Schelde.*
Moſæ fl. oſtia. *Maes.*

BATAVORVM

Lugdunum, *Leyden.*
Rheni fl. oſtium occidentale. *T'gat vande Maes.*
Medium Rheni oſtium: *nunc arenis obſtructum infra Leydam.*
Orientalius eius oſtium, *T'Vlye gat.*
Latus autem, quod ad ſolis ortum ſpectat, à Rheno fl. terminatur iuxta Magnam Germaniam.
Deinde locus qui iuxta Obrincum fl. extenditur ad occaſum. *Moſelle.*
Tum locus qui eſt à fonte fluuij in Alpibus, qui vocatur mons Adulas.
Iuraſſus mons, Cæſari alijſque Vogeſus, & Iura. *Mont Iou.*
Latus verò meridionale coniungitur cum

Anno tur cum reliqua parte Galliæ Narbonenſis. Protenditur autem à dicto iam communi termino Galliæ Lugdunenſis & Narbonenſis, vſque ad communem finem Alpium & Adulæ montis.

Tenent autem maritima, multum etiam in mediterraneis occupantes, iuxta Sequanam fluuium,

ATREBATII.

Quorum vrbs Metacum. *Arras, alijs Nemetocum, Iul. Cæſari Nemetocenna.*

Poſt hos quaſi ad ortum vergentes,

BELLOVACI,

Quorum vrbs Cæſaromagus, *Beauuois.*

AMBIANI,

Et vrbs eorum Samarobriga *Amiens.*

Poſt quos ad ortum,

MORINI,

Horum mediterranea vrbs Taruana, *Terouane, ſolo æquata à Carolo V. Imp.*

Deinde

Deinde poſt Moſam fluuium, *Anno*

TVNGRI,

Et vrbs eorum Atuacutum, *Tongren*.
Deinde poſt Moſam fluuium

MENAPII

Et vrbs eorum Caſtellum. *Keſſel.*
Sub commemoratis autem gentibus habitant maximè ſeptentrionales

NERVII,

Quorum vrbs Bagacum *Bauay*.
Sub his, ab oriente Sequanæ,

SVBANECTI,

Quorum vrbs Rotomagus, *Roan*.
Sub quibus

VEROMANDVI

Quorum vrbs Auguſta Veromanduorum, *Vermand l'Abbaye*.
Sub ijs

Anno

SVESSONES.

Quorum vrbs ſimiliter ad Orientem Sequanæ.

Auguſta Sueſſonum *Soiſſons.*

Poſt quos iuxta fluuium Sequanam

REMI

Et eorum vrbs Durocortorũ, *Reims.*

Orientaliores verò Remis, ſed magis Septentrionales ſunt

TREVERI.

Quorum vrbs Auguſta Treuerorum, *Trier* His mag s meridionales ſunt

MEDIOMATRICES.

Quorum vrbs Diuodurum, *Mets.*

Sub his & Remis ſunt

LEVCI.

Quorum vrbs Tullum, *Toul.*

Naſium, *Nancy.*

Regio verò, quæ circa Rhenum fluuium, eſt à mari vſq; ad Obrincum fluuium, INFERIOR GERMANIA appellatur, in qua vrbes ab occidentali *Moſelle* parte

parte Rheni hæ ſunt. *Ann.*

Batauodurum, mediterranea Batauiæ. *Poſteriores vocant Duroſtadium. VVyck te Deurſtede.* Sub qua

Vetera, in qua Legio triceſima Vlpia. *Santen.*

Tum Agrippinenſis. *Colen.*

Tum Bonna. *Bon.*

Tum Traiana Legio.

Tum Moguntiacum, *Ments.*

Hactenus Ptolemæus de Gallia Belgica. In Germania ſua magna, præter Rhenum idem Ptolemęus memorat Albim, *Elbe*, Viſurgim *VVeſer*, Amaſum *Ems*, & Vidrum *Vecht*, flumina; Friſios; Saxones & alios populos; Fleuum *Het Vlye*, Teceliam, *Texel*, Aſiburgium *Aſburg*, Naualia, Mediolanium *Metelen*, Luppiam *Lipſtadt*, & alias vrbes.

Eiuſdem Imp. Antonini nomine Itinerarium circumfertur, quod haut dubiè perantiquum maximæque fidei, cuiuſcumque demum mandato, aut manu ſit ſcriptum. Nam quod Byzantium ſeu Conſtantinopolis additur, gloſſema eſt, poſteriore manu adiectum. Ex Itinerario itaque *Antonini Itinerarium.*

que

Anno que Antonini hæc habe.

Straſburg.

ITER ARGENTORATO AD VETERA CASTRA.

BRotomagum	*Bruomad.*
Concordiam,	*Kocherſeperg.*
Nouiomagum,	*Speyr* ad Rhenum.
Bingium,	*Bingē infra Mogunt.*
Antunnacum,	*Andernach.*
Baudobricam,	*Bopparden.*
Bonnam,	*Bon ad Rhenum.*
Coloniam Agrip.	*Colen.*
Durnomagum,	*Dournmagen.*
Buruncum,	*Burick*
Noueſium,	*Nuys.*
Geldubam,	*Gelb.*
Calonem.	*Cellern.*
Vetera caſtra,	*Santen.*

Reims.

A Durocortoro Geſſoriacum.

SVeſſiones,	*SOiſons.*
Nouiomagum,	*Noyon.*
Ambianis,	*Amiens.*

Ponti-

Pontibus, *Pontieu.* *Anno*

Geſſoriacum, *Viſant* vel *Boloigne.*

A DVROCORTORO TREVEROS.

LOngouicus *Longy̆*

Epoſium vicus· *Iuois*

Orolaunum vicus. *Arlon*

Epternacum vicus *Echternach.*

Treueros, *Trier.*

A LVGDVNO CAPITE GER- *Leyden.*
MANIARVM, ARGENTORATVM.

ALbinianas, *Alphen.*

Traiectum, *Vtrecht.*

Mannariacum, *Maurick.*

Caruonem, *Reynecom.*

Harenacium, *Arnhem.*

Burginacium, *Cranenb.*

Coloniam Traianam, *Kelle.*

Vetera, *Santen.*

Calonem, *Cellern*

Nouefium, *Nuys.*

Coloniam Agrippinam, *Ceulen.*

Bonnam, *Bon.*

Antunacum, *Andernach.*

Con-

Anno Confluentes, *Coblentz.*
Bingium, *Bingen.*
Nouiomagum, *Numagen, ad Moſellam.*
Treueros, *Trier* ad Moſellam.
Diuodurum, *Metz* ad Moſellam.
Pontem Saruix, *Sarbrug* ad Saram fl.
Argentoratum, *Straſburg*, ad Rhenum.

A TREVERIS AGRIPPINAM.

Bedam vicum, *Bidburg.*
Auſanam vicum, *Palleſcheid.*
Ecorigium vel Icorigium vicum, *Ruyt.*
Marcomagũ, *Duren*, Tacito Marcodurũ.
Belgicam, *Bullingen* vel *Balckhuſen.*
Tolbiacum vicum Vbiorum, *Sulpich.*

A TREVERIS ARGENTORATVM.

Baudobricam, *Boppart.*
Saliſſonem,
Bingium, *Binge* ad Rhenum.
Moguntiacum, *Ments* ad Rhenum.
Brotomagum, *Brouad.*
Nouiomagum, *Spier.*
Argentoratum, *Straſburg.*

A COLONIA TRAIANA COLONIAM AGRIPPINAM.

MEdiolanum, *Moylandt.*
Sablonibus, *Sambeck.*
Mederiacum, *Mierle.*
Theudurum, *Tudderen* prope *Sittart.*
Coriouallum, *Falkenburg.*
Iuliacum, *Gulick.*
Tiberiacum, *Berchem.*
Coloniam Agrippinā, *Colen* ad Rhenū.

A PORTV GESSORIACO BAGACVM.

TAruenna, *Teruane*, vrbs exciſa an. 1553.
Caſtellum Morinorum, *Caſſel*, Flandriæ opidum.
Vironiacum, *Verwick*, *Vervueken vicus ad Liſam.*
Turnacum, *Tournay*, *Dornick*
Pons Scaldis, *Eſcau pont*, vicus infra Condatum, vbi rudera ac fundamēta pontis ſub aquis etiamnum latent.

Baga-

Anno Bagacum. *Bauay*, Hannoniæ opidum.

A CASTELLO per compendium TVRNACVM.

MInariacum *Stegre*, Gallis *Eſterre*, vicus ad Liſam: cui vico vicinum eſt *Merghem*, quod eſt Mauronti villa. Viæ tamen militares, quæ aliquot ibi confluunt, non Merghemum, ſed Stegram rectà ad pontem Liſæ fl. ducunt.
Turnacum, *Tournay*.

A CASTELLO AGRIPPINAM.

MInariacum, *Stegre*, alijs *Merghem*.
Nemetacum, *Arras*, Cæſari Nemetocenna.
Camaracum, *Cambray*.
Bagacum, *Bauay*.
Vodogoriacum, *Vaudrè*, vicus.
Geminiacum, *fortè* Gemmelacum, *Giblou*.
Peruiciacum, *Perues*, vicus Gallo-Brabantiæ.
Aduatucum Tungrorum, *Tonger*, opidū.
Coriouallum,
Iuliacum, *Iuliers*, *Gulick*

Colo-

Colonia Agrippina, *Colen.* Anno

A TARVENNA DVROCORTORVM.

MEmetacum, *Arras.*
Camaracum, *Cambray.*
Auguſta Veromanduorum, *Vermand l'Abbaye*: cui vicinus eſt pons opidi S. Quintini, ad quem Viæ aliquot militares confluunt.
Aginum.
Auguſta Sueſſionum, *Soiſſons,*
Ad Fines.
Durocortorum, *Reims.*

A NEMETACO SAMAROBRIVAM, *Amiens*, millia plus minus XVI.

TAbula Peutingeriana inter *Teruanã* & Samarobriuam collocat Teuceram, hodie *Tieure*, ad Alteiam fl.

A SAMAROBRIVA SVESSIONES.

CVrmeliaca.
Cæſaromagum.
Latanobrige.

Augu-

Anno Auguſtomagum.
Sueſſiones. *Soiſſons.*

A BAGACO NERVIORVM DVROCOTORVM REMORVM.

DVronum.
Verbinum, *Veruin.*
Cariſiacum, *Creſſy.*
Minaticum. *alijs Vinciacum.*
Muenna. *alijs Ouenna.*
Durocortorum. *Reims en Champaigne.*

Hactenus ex Itinerario Antonini. Nec abs re fuerit his ſubnectere inferioris Germaniæ faciem, qualis in Tabula itineraria Peutingeriana depingitur. Tales conuolutas habebant olim penes ſe belli duces Romani, quibus itinera ſua dirigebant. Quod Vegetius lib. 3. cap. 6. De re militari teſtatur: *Ideo,* inquit, *omni cura omniq; diligentia prouidere debet dux, ne proficiſcens patiatur incurſum, ſed facilè ac ſine damno repellat illatum. Primùm Itineraria omnium regionum, in quibus bellum geritur, pleniſſimè debet habere perſcripta: ita vt locorum interualla non ſolùm paſſuum numero, ſed etiam viarum*

Tabula itineraria.

rum

rum qualitate perdiſcat; compendia, diuerticula, montes, flumina ad fidem deſcripta conſideret: vſque eò vt ſolertiores duces Itineraria prouinciarum, in quibus neceſſitas geritur, non tantùm annotata ſed etiam picta habuiſſe firmentur, vt non ſolùm conſilio mentis, verùm aſpectui oculorum viam profecturis eligerent. *Anno.*

Huius generis Tabulam itinerariam *Conradus Celtes*, Geographus, Maximiliano I. imperante, in veteri quadam bibliotheca repperit. Erat ea in membranis deſcripta, charactere Longobardico, ſchedis accuratè conglutinatis, lata pedem Auguſtanum circiter vnum, longa vltra viginti duos. Hæc poſtea in *Conradi Peutingeri Auguſtani* manus venit: vnde & dicta eſt TABVLA PEVTINGERIANA. Illam ipſam *Abrahamus Ortelius*, beneficio *Marci Velſeri*, Auguſta cùm accepiſſet, æri incidendam Antuerpiæ curauit: eſtque paulò poſt obitum Ortelij, à Ioanne Moreto an. 1598. euulgata, ſed paulò contractior. Ex ea itaque Tabula Peutingeriana hæc habe. *Tabula Peutingeriana.*

Anno

A CASTELLO MORINORVM AD BAGACVM NERVIORVM.

CAſtellum Morinorum, *Caſſel.*
Virouiacum, *VVerueke* ad Liſam.
Turnacum, *Tournay*, Dornick.
Pons Scaldis, *Eſcaupont*, infra Condatū.
Bagacum Neruiorum, *Bauay.*

Alio Itinere.

CAſtellum Morinorum, *Caſſel.*
Teruana, *Teruanen.*
Nemetacum, *Arras.*
Camaracum, *Cambray.*
Hermoniacum.
Bagacum Neruiorum, *Bauay.*

A CASTELLO MORINORVM AVGVSTAM VSQVE SVESSONVM.

CAſtellum Morinorum, *Caſſel.*
Teruana, *Teruanen.*
Teucera, *Tieure.*
Samarobriua, *Amiens.*

Anno Auguſta Veromamduorum, *Vermand Abbaye.*
Auguſta Sueſſonum, *Soiſſons.*

Alio itinere.

SAmarobtiua, *Amiens.*
Setucis.
Rodium, *Roye.*
Lura.
Auguſta Sueſſonum, *Soiſſons.*

Alio itinere,

LVtomagus, *Eſtaples vel Monſtreul.*
Adlullia, *Argoulles.*
Duroicum Regum, *Rul.*
Semcis.
Rodium, *Roye.*
Lura.
Auguſta Sueſſonum, *Soiſſon.*

A NOVIOMAGO AD CONFLVENTES.

NOuiomagum, *Nimwegen.*
Arenatium alijs Arenacũ, *Arnhem.*
Burgi-

Burginatium, *Kranenburch.* *Anno*
Colonia Traiana, *Kelle.*
Vetera Caſtra, *Santen.*
Aſciburgium, *Asburg.*
Noueſium, *Nuys.*
Agrippinenſis Colonia, *Ceulen.*
Bonna, *Bonne.*
Rigomagus, *Remnegen.*
Confluentes, *Coblentz.*

A Nouiomago Coloniam per Atuacam.

Nouiomagum, *Nimwegen.*
Ceuelum, *Graue.*
Blariacum, *Blerick.*
Catuallium.
Fereſne, *Maëſeyck.*
Atuaca, *Tongren.*
Cartouallium, *Aken.*
Iuliacum, *Guilick.*
Agrippina, *Ceulen.*

A COLONIA TREVEROS.

Colonia, *Ceulen.*
Marcomagus, alijs Marcodurum, *Duren.*

Anno Icorigium, *Ruyt.*
Auſana, *Palleſcheid.*
Beda, *Bidburg.*
Auguſta Treuerorum, *Trier,*

In eadem Tabula itineraria Peutingeriana, vltra *Rhenum* maiuſculis litteris legitur, FRANCIA: vt ſignificetur, veteres Francorũ ſedes, à Leuæ Fano, vſque ad Aſciburgium, in ripa Germanica, porrectas fuiſſe.

Vltra Coloniam Agrippinam legitur vox, BVRCTVRI, quæ Bructerorum, ſeu Boructuariorum regionem indicat. Exſtat hodieque inter Duisburgum & & Werdam, *Brouck* opidum.

Ceterùm Viæ militares, ad quas Caſtella ſiue vrbes iam commemoratæ, ſitum habent, etiamnum pleriſque locis ſunt integræ, glarea, & minutis ſilicibus ſtratæ, ceteris vijs altiores ac rectiores. Quas quidem Romani manu militari, & prouincialium ſubſidio, primùm duxerunt, pôſt BRVNECHILDIS, natione Hiſpana, Sigeberti Francorum Regis vidua, cùm Belgis, & Auſtraſijs reliquis, defuncto marito, imperaret, inſtaurauit ſiue auxit. Sigeberti vulgare Chroni-

con ad an. 578. *Brunechildis plura Sanćto-rum cœnobia fundauit, & ædificia admirandi operis conſtruxit, vt miraculo fuerit, tanta ab ea fieri potuiſſe.* *Anno*

Hinc Vias iſtas militares Arteſij, Hannones, & Namurcenſes, vulgò *Chauſſees de Brunehault*, Brabāti & Flandri, *Caſſeyen* vocant. Illam, quæ per agrū Luxemburgenſem, hodieque eminens ſpectatur, ciues Luxemburgenſes *Heyen VVech* nuncupant, quaſi dicas viam à paganis ſeu gentilibus, hoc eſt, à Romanis ante Chriſtū natum ſtratam. *Chauſſees de Brunehault.*

Alij itaque Viam Appiam, & alias in Italia, nos magna & verè Romana Viarum opera, in Belgica noſtra admiremur. Vt olim Romæ, ſic hodieque Bauaci, in medio foro eſt Colvmna milliaria ſepticornis, ad quam Viæ iſtiuſmodi ampliùs ſeptem finiuntur, ſeu potiùs ordiuntur. *Bauaci antiquitates.*

In eodem opido hodieque viſuntur muri, ac ruinę Circi, à Romanis ſtructi, forma oblonga, in modum nauis: vulgō *Vieu Chaſtel* vocant. Ex Saluiano Maſſilienſi conſtat, Gallos Circenſibus & alijs ludis equeſtribus, quā maximè de-

Anno lectatos fuiſſe.

Sub templo parochiali Bauacenſi, parietinę velut cryptæ etiamnum reſtant, quas *Thermarum* reliquias eſſe, eruditi ſupicantur. Habebant enim Romani paſſim ſuas Thermas, hoc eſt, lauacra publica ingentia, quòd apud illos aſſidua eſſet lauatio. Nam quotidie, de more, ſe lauabant, ituri ad cænam. Vnde Artemidorus ſcripſit, *Balneum nihil aliud ſuo æuo fuiſſe quàm tranſitum ad cænam.*

Extra opidum Bauacenſe, viſitur AQVÆDVCTVS inſignis, qui facto initio ab ipſo fere opido, verſus Altum montem, quæ eſt Benedictinorum Abbatia, vltra Sabim, vſque ad Fontem floridum (vici id nomen, vulgo *Fontaine floriie*) ad tria ampliùs milliaria extenditur. Muri ipſius Aquæductus, pleriſque locis adhuc ſunt integri, & ab accolis, *Mures de Aydu* nuncupantur. *Ay* noſtris maioribus idem quod aqua; *Du*, id eſt, ductus. In dicto vico hodieque Fons ipſe fluit, & reſtant vetuſta Romanorum ædificiorum rudera. De his & alijs Romanis, apud Belgas, antiquitatibus, breui, vt ſpero, accuratum opus

R.P.

R. P. *Ægidius Bucherius* publicabit: cuius, vt & Viri nobiliſſimi, *Philippi Gomiecurtij*, induſtriæ ac ſtudio eruditi omnes Belgæ debent plurimùm. *Anno*

In opido & agro Bauacenſi, plurima quotidie numiſmata, opera item figulina, aliaque antiquitatis monumenta eruuntur. Ex numiſmatibus ibi repertis inſignem noſtra memoria theſaurum ac copiam habuit, *Carolus Croyus*, Dux Arſchotanus, vt Lucullus Belgicus à Lipſio celebratus.

Bauacū qui exciderint.

Bauacum porrò *Franci* primùm vaſtarunt, deinde *Vandali*. De Francis Greg. Turonenſis inſinuat, lib. 2. Hiſt. Francorum, vbi in Carbonariam vſque ſiluiam (quæ hodie eſt Hannonia) ipſos penetraſſe, omniaque depopulaſſe ſcribit. De Belgica penè vniuerſa per Hunnos vaſtata, omnes loquuntur Hiſtoriæ. Adeò quidem vt in ipſo Bauaco hodie Bauacum quæramus.

Olim tamen potens ac ſplendidum fuiſſe, vel ipſæ latentium ac reſtantium operum moles loquuntur. Dionyſius, ſcriptor celebris ſub Auguſto, tria velut ſpecimina, atque argumenta Romanæ opulentiæ

Anno opulentiæ ac potentiæ conſtituit, VIAS ſcilicet, AQVÆ DVCTVS & CLOACAS; ſiue vſum conſideret, ſiue impendia & & ſumptum: *Ego*, inquit, *in tribus magnificentiſſimis operibus Romæ, & è quibus maximè apparent illius Imperij opes*, *pono* Aquæductus, Viarum *munitiones*, Cloacarum *ſtructuras*. *Neque id ſolùm ad vtilitatem eiuſmodi operum reſpiciens, ſed etiam ad impendij ſumptuumq́; modum.*

Duo ex his, nimirum *Vias Militares*, & *Aquæductum*, Bauaci iam olim exſtitiſſe, ſupra docui. De Cloacis nihil mihi adhuc compertum: hoc ſcio, in agro ſubvrbano, hodieque cryptas ſeu vias ſubterraneas, cum admiratione ſpectari; ſed in quem olim vſum, neſcio.

CAMPVM quoque MARTIVM, olim Bauaci fuiſſe, loquũtur oſſa humana, quæ vnico in campo, olim opidi pomœrijs incluſo, reperiuntur. Quid mirum? cum & coloniæ Romanæ ſua olim Capitolia, Fora, Baſilicas, Theatra, & id genus alia habuerint, ad Vrbis dominæ, & parentis ſuæ ritum: vt Lipſius non vno loco docuit.

Huic meæ digreſſioni Bauacũ BELGICA

GICA olim Roma, faue, teque poſt tot ſæcula oſtende: & paulisper è ruinis tuis, ſi fas eſt, faciem attolle. Situm tuum primum video, & laudo, inter duo nimirum flumina nobiliſſima, *Scaldim* & *Sabim*, in loco editiore, in conſpectu ſiluæ Carbonariæ, & in media Neruiorum regione, quorum olim caput, vel Ptolemæo teſte, exſtitiſti. *Anno*

Christianiſmi antiquitas in Belgica.

Ad res Chriſtianas redeamus. Iam inde à primis Eccleſiæ temporibus, adeoque ante victoriam contra Marcomanos, à *Marco Aurelio Philoſopho*, Chriſtianæ ac Fulminatricis legionis precibus, obtentam, in Germania noſtra Ciſrhenana, multos Chriſtianis ſacris initiatos exſtitiſſe, ex Irenço Lugdunenſi Epiſcopo, S. Polycarpi diſcipulo, conſtat. Is lib. 1. cap. 3. hæc ſcribit: *Etſi in mundo loquelæ diſſimiles ſunt, ſed tamen virtus traditionis vna & eadem eſt, & neque hæ, quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hæ quæ in Hiberis, neq; hæ quæ in Celtis, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Ægypto, neq; hæ quæ in Lybia, neque hæ quæ in medio mundi ſunt conſtitutæ.* Hæc Irenæus,

Anno naeus, Germaniæ haut dubie nomen ea notione vſurpans, qua ſolebant illius æui ſcriptores Romani, cùm nullæ adhuc eſſent, in Germania Tranſrhenana Chriſtianorum Eccleſiæ.

182. S. LVCIVS, Britanniæ Rex, à Fugatio & Donatiano, S. Eleutherij Papæ Legatis, Chriſti caſtris adſcriptus, relicto patrio ſolo & regno, in Germaniam circa an. 182. venit, & Norico, Vindelicia, Rhætiaque peragrata, demùm Curiæ Rhætorum beato fine obdormiuit.

193. Seditione militari excitata, PERTINAX Imp. à *Tauſio*, gente Tungro, haſta in pectus immiſſa, occiditur. *Iul. Capitolinus & Spartianus.*

Pertinaci eodem anno, ſub finem Martij, DIDIVS IVLIANVS ſucceſſit, qui vt Spartiani verbis vtar, *antequam ad Imperium veniſſet, poſt Præturam legioni præfuerat in Germania viceſimæ ſecundæ Primigeniæ. Inde Belgicam ſanctè ac diu rexerat. Cauchis, Germaniæ populis, qui Albim fl. accolebant, erumpentibus reſtiterat, Cattos debellarat, pòſt Germaniam inferiorem rexerat.*

Sub Marco & Commodo.

SE-

SEVERVS in Germaniam miſſus Legatus ad legiones, ab illis ipſis legionibus, audita morte Commodi, Imperator eſt ſalutatus, poſteaque in Britannia agens, Galliam ac Germaniam muniendas curauit. Is inter cetera, Armamentarium vetuſtate collapſum, prope Lugdunum Batauorum, inſtaurauit. Quod teſtatur inſcriptio lapidis inde an. 1520. extracti, & in ædes Waſſenarias Hagam Comitis tranſlati. *Anno*

IMP. CÆS. SEPTIMIVS SEVERVS AVG. ET M. AVRELIVS ANTONINVS CÆS. CON. VOL. ARMAMENTARIVM VETVSTATE COLLAPSVM RESTITVERVNT, SVB VAL. PVDENTE LEG. AVG. PR. PR. CVRANTE CÆCIL. BATONE PRÆF.

Neque verò nobis omittendum, Germanos hoc ipſo tempore, incertùm quo docente, Chriſtianam doctrinam admiſiſſe, vt & pleraſque alias orbis nationes. Teſtatur id Tertullianus cap. 7. lib. aduerſus Iudæos. *Cui*, inquit, *dextram tenet pater Deus, niſi Chriſto filio ſuo? quem exaudierunt omnes gentes, id eſt, cui*

Anno *cui omnes gentes crediderunt? cuius prædicatores & Apoſtoli in pſalmis Dauid oſtenduntur, In vniuerſa, inquit, terra exijt ſonus eorum, & vſque ad terminos terræ verba eorum? in quem enim alium vniuerſæ gentes crediderunt, niſi in Chriſtum qui iam venit? cui & aliæ gentes crediderunt. Parthi, Elamitæ, & qui inhabitant Meſopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, & incolentes Pontum & Aſiam, & Pamphyliam, immorantes, Ægyptum, & regionem Africæ quæ eſt trans Cyrenem inhabitantes. Romani & incolæ tunc in Ieruſalem Iudæi, & ceteræ gentes; vt iam & Getulorum varietas, & Maurorum inculti fines, & Hiſpaniarum omnes termini, Galliarum diuerſæ nationes, & Britannorum inacceſſa Romanis loca, Chriſto verò ſubdita, & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & prouinciarum, & inſularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minùs poſſimus? In quibus omnibus locis Chriſti nomen qui iam venit, regnat: vt pote ante quem omnium ciuitatum portæ ſunt apertæ, & cui nullæ ſunt clauſæ.*

De CARACALLA Imp. narrat Spar-

Spartianus, illum viuo adhuc patre Se- *Anno*
uero GERMANICVM dictum fuiſ-
ſe, poſtea verò gentem populoſam, ex
equo egregiè pugnantem, propè Mæ-
num amnem, diuiciſſe, aç præter prio-
rem Germanici titulum, nomen quo-
que ALEMANNICI aſſumpſiſſe. Et *Alemã-*
hæc antiquiſſima eſt Alemannorum *ni.*
mentio in hiſtoria: neque enim vſquam
ante hæc tempora fuiſſe leguntur.

Herodianus lib. 4. eumdem Cara-
callam refert ex Germanis validiſſi-
mum quemque, & pulcherrimum quo-
que ſibi adſciuiſſe, ad corporis cuſtodiã:
equitibus quoque Germanis fuiſſe in
primis delectatum.

ALEXANDRO SEVERO, aduerſus Per-
ſas res gerente, Germani Rhenum, Da-
nubiumque transgreſſi, Romanorum
arces varias, ripis impoſitas, expugna-
runt, ipſi etiam Galliæ atque Italiæ mi-
nantes. Qua re audita Alexander Ro-
mam reuerſus, cum matre Mammæa, ad
bellum Germanicum ſe parauit. Reli-
ctis itaque ad Danubium copijs, quan-
tas fore ſatis ad tuendas Romanorum
ripas arbitrabatur, ipſe ad Rhenum
con-

Anno contendit, cumque Moguntiaci, iunctis inter ſe nauigijs ponte ſtrauit.

An.237 Sed oppreſſus à MAXIMINO, quem per ſeditionem milites Imperatorem delegerant, vitam cum Imperio finijt Moguntiaci, eodem quo mater *Mammæa* loco & tempore: quam quidam Chriſtianam, & in Oriente Antiochiæ edoctam fuiſſe, tradit Nicephorus. Euſebius in Chronico: *Alexander occiditur Moguntiaci, tumultu populari.*

Maximinus ſtrato ſuper Rhenum ponte, Germaniam ingreſſus, *per quadringenta millia Germanorum vicos incendit, greges abduxit, & captiuos abſtraxit:* Vt ipſe Romam ad Senatum ſcripſit.

An.251. DECII Imp. tempore, ſeptem viri Epiſcopi, ordinati ad prædicandum, in Gallias miſſi ſunt, ſicut hiſtoria paſſiodis ſancti martyris Saturnini denarrat. Ait enim: Sub Decio & Grato Conſulibus, ſicut fideli recordatione retinetur, primum ac ſummum Toloſana ciuitas, S. *Saturninum* habere cæperat ſacerdotem. Hi ergò miſſi ſunt; Turonicis *Gatianus* Epiſcopus, Arelatenſibus *Throphimus* Epiſcopus; Narbonæ *Paulus* Epiſcopus:

ſcopus, Toloſæ *Saturninus* Epiſcopus, *Anno*
Pariſiacis *Dionyſius* Epiſcopus, Aruer- 251.
nis *Stremonius* Epiſcopus, Lemouici
nis *Martialis* eſt deſtinatus Epiſcopus. De
his verò B. Dionyſius Pariſiorum Epiſcopus, diuerſis pro Chriſti nomine affectus pœnis, præſentem vitam gladio imminente finiuit. Saturninus tauri furentis veſtigijs alligatus, ac de Capitolio pręcipitatus, vitam finiuit; Gatianus verò, Trophimus Stremoniuſque, & Paulus, atque Martialis in ſumma ſanctitate viuentes, poſt acquiſitos Eccleſiæ populos, ac fidem Chriſti per omnia dilatatam, felici confeſſione migrarunt. Et ſic tam iſti per martyrium, quàm hi per confeſſionem, relinquentes terras, in cæleſtibus pariter ſunt coniuncti. Ita Greg. Turonenſis lib. 1. hiſt. Francorum.

Ex hac Gregorij Turonenſis narratione liquet, *Dionyſium* primum Pariſienſis vrbis Epiſcopum eſſe alium à Dionyſio Areopagita, qui, ipſo Chriſto Saluatore noſtro in terris *S. Dionyſius Ep. Pariſienſis.*
agente, vixit ac floruit. Huic noſtræ opinioni ſuffragatur vetuſtiſſimum Ec-

Anno clesiæ Romanæ Martyrologium, quod P. Heribertus Roſweidus, Soc. Ieſu presbyter, typis Plantinianis excudendum curauit. In quo ſic de Areo-
3. Oct. pagita legitur: *V. Nonas Octobris, Athenis Dionisij Areopagitæ, ſub Adriano diuerſis tormentis paſſi: vt Ariſtides teſtis eſt in opere, quod de Chriſtiana religione compoſuit. Hoc opus apud Athenienſes inter antiquorum memorias clariſſimum tenetur.*

9. Oct. De Dionyſio Pariſienſi 9. Oct. ita legitur: *VII. Idus Octobris, Pariſijs Dionyſij Epiſcopi, cum ſocijs ſuis à Feſcennino gladio animaduerſi.* Faſtos noſtros Belgicos, qui volet, 15. Nou. conſulat.

Sub VALERIANO Marcomanni eruptiones in Romana loca fecere, Rauennam vſque; teſte Eutropio. Aduerſus hos miſſus GALLIENVS Rheni traiectus cuſtodiuit, ac tranſitu hoſtes arcuit, obiectu legionum: vt refert Zoſimus.

Inter Tyrannos XXX. qui ſub Gallieno orbem turbarunt, fuere quoque VICTORINI duo: de quibus Trebellius Pollio: *Exſtant ſepulcra circa Agrippinam, breui marmore impreſſa, humilia, in quibus vnum eſt inſcriptum, Hic duo Victorini*

rini tyranni ſiti ſunt. *Anno*

Eadem tempeſtate narrat Aurelius Victor, *Alemannos* Italiam, *Francorum* gentes Galliam Hiſpaniamque occupaſſe, & SALONINVM, Gallieni filium, Pipam, filiam Attali, Germanorum, vel vt alij volunt, Marcomannorum Regis, habuiſſe vxorem.

Idem Oroſius lib. 7. cap. 22. teſtatur: *Soluuntur*, inquit, *repentè vndique, permiſſu Dei, ad hoc compoſitæ relictæq́; gentes, laxatiſq́; habenis, in omnes Romanorum fines inuehuntur, Germani Alpibus, Rhætia, totaq́; Italia penetrata Rauennam vſque perueniunt. Græcia, Macedonia, Pontus, Aſia, Gothorum inundatione deletur. Dacia verò trans Danubium in perpetuum aufertur. Quadi, & Sarmatæ Pannonias depopulantur. Germani vlteriores (* Francos intelligit, qui ad Rheni oſtia habitabant *) abraſa potiuntur Hiſpania. Exſtant adhuc per diuerſas prouincias in magnarum vrbium ruinis paruæ & pauperes ædes, ſigna miſeriarum & nominum indicia ſeruantes, ex quibus nos quoque in Hiſpania Tarraconem noſtram, ad conſolationem miſeriæ recentis, oſtendimus.*

Anno

Eſt autem prima hæc, quam paulò ante fecimus, Francorum in Scriptoribus antiquis mentio gentis rerum pòſt geſtarum gloria clariſſimæ. Eorum originem à Troianis, aut neſcio quibus Scandinauiæ populis petere, prorſus fabuloſum eſt.

Francorum veteres ſedes.

Atque initio quidem FRANCI in tractu Tranſrhenano inferiore, circa Iſalam, ſedes ſuas habuerunt, conuenientibus eò, vt arbitror, pluribus Germaniæ nationibus, quæ pertæſæ dominationis exteræ, cùm nollét diutiùs vectigalibus atteri, aut tributis Romanorum vexari, labente Imperio, inter ſe conſpirarunt, & indito ſibi à libertate nomine, *Francos* ſeſe appellarunt, Rhenumque tranſgreſſi Galliam occuparunt. Hinc Ammianus: *Franci, quos Salios vocant, Franci, quos Attuarios vocant:* ſignificans in Francorum gente quoſdam eſſe Salios, quoſdam Attuarios.

Salij.

Saliorum nomen hodieque retinet Oldeſalia, *Oldenſeel*, dictionis Tranſiſalanæ opidum, veterum haut dubiè Saliorum ſedes.

Attuarij.

Attuarij haut procul inde habitarunt ad flu-

ad flumen Nerſam, *Neers*, quod infra *Goch*, ditionis Cliuenſis opidum, Moſæ immergitur: vt ex Chronico Lauriſhamenſi conſtat. *Anno*

Saloninum Gallieni filium POSTVMIVS Galliarum Præſes apud Coloniam Agrippinam poſtea vicit, atque occidit, Galliarumque Imperium annis ſeptem tenuit.

Grauis poſtea fuit illa Alemannorum duce CHROCO in Gallias inundatio, qua Metenſis vrbs euerſa, Treuerenſis obſeſſa, tota denique Gallia miſerè eſt vaſtata: vt Greg. Turonenſis lib. 1. cap. 32. narrat.

AVRELIANVS, domitis Perſis, in Italiam reuerſus, vrbes complures, quæ Alemannorum direptione affligebantur, liberauit, & Germanos Gallia dimouit. Idem iam ante Tribunus legionis ſextæ Gallicanæ, apud Moguntiacum, Francos irruentes, cùm per totam Galliam vagarentur, ſic affixit, vt trecentos ex ijs captos, ſeptingentis interemptis, ſub corona vendiderit. Vnde de ipſo conceptam cantilenam militarem refert Vopiſcus:

Anno *Mille Francos, mille Sarmatas ſemel occidimus,*
Mille mille mille mille mille Perſas quærimus.

Eius de Zenobia & Tetrico, hoc eſt, de Oriente & Occidente triũphum accuratè deſcribit Vopiſcus. Currum triumphalem præceſſiſſe narrantur Gothi, Alani, Roxolani, Sarmatæ, Franci, Sueui, Vandali, & Germani.

Aureliano occiſo, protinus delectus eſt Imperator TACITVS: nec multò pòſt PROBVS: cui acclamatum *Tu Francicus, tu Gothicus.* Manlius quoque Statianus dixit, *Teſtes tuarum virtutum ſunt Franci, inuijs ſtrati paludibus, teſtes Germani & Alemanni, longè à Rheni ſubmoti littoribus.*

Rebus enim in Italia compoſitis, *Probus* ſtatim cum exercitu Gallias petijt, quæ omnes, occiſo Poſtumio, turbatæ fuerant, interfecto autem Aureliano, à Germanis poſſeſſæ.

Idem *Proculum* & *Bonoſum*, qui, apud Agrippinam Coloniam, Imperium arripuerant, & Britannias aliaſque prouincias armis ſibi vindicarant, vicit, & ad

& ad necem adegit, Galliaſque vniuerſas Imperio Romano reſtituit. Anno

In fidei præmiũ permiſit Gallis, Hiſpanis & Britannis, vt vites haberent, vinumque conficerent. Quod quidem iam inde à Domitiani æuo, qui id lege vetuerat, intermiſſum fuerat.

DIOCLETIANVS ab exercitu electus Imperator, interfecto *Apro*, ſuperatoque *Carino*, ad motus in Gallia cohibendos, *Maximianum* Cæſarem fecit, ſeruato ſibi Oriente. Itaque Bagaudarum imbellem turbam Maximianus leuibus aliquot prælijs facilè domuit.

Sed cùm ad ſupplementa exercitus, miſſa eſſet à Diocletiano *Legio Thebæa* ex Oriente, quæ à *Zabda* Epiſcopo Hieroſolymitano Chriſtianis ſacris initiata, pòſt in Italia in eadem fuerat confirmata, iamque ſuperatis Alpibus *Octoduri* in Veragris (cuius hodie rudera apud Valeſios ſuperſunt) luſtrandus eſſet exercitus, Maximianus eam ad impia ſacra cogere voluit. Seceſſit ergò Thebæa legio ad octo millia paſſuum longiùs, ſubſtititque *Agauni*, medio inter Octodurum, & lacum Lemannum

Thebæa legio.

Martinach.

Anno mannum ſpatio. Euocati à Maximiano, cùm perſiſterent, tandem eorum decimus quiſque pro Chriſti confeſſione necatus eſt.

Eadem tempeſtate *Carauſius* quidam, gente Menapius, Belgico atque Aremorico littori præfectus, in ſuſpicionem rebellionis apud Maximianum venit: quam hiſtoriam ita deſcribit Oroſius.

Carauſius quidam, genere quidem infimus, ſed conſilio & manu promptus, cùm ad obſeruanda Oceani littora, quæ tum Franci & Saxones infeſtabant, poſitus, plus in perniciem, quàm in prouectum Reipub. ageret, ereptam prædonibus prædam nulla ex parte reſtituendo dominis, ſed ſibi ipſi vindicando, accendit ſuſpicionem, quaſi ipſos quoque hoſtes ad incurſandos fines, artifici negligentia, permitteret. Quamobrem à Maximiano iuſſus occidi, purpuram ſumpſit, ac Britannias occupauit.

Sed intereſt audire *Helinandum* hæc eadem, & vnà martyrium SS. *Victoris*, *Gereonis*, & aliorum è legione Thebæa, ad Rhenum, pro Chriſto cæſorum, breuiter narrantem:

Thebæi martyres.

Com-

Comperto, quod Carauſius quidam nobilis inſidias contra Romani regni fines moliretur; qui tamen Procurator conſtitutus erat prouinciæ, quæ eſt iuxta Oceanum, vbi Franci iam ſecundò à ſuis ſedibus expulſi, iuxta Gallorum & Saxonum confinia conſederunt: miſit illuc, per Rheni fl. alueum, partem ſui exercitus, cuius militari virtute nefarius caſſaretur inceptus. In quo itinere præcipuos belli Dominici duces, Gereonem, Victorem, Caſſium & Florentium, *felices turmæ Chriſtianorum militum ſequebantur.* Anno

Paulò pòſt verò narratis, quæ ab eodem Maximiano apud *Agaunum* in legionem Thebæam fuerant impiè commiſſa, ad dictos milites, aduerſus Carauſium miſſos, ſtilum conuertens, ſic ait: *Hæc primùm apud Agaunum opidum, vbi maxima multitudo ſancti reſedit exercitus, agebantur; inde præcedentium ſecuti veſtigia, repererunt primarios milites* Caſſium, & Florentium, *cum ſeptem alijs ſimilis conſtantiæ viris, iuxta* Veronam *ciuitatem, in ripa Rheni fluminis conſidentes, alioſq́; cum eis quàm plurimos eiuſdem agminis, ſed non eiuſdem intentionis ſatellites. Hos dum agnouiſſent de Orientali fuiſſe*

Anno *præſidio, ſæuientes contra eos, de profeſſione ſciſcitati ſunt. Cùmq́ illi nec voluntate cordis, nec ſententia reſponſionis, à ſuperioribus diſcreparent, ſubmiſſis capitibus, in eodem loco, pro Chriſti nomine perempti ſunt.*

Mox ergò ad B. Gereonem, *eiuſq́ ſocios trecentos decem & octo, cum illo pariter fide veritatis armatos, perſecutor, neſcio velociùs, an fama peruenerit. Progreſſi tamen, paululum ante ſubſequentes carnifices, in campis Agrippinæ magnæ ciuitatis martyrij gloriam ſeſe inuicem cohortantes, præſtolati. Quibus continuò ſuperuenientes hi, qui miſſi erant à Iudice, nullum in eis defendendi, vel à propoſito deficiendi voluntatem, ſed conſtantiſſimam nominis Chriſti inuenerunt confeſſionem. Ibi B.* Gereon, *dux & martyr egregius, cum illis Regis æterni vernaculis, edomitis omnibus, quæ ad huius vitæ delectationem poſſent allicere, ſemetipſum ſpontaneus obtulit hoſtiam viuam Deo. Inſani verò tortores Sanctorum ibidem corpora cruentantes, per campi illius planitiem traxerunt, & in puteum quemdam maximum proiecerunt. Monſtratur autem vſque hodie in loco, vbi S. Gereon trucidatus eſt, ſanguinis ipſius ſpectaculum, & ipſe locus,* Ad Martyres, *ab*

Santen. *incolis*

incolis acceptum ſeruat vocabulum. *Anno*

His itaque peractis, cohors illa, quæ B. Victorem *comitabatur, ad locum, cui deſtinata erat, properans peruenit ad opidum Francorum, quod ex maiorum ſuorum ſedibus* Troiam *nuncupabant; ibiq; cum duce ſuo caſtra in pratis virentibus poſuit. Nec minùs audaces illi cruentiq; milites adfuerunt: peremptoq; illic fortiſſimo Chriſti milite,* Victore, *cum trecentis triginta martyribus, ſancta eorum corpora, in locis paluſtribus, ſubmerſerunt. Tandem optatis locupletati ſpolijs, cum exercitu reliquo, quia Carauſius ille fugiẽs ſeſe in Britanniam tranſtulit, per viam qua venerant, læti pro ſcelere redierunt.* Hactenus Helinandus, qui vulgi errorem ſecutus, pro *Traiana* Colonia legit *Troianam.*

Ceterùm notanda hîc antiquitas Veronæ vrbis, ad Rhenum olim ſitæ prope quam SS. *Caſsium, & Florentium,* cum ſodalibus cæſos fuiſſe, teſtantur & veteres Martyrologiorum tabulæ. Fuit ea olim ſita non procul ab *Alcmaria*, veteris Friſię, nunc Hollandiæ Septemtrionalis opidum, noſtratibus *Vrongeiſt* nuncupata: ex quo vocabulum *Verona Friſiæ.*

Roma-

Anno Romani *Veronam* fecerunt. Annales Hollandici eam memorant an. 1303. funditus exciſam à *Ioanne*, Hollandiæ Hannoniæque Comite, ob rebellionem ſæpiùs repetitam. Eſt hodieque notus eius ſitus, vt & Veronenſes campi, inde dicti: vt Adrianus Iunius, Suffridus Petrus, Ianus Douſa, aliiq; rerum Hollandicarum ſcriptores commemorant.

Huius Veronę Friſicæ ſeu Hollandicæ fit mentio in Hiſtoria S. Vrſulæ, ex qua imperiti Veronam Italicam fecerunt.

Maximo iterùm & Aquilino Conſulibus, pleræque nationes Germanicæ, in his *Burgundiones*, *Alemanni*, *Chaibones*, & *Heruli*, traiecto Rheno, cùm in prouincias proximas rurſum irrupiſſent, Maximianus eoſdem repreſſit. Franci tamen, cùm *Gerabone* Rege ſuo, demum in pacem admiſſi ſunt, multæque Frãcorũ familiæ in agris Neruiorum ac Treuerorum ſunt locatæ. Teſtatur id Panegyriſta, *Tuo*, inquiens, *Maximiane Auguſte, nutu, Neruiorum ac Treuerorum arua iacentia lætus poſtliminio reſtitutus & receptus in leges Francus excoluit.*

Maxi-

Maximiano in Galliæ adminiſtratione ſucceſſit Cęſar *Conſtantius Chlorus*, ab eodem Maximiano adoptatus. Is circa an. 295. *Alectum* nouum Britanniæ tyrannum à Bononia, quam oppugnabat, repulit: mox & Batauiam, à Francis occupatàm, recuperauit: claſſem, in mediterraneis Belgicæ vrbibus, ad fluuios ſitis, ædificatam in Oceanum, ad portum Geſſoriacenſem, deduxit, inque Britanniam tranſmiſit, & eam inſulam vnico prælio Romanis circa an. 297. reſtituit. *Anno* 295. 297.

Idem, quod notandum, multas Batauorum familias in Ambianenſem, Bellouacenſem, Tricaſſinum, & Lingonenſem deduxit, eodem Panegyriſta teſte: *Per victorias tuas*, inquit, *Conſtanti Cæſar inuicte, quidquid infrequens Ambiano & Bellouaco, & Tricaſſino ſolo Lingonicoq; reſtabat, Batauo cultore, reuireſcit.*

Batauiæ porrò ſitum, locique naturam eleganter atque ingenioſè ſic idem Panegyriſta deſcribit: *Regio illa quam obliquis meatibus Vahalis interfluit, quamq; diuortio ſui Rhenus amplectitur, penè vt, cum verbi periculo loquar, terra non eſt; ita peni-* *Batauia deſcriptio.*

Anno *penitus aquis imbuta permaduit, vt non ſolùm qua manifeſtè paluſtris eſt, cedat ad nixum, hauriat preſſa veſtigium, ſed etiam vbi paulò videtur firmior, pedum pulſu tentata quatiatur, & ſentire ſe procul mota teſtetur: ita res eſt, ſubiacentibus innatat & ſuſpenſa latè vacillat, vt meritò quis dixerit, exercendum fuiſſe tali ſolo militem, ad nauale certamen.*

An. 302. atrox in Chriſtianos per orbem vninerſum à Diocletiano excitata perſecutio, Belgicam quoque noſtram grauiter afflixit. *Fuſcianus* & *Victoricus* apud Ambianos, *Piatus* Tornaci, *Chryſolius* Cominij ad Liſam in Flandria, & alij alibi martyrium fecerunt. Treueris autem penè immunerabiles, ſub Rictiouaro Præſide, paſſi ſunt; de quibus in tabulis Martyrologij Romani ſic legitur: *Treueris, commemoratio innumerabilium penè martyrum, qui in perſecutione Diocletiani, ſub Rictiouaro Præſide, ob Chriſti fidem, vario mortis genere necati ſunt.*

S. Piatus

Eodem tempore, niſi fallor, *Valentinus*, Treuerorum ac Tungrorum Epiſcopus, pro Chriſto occubuit.

An.

An. 306. Conſtātinus Magnus, Conſtantij filius, imperare cæpit. Is primordia regni ſui in Britannia ac Belgica egit: vt ex Eutropio, & Panegyriſtis cōſtat. Contra Bructeros & alios Francorum populos, ad Coloniam Agrippinam, pontem, & caſtellum in Tuitio ſeu Diuitenſi vico, ſtruxit. Quo ſpectat inſcriptio, quam in monaſterio Tuitienſi, ex oppoſito Agrippinæ, repertam in tabula lapidea fuiſſe teſtatur, B. Rhenanus. Anno 306.

DIVITENSE MVNIMENTVM IN TERRA FRANCORVM AB IMP. CÆS. FL. VAL. CONSTANTINO PRO MILITIBVS IN TVTELAM GALLIARVM COLLOCANDIS.

Idem Conſtantinus Maximianum Imp. ad ſe ex Italia profugum Treueris humaniter excepit, & Fauſtam eius filiam in coniugem ſibi adſumpſit. Sed eum poſtea ſibi inſidiantem Maſſiliæ cepit ac ſtrangulauit.

An. 312. bellum contra Maxentium tyrannum ſuſcepit, eumq; ſigno crucis animatus ſuperauit: tyrannis inſuper 312.

Italia

Anno Italia pulſis, lætam Imperio faciem demũ reſtituit, atque Eccleſiæ pacẽ dedit.

Indictionum, quibus anni ſupputantur, exordium.

313. Anno 313. Ad *Cæciliani* Carthaginiẽſis cauſſam Eccleſiaſticam, aduerſus *Donatum* accuſatorem, diſcutiendam, ex Italia XV. Epiſcopi, ex Gallia tres, *Maternus* Agrippinenſis, *Rhaticius* Auguſto dunenſis, & *Marinus* Arelatenſis, Romam venerunt: qui Cæcilianum abſoluendũ, Donatum verò, confitentem ſe rebaptizaſſe, condemnandum cenſuerunt.

314. *Arelatenſe cõcil.* An. 314. ijdem tres Epiſcopi concilio Arelatenſi interfuerunt, vt & *Agritius* Treuerenſis.

Eodem anno, cùm eſſet Arelate, Conſtantino filius natus eſt è Fauſta, quem à ſe *Conſtantinum* appellauit. Inde Treueros conceſſit in hiberna, vbi ludos ob victoriam Francicam edidit.

Conſtantino in Belgica agente, veriſimile eſt matrem eius Helenam ædificaſſe baſilicam *Sanctis* in Cliuia, in honorẽ S. Victoris, & aliorũ CCCXXX. martyrum, ex Thebæa legione, in vicinia,

Santen.

nia, pro Chriſto occiſorum. Nam San- *Anno*
ctenſe Canonicorum collegium S. He-
lenam agnoſcit ſuam fundatricem: vt
Stephanus Pighius, Canonicus Sãcten-
ſis, in Hercule Prodicio tradit.

Eadem Imperatrix *Bonnæ* ad Rhe-
num, & *Veſontione* in Burgundia baſili-
cas excitauit: vt Io. Iac. Chiffletius in
ſua Veſontione commemorat.

Ceterùm vt de Homeri, ſic & de *S. He-*
Helenæ patria certatur. Ipſam non *lenæ pa-*
Britannam, ſed Bithynam fuiſſe, & *tria.*
Conſtantinum Tarſi ſeu Drepani in
Bithynia, iuxta Nicomediam, natum
fuiſſe, Lipſius lib. 4. de Magnit. Ro-
mana cap. 11. probat. Medij æui ſcri-
ptores Britannici, vt Guil Malmesbu-
rienſis, & Io. Sariſburienſis, volunt ip-
ſum in Britannia natum. Cuius tamen
rei Beda, accuratus rerum Anglicarum
ſcriptor, non meminit. Godefridus Vi-
terbienſis: *Helenam quidam ex patria Tre-
uerorum oriundam faciunt, alius de regno
Perſarum.*

Euſebij Cæſarienſis Epiſcopi Chro- 329.
nicon deſinit: quod excipit Hierony-
mus.

Anno 336. An. 336. magnus ille S. *Athanaſius*, Patriarcha Alexandrinus, Arianorum calumnijs in exilium pulſus, Treueros venit: vbi à *Maximino*, illius vrbis Epiſcopo, humaniter exceptus biennium & menſes quattuor ſubſtitit.

Quo tempore S. *Seruatius* Tungrorum Epiſcopus, amicitiam cum ipſo contraxit.

Anno 347. idem S. *Seruatius* generali

347. *Sardicenſe concilium* Concilio *Sardicenſi*, interfuit & ſubſcripſit vnà cum S. *Maximino* Treuerorum, *Euphrate* Colonienſium, *Dioſcolo* Remorum, *Eulogio* Ambianenſium, *Victorino* Pariſiorum, *Superiore* Neruiorum, *Victore* Mediomatricorum aut Vāgionum, multiſque alijs Galliæ Epiſcopis: ex qua ſola Athanaſius, qui & præſens fuit, triginta quattuor Epiſcopos adfuiſſe memorat.

Porrò ſunt qui *Superiorem* hunc, & alios fortaſſe primos Neruiorum Epiſcopos, non *Tornaci*, ſed *Bagaci* (quod tunc erat Neruiorum caput, Ptolemæo teſte) reſediſſe exiſtiment. *Vide ſupra pag. 23.*

349. Biennio pòſt, hoc eſt, anno 349. poſt Conſulatum Amantij & Albini, IV. Idus

Idus Maij (vt Ægidius Bucherius in Diſputatione hiſtorica de primis Tungrorum Epiſcopis cap. 4. ſupputat) S. Seruatius Concilij *Agrippinenſis* celebrandi auctor fuit, contra Euphratem, hæreſis Arianæ venena iam ſpargentem. In quo ille, omnium omnino Patrum calculo, pontificia dignitate deturbatus eſt. *Anno* *Agrippinenſe concil.*

Anno 350. menſe Martio *Magnentius* tyrannus, cæſo Imperatore Conſtante, Occidentis imperium, Auguſtoduni in Gallia exiſtẽs, occupauit. Cùmque ſibi à *Conſtantio* Orientis Auguſto, Conſtantis cæſi fratre, metueret, pacemque Imperio ſuo ſtabiliendo neceſſariam exiſtimaret; binos è Gallijs maximi nominis Epiſcopos ad id munus delegit, *Seruatium* Tungrenſem, & *Maximinum* Treuerenſem, Antiſtites; quibus & additi ſunt Comites duo, *Clemens* ac *Valens*. Appulerunt hi Alexandriam, Italia priùs & Vrbe haut dubiè luſtrata; atque ab *Athanaſio*, non ita pridem in ſedem reſtituto, humaniter ſunt excepti; vtpote in illi Gallijs ac Sardicenſi Cõcilio probè cognita. Hinc cõ-

Anno flata Athanaſio noua calumnia, quaſi per hos ad Magnentium contra Conſtantium ſcripſiſſet: de quo ſe purgat Apologia ad Conſtātium, & inter innocentiæ ſuæ teſtes primum nominat *Seruatium* ſeu *Seruationem*.

Antequam ad *Iuliam Apoſtata*, qui Conſtantio, Conſtantini Magni filio, ſucceſſit, tempora tranſeam, narranda mihi eſt hiſtoria militis cuiuſdam Franci, à dæmone poſſeſſi, quam in vita S. Hilarionis refert magnus ille Hieronymus:

Candidatus quidam Conſtantij Imperatoris, rutila coma, candore corporis indicans prouinciam, (inter Saxones quippe, & Alemannos gens eius, non tam lata quàm valida, apud Hiſtoricos Germania, nunc verò Francia vocatur) antiquo, hoc eſt, ab infantia poſſeſſus à dæmone, qui noctibus eum vlulare, ingemiſcere, fremere dentibus compellebat, ſecretò ab Imperatore euectionem petijt, cauſſam ei ſimpliciter indicans.

Et acceptis ad Conſularem quoque Palæſtinum litteris, cum ingenti, honore & comitatu Gazam deductus eſt. Cùm ad Hilarionem veniſſet, videres de ore barbaro, & qui

Francam

Francam tantùm & Latinam linguam no uerat, Syra ad purum verba reſonare; vt non ſtridor, non aſpiratio, non idioma aliquando Palæſtini deeſſet eloquij. Confeſſus eſt dæmon, quo in eum intraſſet ordine. Et vt interpretes eius intelligerent, qui Græcam tantùm & Latinam linguam nouerant, Græcè quoque eum interrogauit. Qui ſimiliter & in verba eadem reſpondit. Anno

Notet hîc Lector inter Francos ac Germanos tunc fuiſſe, qui non tantùm Chriſti doctrinam admitterent, ſed & Latinam linguam callerent, & libros ſacros euoluerent. In his eximij *Sunia* & *Fretela* ad quos ſcribens idem S. Hieronymis, ſic orditur:

Verè in nobis Apoſtolicus & Propheticus ſermo completus eſt: In omnem terram exiuit ſonus eorum. Quis hoc crederet, vt barbara Getarum lingua Hebraicam quæreret veritatem, & dormitantibus, imò contendentibus Græcis, ipſa Germania Spiritus ſancti eloquia ſcrutaretur? Dudum calloſa tenendo capulum manus, & digiti tractandis ſagittis aptiores, ad ſtilum calamumq́, molleſcunt, & bellicoſa pectora reuertuntur in manſuetudinem Chriſtianam.

Anno

Haut abs re fuerit his ſubnectere luculentum Procopij, lib. 1. de bello Goth. teſtimonium, de primo Francorum in Galliam tranſitu, deque Chriſtiana ipſorum religione, diu ante Clodouæi Regis baptiſmum:

Franci, inquit, *Germani quondam vocitabantur: quemadmodum autem Gallias inuaſerint explicabo In Gallijs pleraque flumina ſunt, ſed Rhodanus in primis & Rhenus hinc defluunt; diuerſa tamen & contraria ab inuicem via labuntur. Rhodanus ſiquidem in mari Tyrrhenum exit; Rhenus in Oceanum immittitur. Paludes prætereа hiſce in locis non paucæ; vbi primitùs Germani gens barbara, habitabant, nec magni tùm primùm momenti viri, qui nunc* Franci *vocitantur.*

Francorũ veteres ſedes ad Rheni paludes, verſus Oceanum.

His finitimi Armorici *accolæ erant; qui cum cetera Gallia atque item Hiſpania iampridem Romanis parebant.*

Poſt hos (Germanos ſcilicet, qui paludes Rheni incolebãt, & poſtea Franci dicti ſunt *) in orientem ſolem Thoringi barbari ſunt, qui Cæſaris Auguſti permiſſu ſedes has tenuere; & ab his Burgundiones, haut procul ad Notum ventum vergentes inha-*

Burgũdiones.

inhabitant. *Anno*

Sueui deinceps & Alemanni gentes validæ, liberi omnes iamdiu ea incolunt loca. Temporis verò proceſſu VViſigothi, vi in Romanum Imperium factâ, Hiſpanias omnes & Gallias, vltra Rhodanum flumen, ſuæ ditioni ſubiectas, vectigaleſq́; redditas tenuere.

Hæc primò Procopius de Armoricorum ſitu: pergit de eorumdem moribus & noua Republica. *Erant autem* (ait) *Armorici Romanorum tunc milites; quos ſibi Germani* (Franci) *cùm obedientes facere & ſubditos vellent, vt qui finitimi eſſent, & priſtinos vitæ mores penitùs immutaſſent, eorum agros aſſiduè populari, & hos copijs vniuerſis inuadere.*

Armorici, verò, cùm & virtutem præ ſe, & erga Romanos beneuolentiam ferrent, viros fortes eo in bello ſe præſtiterunt. Cùmq́; his vim inferre Germani (Franci) *non poſſent, ſocietatem vt ſecum ſaltem inirent, & mutua inter ſe facerent connubia, precabantur. Quas non inuiti conditiones Armorici mox accepere. Erant namq́; vtrique Chriſtianæ fidei ſectatores.* *Franci & Armorici Chriſtiani.*

Sic itaque vnum hi coëundo in populum, ad maximam potentiam euaſere. Romano-

Anno *rum interea milites alij, qui in Gallia extremis erant, cuſtodia gratia conſtituti, cùm neque Romam redire iam poſſent, nec ad hoſtes, vt Arianos, concedere vellent, ſeſe cum ſignis & locum inſuper, quem pro Romanis ſeruabant, Armoricis Germaniſq́; dedidere; ac patrios mores continenter ſeruatos, ſuos tranſmiſere ad poſteros; adeò vt vel ad hāc meam ætatem priſtinos ſeruare ritus non dedignentur.*

Deſcripto namq́; ex numero ad id fermè tempus hi demonſtrantur, quo taxati antiquitus militabant; quandoquidem & ſuis productis nunc ſignis in aciem prodeunt, ac patrijs vtuntur perpetuò legibus, Romanumq́ue habitum, vt in ceteris alijs, ita & ſoccis nunc ſeruant. Hactenus Procopius.

355. *Iul. Apoſtata.* An. 355. *Iulianus* cognomento *Apoſtata* ab Imp. Conſtantio, poſt Magnentium Murſæ in Pannonia deuictum, Cæſar proclamatur, atque in Gallias mittitur.

Cùm itaque Viennæ hiemaſſet, & famâ captæ à Francis Coloniæ Agrippinæ iam antea Taurini audijſſet, an.
356. 356. ad eam recuperandam expeditionem inſtituit. Itaque per Decem pagos, nunc

nunc Lotharingiæ vicum, *Douſe*, pro- *Anno*
ficiſcens, antea omnia Brotomagum occupauit.

Inde per deſerta velut loca (nulla enim per eos tractus ciuitas erat, neque caſtellum, niſi quod apud Moſellæ ac Rheni confluentes Rigodulum erat opidum, & vna propter Coloniam turris) Agrippinam tandem venit. Illic tamdiu commoratus eſt, donec Franci Reges, furore miteſcente, pacem firmauerunt, vrbemque munitiſſimam deſeruerunt. *Ammianus lib.* 14. *&* 15.

An. 357. Iulianus nobilem de Alemannis victoriam prope Argentoratum retulit, ope in primis Cornutorum & Bracatorum, quibus ſe Bataui adiunxerant. Ceciderunt ex barbaris ſex millia: alios pleroſque fugientes Rhenus abſorpſit. *Amm.* 357.

Seuerus Magiſter equitum, ſub Iuliano, Remos, per Agrippinam & Iuliacum, petens, Francos vacua præſidia vaſtantes fugauit. Hi, metu iam reuerſi ab Alemãnica victoria exercitus, duobus ſe munimentis tuebantur. Sed Iulianus eos inſecutus, Caſtellum opidum

Anno dum (hodie *Keſſel*, ad Moſam, inter Ruremondam ac Venlonam) obſedit, & deſperatione confectos, tandē menſe
358. Ianuario anni ſequentis, àd deditionem coegit.

Pariſijs exinde reliquam hiemem tranſegit: vbi etiamnum ipſius Thermæ monſtrantur, in gymnaſio Cluniacenſi.

Tranſacta hieme, iter in Germaniam inferiorem ſuſcepit, primùm *Francos* aggreſſus, quos *Salios* vocant, iam pridem auſos in Romano ſolo apud *Toxādriam* locum habitacula figere. Videtur autem hîc à Marcellino deſignari *Teſſenderlo*, Campaniæ noſtræ Brabantinæ vicus.

S. Martinus. Militauit hoc ferè tempore ſub Iuliano S. Martinus, poſt Turonenſis Epiſcopus.

Tungros, quibus tunc S. Seruatius Epiſcopus præerat, cùm veniſſet Iulianus, occurrit ipſi legatio, pacem ea lage prætendens, vt quieſcentes non laceſſerentur. *Chamaui* exinde magna ex parte bello fracti ſunt: mox caſtella tria ad ripam Moſæ ſita, quæ hoſtes vaſtauerant,

uerant, Iulianus reparauit. *Amm.l.* 15. *Anno*

Paulinus Treuerorum Epiſcopus in Phrygia moritur: quò in exilium, fraude Arianorum, miſſus fuerat, cum S. Hilario Pictauienſi Epiſcopo. 359.

An. 359. Iulianus opida ſeptẽ, paulò ante à Fracis exciſa, recépit ac reſtituit, videlicet Caſtra Herculis, nunc *Erkelens* Geldriæ opidum, Quadriburgum, *Quaetdraet* inter Agrippinam & Iuliacum, Triceſimas, Noueſium *Nuys*, Bonnam *Bon*, Antennacum *Andernach*, & Bingium *Binghe*: vt idem Ammianus narrat.

Dum hæc in Germania noſtra inferiore geruntur, contra Arianos Concilium Ariminenſe in Italia habetur: cui *Seruatius* ſeu *Seruatio*, Tungrorum Epiſcopus, interfuit. De quo ita Seuerus Sulpicius lib. 2. hiſt. 359. *Ariminenſe concil.*

Conſtantius *Imperator Præfecto Tauro mandat, vt Synodum non ante laxaret, quàm conſcriptæ ab Arianis fidei conſentire ſe omnes ſubſcriptionibus profiterentur. Ac ſi qui pertinaciùs obſiſterent, dummodò is numerus intra quindecim eſſet, in exilium pellerentur.*

Pleri-

Anno *Plerique igitur Epiſcoporum, partim imbecillitate ingenij, partim tædio peregrinationis euicti, dedere ſe aduerſarijs. Factaque ſemel inclinatione animorum, cateruatim in partem Arianorum conceſſum; donec ad xx. vſque numerus Catholicorum imminutus eſt. Sed hi quantò pauciores, tantò validiores erant.*

Conſtantiſſimus inter eos habebatur noſter Fægadius, & Seruatio *Tungrorum Epiſcopus. Hos quia minis & terriculis non ceſſerant, Taurus Præfectus precibus aggreditur, ac lacrimans obteſtatur, ſequerentur plurium exemplum, auctoritatem ſaltem ex numero ſumerent. Enimuero Fægadius paratum ſe exilio, atque ad omne ſupplicium profiteri; ſe ob Arianis conceptam fidem non recepturum.*

Ita in hoc certamine aliquot dies tracti. Vbi parum ad pacem proficiebant, paulatim & ipſe infractior: ad extremum propoſitâ ab Arianis conditione euincitur, vt adderent Catholici quæ addenda profeſſioni putarent; præbituros ſe in his, quæ eſſent adiecta, conſenſum.

Concepta igitur à Fægadio & Seruatione *profeſſiones edi cœpere. In quibus primùm*

mùm damnatur Arius. Ceterùm non etiam Anno
patri æqualis, & ſine initio, ſine tempore filius Dei pronunciatur; ſed tantùm ſimilis non eſſe ceteris creaturis, ab Ariano Valente adijcitur. Quæ fraus non intellecta, ſerò demum animaduerſa eſt. Hoc modo Concilium dimiſſum bono initio, fœdo exitu eſt conſumatum. Hactenus ex Seuero Sulpicio.

Præſenſerat hanc deceptionem adhuc in exilio degens S. *Hilarius* Pictauus, Epiſcopoſque Gallicanos anno ſuperiore præmonuerat, ſcripto ad eos libro, qui *De Synodis* inſcribitur. Cuius exordium eſt: *Dominis & beatiſſimis fratribus, & Coëpiſcopis prouinciæ Germaniæ primæ, & Germaniæ ſecundæ,* & *Belgicæ primæ &c.* Sed quin in deceptionem illam incurrerent, vt vides, impedire non potuit.

Ceterùm S. Hilarij æuo, adeoque Iuliano imperante, quis Belgicæ noſtræ ac reliquæ Galliæ ſtatus fuerit, Amm. Marcellinus non minùs eleganter quàm fideliter, vt oculatus teſtis, lib. 15. deſcribit.

Temporibus priſcis cùm laterent hæ partes vt barbaræ, tripartitæ fuiſſe credun-

Anno creduntur, in *Celtas* eoſdem Gallos diuiſæ, & *Aquitanos*, & *Belgas*, lingua, inſtitutis, legibuſque diſcrepantes.

Et Gallos quidem, qui ſunt Celtæ, *Garōne.* ab Aquitanis Garumna diſterminat flumen, à Pyrenæis oriens collibus, poſtque opida multa tranſcurſa, in Oceano deliteſcens.

Marne. *Seine.* A Belgis verò eamdem gentem *Matrona* diſcindit & *Sequana*, amnes magnitudinis geminæ: qui fluentes per Lugdunenſem, poſt circum clauſum *Paris.* ambitu inſulari Pariſiorum caſtellum, *Lutetiam* nomine, conſociatim meanteſque protinus prope *Caſtra Conſtantia* *Contances.* funduntur in mare.

Horum omnium apud veteres *Belgæ* dicebantur eſſe fortiſſimi, eapropter quòd ab humaniore cultu longè diſcreti, nec aduentitijs effeminati delitijs, diu cum Tranſrhenanis certauere Germanis.

Aquitani enim, ad quorum littora, vt proxima placidaque, merces aduentitiæ conuehuntur, moribus ad molitiem lapſis, facilè in ditionem venere Romanam.

Rege-

Regebantur autem Galliæ omnes, *Auso*
iam inde vt crebritate bellorum vrgenti
ceſſere *Iulio* Dictatori, poteſtate in
partes diuiſa quattuor: quarum *Narbonenſis*
vna, *Viennenſem* intra ſe continebat
& *Lugdunenſem*: altera *Aquitanis*
præerat vniuerſis: *Superiorem* & *inferiorem*
Germaniam Belgaſq́ duæ iuriſdictiones
ijſdem rexere temporibus.

At nunc numerantur prouinciæ per
omnem ambitum Galliarum: *Secunda*
Germania, prima ab occidentali exordiens
cardine, *Agrippina* & *Tungris* mu- *Colen.*
nita, ciuitatibus amplis & copioſis: *Tonge-*
dein *Prima Germania*, vbi præter alia *ren.*
municipia *Maguntiacus* eſt, & *Vangiones* *Ments.*
& *Nemetes*, & *Argentoratus*, barbaricis *Vuorms*
cladibus nota. *Speir.* *Stras-*

Poſt has BELGICA PRIMA *Medio-* *burg.*
matricos prætendit & *Treueros*, domici- *Mets.*
lium Principum clarum. Huic annexa *Trier.*
eſt SECVNDA BELGICA, quà Ambiani *Amiens*
ſunt, vrbs inter alias eminens, & *Cata-* *Chaallõ*
launi, & *Remi.* *Reims.*

Apud Sequanos, *Biſontios* vidimus *Beſançõ*
& *Rauracos*, alijs potiores opidis multis.

LVGDVNENSEM PRIMAM *Lugdu-* *Lyon.*
nus or-

Anno nus ornat, & *Cabillones* & *Senones*, & *Biturigæ*, & mœnium *Auguſtoduni* magnitudo vetuſta. SECVNDAM enim
Rouen. Tours. Troies. Auanches. LVGDVNENSEM *Rotomagi*, & *Turoni* Mediolanum oſtendunt & *Trecaßini*; *Alpes Graiæ*, & *Poeninæ*, exceptis obſcurioribus, habent & *Auenticum*, deſertam quidem ciuitatem, ſed non ignobilem quondam, vt ædificia ſemiruta nunc quoque demonſtrant. Hæ prouinciæ, vrbeſque ſunt ſplendidæ Galliarum.

In Aquitania, quæ Pyrenæos montes, & eam partem ſpectat Oceani, quæ pertinet ad Hiſpanos, prima prouincia eſt *Aquitanica*, amplitudine ciuitatum
Bourdeaux. Clairmont. admodum culta. Omiſſis alijs multis *Burdigala* & *Aruerni* excellunt, & *Santones* & *Pictaui*.

Saintes. Poitiers Auch. Vaſas. NOVEM POPVLOS *Auſci* commendant & *Vaſatæ*. In NARBONENSI cluſa eſt *Narbona* & *Toloſa*, quę principatum vrbium tenent.

Vienne. Arles. Valence. Marſeille. VIENNENSIS ciuitatum exultat decore multarum, quibus potiores ſunt *Vienna* ipſa, & *Arelate*, & *Valentia*: quibus *Maßilia* iungitur, cuius ſocietate & viri-

viribus in diſcriminibus arduis fultam *Anno*
aliquoties legimus Romam.

His propè *Salluuij* ſunt, & *Nicaa* &
Antipolis, inſulæque *Stœchades*. *Hacte-
nus Marcellinus*.

An. 360. hieme nondum exacta, *Iu- 360.*
lianus Pariſijs Imperator, contra Con- *Iulianus*
ſtantium, proclamatur. In Germaniæ *Imp.*
ſecundæ limitem egreſſus, *Obtricenſi*
Moſæ opido, nunc *Maeſtricht*, propin-
quauit. Rheno tranſmiſſo regionem
peruaſit Francorum, quos *Attuarios* vo- *Vide*
cant. His ſuperatis, per flumen Rhe- *pag.52.*
num præſidia limitis explorans & cor-
rigens, ad vſque Rauracos, nunc *Baſi-
leam*, venit, ac per Veſuntionem, Vien-
nam hiematurus abſceſſit.

S. Hilarius, Pictauorum Epiſcopus,
cùm Conſtantinopoli librum pro ſe
Constantio obtuliſſet, in Galliam re-
dijt quæ, ipſo agente, Ariminenſis per-
fidiæ dolos poſtea damnauit. *Euſeb. in
Chron.*

An. 361. mortuo in Oriente Con- *361.*
ſtantio, *Iulianus*, ob fidei Chriſtianæ,
quam profeſſus fuerat, deſertionem, di-
ctus *Apoſtata* & *Parabates*, ſolus imperat,

Anno biennio non toto. Nam an. 363. contra Perſas exercitum ducens deceſſit, & Imperium IOVIANO reliquit.

Iouiniano poſt menſes octo è viuis ſublato VALENTINIANVS ſuccedit qui partitis cum VALENTE fratre, prouincijs, & Oriente illi commiſſo, in Gallias poſtea venit.

Has *Alemanni*, iampridem à Iuliano pacati, iterum populabantur, Rhenum 330. anno 366. ineunte trangreſſi. Eadem tempeſtate *Sarmatæ* & *Quadi* Pānonias, *Picti*, *Saxones*, *Scoti* & *Attacotti* Britannias vaſtabant.

Alemannis ſe oppoſuit *Carietto*, Comes per vtramque Germaniam pro Romanis conſtitutus, adſumpto in ſocietatem *Seueriano* itidem Comite; qui apud Calidona Diuitenſibus, hoc eſt, Tuitientibus, è regione Agrippinenſis Coloniæ, & *Tungritanis* præſidebat. Hi ponte in flumen iniecto, audacter fines hoſtium, ſed infeliciter inuaſerunt. Seuerianus enim grauiter vulneratus eſt; Carietto interfectus; Herulorum Batauorumque vexillum ab Alemannis direptum; ceteri in fugam acti.

Sed

Sed *Iouinus*, Magiſter equitum, à Valentiniano miſſus, damnum mox reparauit, & hoſtes ad *Scarpōnam*(vicus is eſt Lotharingiæ ad Moſellam) cecidit, ac profligauit. *Anno*

An. 367. Valentinianus apud Ambianos cōſtitutus periculoſiſſimo morbo iactatur; ex quo cùm conualuiſſet, filium ſuum GRATIANVM, eadem in vrbe adhuc exiſtens, Auguſtum creauit. 367.

Eodem tempore *apud Atrebatas lana è cœlo, pluuiæ mixta, defluxit*: vt S. Hieronymus in Chronico ſuo loquitur. Quod ijſdem penè verbis Paulus Oroſius lib. 7. repetit. Lana illa, quæ vulgò *Manna* dicitur, hodieque in baſilica cathedrali Atrebatenſi adſeruatur, in feretro argenteo inaurato, quod *Guilielmus Iſiacus*, Epiſcopus Atrebatenſis, an. 1286. faciendum curauit, his verſibus additis, qui etiamnum feretro inſcripti leguntur: *Manna Atrebat*

Atrebati Manna, Romæ pluit Vnctio ſancta,
Hieruſalem ſanguis: tria ſunt hæc dona ſalutis.

Alexander cognomento Maior, Canonicus Atrebatenſis, ſcripſit hiſtoriam

Anno Mannæ, quæ ibidem mſ. adſeruatur. Quotannis Dominica ſecunda poſt Paſcha (in qua Miſſæ Introitus eſt, *Miſericordia Domini plena eſt terra*) Canonici Atrebatenſes, decreto eiuſdem Guil. Iſiaci Epiſcopi, celebrant feſtiuitatem Reliquiarum ſuæ Eccleſiæ, quam Mannæ feſtiuitatem vulgus vocat. Clemẽs VI. an. 1342. & Calixtus III. an. 1455. amplias Indulgentias templum cathedrale illo octiduo viſitantibus conceſſerunt. Magno enim numero vndique eò confluere tunc ſolent accolæ & exteri, vt & mẽſe Septembri, per triduum, poſt Natalem Deiparæ diem.

S. Hilarius Pictauorum Epiſcopus moritur, vitæ ſanctitate ac doctrina clariſſimus.

Valentinianus, Ambianis Treueros cùm proficiſceretur, intellecta Britanniæ defectione, *Theodoſium*, Theodoſij pòſt Imperatoris patrem eò miſit. Is accepto exercitu cùm Bononiam veniſſet, ſecundo inde æſtu traiecit, & ſtationem ad Rutipias habuit, Batauis & Herulis ſequi iuſſis.

Anno eodem Gallicos tractus *Franci* &

ci & *Saxones*, iiſdem confines, quo quiſque erumpere poterat, terra vel mari prædis acerbis, incendiiſque & captiuorum funeribus hominum violabant: vt Ambianus lib. 27. loquitur:

Has barbarorum in Galliam irruptiones vt impediret Valentinianus, Rhenum omnem, à Rhætiarum exordio vſque ad Oceanum magnis molibus communiuit, caſtra extulit altiùs & turres aſſiduas per oportunos lo co.

Sed ne ſic quidem inquieta prædęque auida barbaries contineri potuit. Nam an. 370. iterum erupit Saxonum multitudo, & Oceani difficultatibus permeatis, Romanum limitem, *Germaniam* puta *inferiorem*, gradu petebat intento, ſæpè noſtrorum funeribus paſta. Cuius eruptionis primæ procellam *Nannenus* ſuſtinuit, Comes regionibus iiſdem appoſitus. Acceſſit poſtea & *Seuerus*, peditum Magiſter, qui barbaros pactis inducijs primò ſecuros ad ſua dimiſit, mox ex inſidijs aggreſſus incautos adeò cecidit, vt ne vnus quidem lares genitales reuiſere poſſet. *Ammianus lib.* 28.

Anno De hac ipſa victoria ſic Oroſius: *Valentinianus Saxones, gentem in Oceani littoribus & paludibus inuijs ſitam, eruptionem magna mole meditantem, in ipſis Francorum finibus oppreſſit.*

373. An. 373. Valentinianus, tranſmiſſo Rheno, *Macrianum* Alemannorum Regem bello petijt, eiuſque regionem, ad LXX. millia paſſuum vſque, flammis vaſtauit, Regemque *Bucinobantibus*, (quæ gens erat Alemannica) dedit *Fraomarium*, quem poſtea Germanicis militibus in Britannia agentibus præfecit. De *Valentiniano* ſeniore, & *Gratiano* filio exſtat epigramma Auſonij, ſub perſona Danubij de hiſce victorijs loquentis. Fuit autem Auſonius Gratiani Imp præceptor.

Burgũdiones. Valentiniani anno IX. *Burgundionum LXXX. ferme millia, quod numquam antea, ad Rhenum deſcenderunt*: vt habet Hieronymus in Chronico. De ijſdem Burgundionibus Ammian. lib. 18. agit: & Oroſius lib. 7. cap. 32. iſta commemorat: *Burgundionum quoque, nouorum hoſtium nouum nomen, pluſquam octoginta millia ripæ Rheni fluminis inſe-*

Vide ſupra pag. 70.

inſederunt. Hos quondam, ſubacta inferiore Germania à Druſo & Tiberio, adoptiuis filijs Cæſaris, per caſtra diſpoſitos, aiunt in magnam coaluiſſe gentem; atque ita etiam nomen ex opere præſumpſiſſe, quia crebra per limitem habitacula conſtituta, Burgos *vulgò vocabant. Eorum eſſe præualidam & perniciosam manum, Galliæ hodieqúe teſtes ſunt, in quibus præſumpta poſſeſſione conſiſtunt; quamuis prouidentia Dei omnes Chriſtiani modò facti, Catholica fide, noſtriſqúe clericis quibus obedirent receptis, blandè, manſuetè, innocenterqúe viuant, non quaſi cum ſubiectis Gallis, ſed vt verè cum fratribus Chriſtianis.* Hæc Oroſius, ſed ſub Arcadio & Honorio. *Anno*

An. 376. cùm *Gratianus*, patre, Valentiniano mortuo, ſolus in Occidente, & *Valentinianus*, ſeu *Valens* eius frater in Oriente imperaret, *Hunnorum* gens Romanum orbem magno metu primùm perculit. Deſcribit eos accuratè Ammianus lib. 31. & poſt eum Sidonius Apollinaris. *Hunni.*

Ad hanc peſtem à Gallijs auertendam, *S. Seruatius* Tungrorum Epiſcopus Romam orationis cauſsâ circa an. 382.

Anno ſe contulit: vt Greg. Turonenſis lib. 2. cap. 5. narrat.

383. Vere anni proximè ſequentis, ex Italia Tungros reuerſus Seruatius, Hunnis iam per Belgicam ſæuitentibus, *Traiectum Moſæ* ſe contulit, ibique ſanctiſſimè moriens, ſepultus eſt iuxta publicum aggerem, ſeu viam militarem: cui hodieque adiacet baſilica eius nomini ſacra. In cuius baſilicæ crypta ſub odeio, ſeu choro Canonicorum etiamnum ſpectatur eius tumulus marmoreus, magna cum veneratione. Quo loco po-

Circa an. 581. ſtea S. *Monulfus* Traiectenſis Epiſcopus templum magnum in honorem S. Seruatij conſtruxit, exinde à *Carolo Magno* auctum: in quo ſacra eius oſſa ab illuſtri Canonicorum collegio hodieque adſeruantur, & à piè peregrinantibus, (quos inter maximum numerũ faciunt Britones Aremorici) quotidie viſitãtur.

Hiſt. lib. 2. Libet ipſum Greg. Turonenſem audire: *Rumor erat* Chunos *in Gallias velle prorumpere. Erat autem tunc temporis apud* Tungros *opidum* Seruatius *eximiæ ſanctitatis Epiſcopus, qui vigilijs ac ieiunijs vacans, crebro lacrimarum imbre perfuſus,*

Domini

Domini miſericordiam precabatur, ne vmquã gentẽ hanc incredulam in Gallias venire permitteret. Sed ſentiens per Spiritum, pro delictis populi, ſibi hoc non fuiſſe conceſſum, conſilium cepit, vt expeteret vrbem Romanam, ſcilicet, vt adiunctis ſibi Apoſtolicæ virtutis patrocinijs, quæ humiliter ad Dominum flagitabat, mereretur faciliùs obtinere: Anno

Accedens ergò ad beati Apoſtoli tumulum deprecabatur auxilium bonitatis eius, in multa abſtinentia, maxima inedia ſe conſumens, ita vt biduo triduoqúe ſine vllo cibo potuqúe maneret, nec eſſet interuallum aliquod, in quo ab oratione ceſſaret. Cùmqúe ibidem per multorum dierum ſpacia in tali afflictione moraretur, fertur hoc à beato Apoſtolo accepiſſe reſponſum:

Quid me, vir ſanctiſſime, inquietas? ecce enim apud Domini deliberationem prorſus ſancitum eſt, Chunos in Gallias aduenire, eaſque maxima tẽpeſtate debere depopulari. Nunc igitur ſume conſilium, accelera velociter, ordina domũ tuã, ſepulturã compone: require linteamina mũda. Ecce enim migrabis à corpore, nec videbunt oculi tui mala, quæ facturi ſunt Chuni in Gallijs, ſicut locu-

Anno locutus eſt Dominus Deus noſter.

Hoc à ſancto Apoſtolo Pontifex reſponſo ſuſcepto, iter accelerat, Galliaſq; velociter repetit: venienſq; ad vrbem Tungrorum, *quæ erant neceſſaria ſepulturæ, ſecum citius leuat: valeq; dicens clericis, ac reliquis ciuibus vrbis, denuntiat cum fletu, & lamentatione, quia nō viſuri eſſent vltra faciē illius.*

At illi cum eiulatu magno, & lacrimis eum proſequentes, ſupplicabant humili prece dicentes, Ne derelinquas nos pater ſanctè; ne obliuiſcatis noſtri paſtor bone. *Sed cum eum fletibus reuocare non poſſent, accepta benedictione, cum oſculis redierunt. Hic verò ad Traiectenſem vrbem accedens, modica pulſatus febre, receſſit à corpore, abluturſq; à fidelibus, iuxta ipſum aggerem publicum eſt ſepultus.*

Lib. de glor. Conf.

Circa cuius ſepulcrum quamuis nix defluxiſſet, numquam tamen marmor, quod ſuper erat poſitum, humectabat: & cùm loca illa nimij frigoris gelu ligentur, & nix vſque in trium & quattuor pedum craſſitudinem terram operiat, tumulum vllatenus non attingit.

Et credo idcircò iſta fieri, donec veniret, qui dignam ædificaret fabricam in honorem

Anti-

Antiſtis glorioſi. Procedente verò tempore adueniens in hanc vrbem Monulfus *Epiſcopus, templum magnum in eius honorem conſtruxit, compoſuit, ornauitq́: in quod multo ſtudio & veneratione tranſlatum corpus magnis nunc virtutibus pollet*. Hactenus Greg. Turonenſis. *Anno*

An. 383. *Maximus* tyrannus, Imperium inuadens, è Britannia in Galliam per oſtia Rheni irrupit, *Gratianum* Imperatorem, Treueris pulſum, primùm Pariſios, inde verſus Alpes fugere compulit ac demum apud Lugdunum dolo interceptum per *Andragathium* die 25. Auguſti interfecit. 383. *Gratiani cædes.*

Hunni interea, in Gratiani auxilium acciti, Galliæ imminebant: mari quidem circa oſtia Rheni, terra verò circa Coloniam Agrippinam populabundi vagabantur. Dumq́ue Romanus miles inſe (vt S. Ambroſius loquitur) *vtrimque prætendit*, & intima Galliæ loca ingreſſus, Imperij limitem validioribus præſidijs deſtitutum relinquit, ijdem Hunni, Alanis mixti, in Germaniam inferiorem excurrerunt, atque inter ceteras *Tungrenſem* vrbem, etſi amplam *Hunni.*

Anno plam tum & copioſam (vt Ammianus Marcellinus nuncupat) minùs tamen munitam, ſi non exciderunt, vehementer ſaltem attriuerunt.

Quo audito, *Maximus*, cæſo *Gratiano*, iam victor, barbaros in ſe immiſſos, trans Rhenum fugauit, ſedemque Imperij Treueris, prædeceſſorum more, collocauit.

S. Ambroſius. Sub eiuſdem anni 383. finem S. *Ambroſius* Epiſcopus, à *Valentiniano* Imp. miſſus, cùm Treueros veniſſet, Maximum, fulguris inſtar, omnia peruadentem, quò minus eodem impetu Italiam inermem inuaderet, cohibuit, *Gratiani* corpus repetijt, & tyrannum ſpe pacis repreſſit.

Agebat tum Treueris *Ithacius*, Soſubenſis ſeu Oſſonubenſis in Luſitania Epiſcopus, qui ab extrema Hiſpania veniens apud *Gratianum*, Treueris agentem, *Priſcillianum* hæreſeos accuſarat.

Priſcillianus. Hoc cæſo, Maximum victorem aggreſſus, effecit vt anno proximè ſequenti 384. Synodo *Burdigalæ* congregata, Priſcillianus cum ſectoribus damnaretur, quòdq; ad Imperatorem appellaſſet,

ſet,mox Treueros deduceretur. *Anno*

Fortè ibi tum præſens erat S. *Martinus* Turonenſis Epiſcopus, qui indignum ratus controuerſias Eccleſiaſticas ad Imperatoris tribunal deferri,& Epiſcopos apud iudices ſæculares cruentas accuſationes inſtituere, Ithacium & cetetos Priſcilliani accuſatores increpauit. Vide reliqua apud Baronium. *S. Martinus.*

Ceterùm an. 383. cùm *Maximus* è Britannia, vt dixi, in Galliam feſtinanter traijceret, erat indubiè ingens virginum ſexus vtriuſque ac mulierum turba, ab vniuerſo eiuſdem Maximi exercitu,tamquam ſubitę expeditionis impedimentum,in Britannia, tantiſper dum res meliùs fluerent,relicta. 383.

Quæ quidem turba, cæſo Gratiano, partaque iam per Maximum victoria, dum ad parentes, maritos, propinquos, & amicos per oſtia Rheni,perque Veronam Friſiorum, ſupra à nobis deſcriptam, eodem quo illi priùs itinere venerant, duce agminis VRSVLA properat,in Hunnos,Gratiani fautores, incidit; & ab ijſdem infeſtis *S. Vrſula.*

Maxi-

Anno Maximi hoſtibus, quibus ſeſe proſtituere nolebant, omnes ſunt interemptæ. Sicque martyrium fecerunt, cùm pro Chriſtiana, quam profitebantur, religione, tum pro pudicitia ſeruanda.

Ac prima quidem harum virginum martyrumque mentio exſtat in Hiſtoria S. Cuniberti Colonienſis Epiſcopi, cuius ſcriptor *Baſilicam ſanctarum virginum* memorat. Meminit earum & *VVandelbertus Prumienſis*, qui an. 850. floruit, in Martyrologio ſuo metrico his verſibus:

Tunc numeroſa ſimul Rheni per littora fulgent
Chriſto virgineis erecta trophaea maniplis
Agrippinæ vrbi: quarum furor impius olim
Millia mactauit, ductricibus inclyta ſanctis.

Hanc noſtram de SS. Virginibus Colonienſibus coniecturam *Bartholomaus Petrus*, Doctor Th. Duacenſis, *Heribertus Roſvveidus*, & *Ægidius Bucherius*, Soc. Ieſu Theologi, *Marcus Velſerus*, Duumuir Auguſtanus, *Nicolaus Faber*, Ludouici XIII. Gallorum Regis præceptor, & alij viri antiquitatis eccleſiaſticæ ac profanæ præ ceteris periti,

periti, à me conſulti, probarunt. *Anno*

Exſtat *Diſquiſitio* noſtra de hiſtoria S. Vrſulæ eiuſque ſodalium, primùm Antuerpiæ, pòſt Lutetiæ typis Niuellianis edita, ad quam remitto plura deſiderantem.

Anno 384. Synodus *Burdigalæ*, vt dixi, eſt congregata : à qua *Priſcillianus*, cum ſectatoribus ſuis, damnatus, ad Gratianum Imperatorem, Treueris agentem, appellauit. Cùm itaque is *Treueros* deductus eſſet, altera ibidem Synodus contra Priſcillianiſtas eſt habita, cui S. *Martinus* Turonenſis Epiſcopus, cum alijs Galliarum Antiſtitibus, interfuit. *Burdig. Synodus* *Treuerenſis.*

Anno ſequenti 385. ineunte Maximus Imp. Priſcillianum eiuſque ſocios aliquot capitis damnat, alios in exilium pellit. 385.

Quo tempore, *Ambroſius* Mediolanenſis Epiſcopus, à *Valentiniano* Imp. & eius matre *Iuſtina* miſſus, iterum Treueros venit. Vbi poſt ſuum cum Maximo congreſſum, *cùm ab Epiſcopis* (Ithacianis) *abſtineret, qui Maximo communicabant, vel qui aliquos, deuios licet à fide* *S. Ambroſius.*

Anno (Priſcillianiſtas) *ad mortem petebant: commotus Imperator iuſſit eum ſine mora regredi. Ego verò*, inquit, *libenter ingreſſus ſum iter: hoc ſolo dolore percitus, quòd Hyginum Epiſcopum* (Cordubenſem) *ſenem in exilium duci comperi. cui nihil iam niſi extremus ſupereſſet ſpiritus. Cùm de eo conuenirem comites eius, ne ſine veſte, ſine plumatio paterentur extrudi ſenem, extruſus ipſe ſum.*

Lib. 9. de Occ. Imp. Hæc Ambroſius epiſt. 27. narrat: quæ ad hunc annum Carolus Sigonius cum Bucherio rectè refert, ex ipſo hiſtoriæ nexu: etſi alij ad annum 387. reijciant.

Ad hunc quoque annum referendus eſt iteratus S. *Martini* ad vrbem Treuerenſem acceſſus: de quo Seuerus Sulpitius in Hiſt. & Dial.

388. Anno 388. Maximus Imperator, *Sciſciæ* in Pannonia, prælio à Theodoſio Imp. ſuperatur. Exinde à proprijs militibus proditus Aquileiæ 27. Auguſti occiditur.

Quo eodem tempore (ait Greg. Turonenſis ex Sulpitij Alexandri hiſtorijs) *Franci*, Genobaldo, Marcomere & Sunone

none *ducibus, in Germaniam (inferiorem) prorupere; ac pluribus mortalium, limite inrupto, caſis, fertiles maximè pagos depopulati, Agrippinenſi etiam Coloniæ metum incuſſere.* *Anno*

Quod vbi Treueros perlatum eſt: Nannius *&* Quintinus, *militares Magiſtri, quibus infantiam filij (* Victoris *) & defenſionem Galliarum Maximus commiſerat, collecto exercitu apud Agrippinam conuenere. Sed onuſti præda hoſtes, prouinciarum opima depopulati, Rhenum tranſiere, pluribus ſuorum in Romano relictis ſolo, ad repetendam depopulationem paratis. Cum quibus congreſſus Romanis accommodus fuit; multis Francorum apud* Carbonariam *ferro peremptis.* *Id eſt, in Hannonia.*

Cumque conſultaretur de ſucceſſu, an in Franciam tranſire deberent; Nannius *abnuit: quia non imparatos, & in locis ſuis indubiè fortiores futuros ſciebat. Quod cùm* Quintino *& reliquis viris militaribus diſplicuiſſet,* Nannio *Maguntiacum reuerſo* Quintinus *cum exercitu, circa* Noueſium *caſtellum, Rhenum tranſgreſſus eſt: vbi cum ſuis, ad internecionem penè caſis, occubuit.* *Nuys.*

Anno 389. Carietto & Syrus, in lo-

Anno cum Nannij ſeu Nanneni iam ſubrogati, bellum contra Francos proſequuntur: vt Turonenſis lib. 2. cap. 9. commemorat.

Gallijs, quas Maximus occuparat, Valentiniano per Occidentem imperanti reſtitutis, pleræque Belgarum Eccleſiæ videntur quodammodo reuixiſſe. Teſtantur ſiquidem Atrebatium Annales,

390. circa an. 390. *Diogenem* natione Græcum apud Atrebates Epiſcopum egiſſe.

Diogenes Ep. Atrebat.

Sed & S. *Seuerinus*, Colonienſis Archiepiſcopus, Tungros Præſule orbatos, & barbarorum incurſionibus attritos, quin & Ariana, vt quidam volunt, hæreſi laborantes, his ferè temporibus viſitauit, vtpote ſuam ad prouinciã pertinentes. Idē S. *Euergiſlum* Tungrenſem adoleſcentem, bonis moribus præditum, tunc ſecum Coloniam abduxit.

Morini quoque, Flandriæ occiduæ populi, circa hæc tempora, à S. *Victricio* Rotomagenſi Archiepiſco ſunt exculti: vt & Neruicani ſeu Ebruicani tractus incolæ, quos hodie Normannos vocant. Sunt enim prorſus alij à Neruijs: vt Ortelius, Scaliger, & Brouuecus

S. Victricius.

rus notarunt. *Anno*

An. 392. Idibus Maij, cæſo apud 392.
Viennam Valentiniano, *Arbogaſtes*
Francus, eius rei auctor, *Sunnonem &*
Marcomerem (*Francorum regulos ſeu duces*)
gentilibus odijs inſectans, Agrippinam *vi-*
gente hieme petijt. Collectoq́ exercitu tranſ-
greſſus Rhenum, Bructeros *ripæ proximos,*
pagum Actiam, *quem* Chamaui *incolunt*
depopulatus eſt, *nullo vnquam occurſante;*
niſi quod pauci ex Ampſiuarijs *&* Chattis
Marcomere duce, *in vlterioribus collium*
iugis apparuere. Ita Greg. Turon. lib. 2.
cap. 9.

An. 400. S. *Martinus* Turonenſis 400.
Epiſcopus, magnum illud Galliarum *S. Mar-*
lumen, ex hac vita ad meliorem tran- *tini obi-*
ſijt: vt Bucherius ſupputat. Vitam ma- *tus.*
giſtri ſui ſcripſit *Seuerus Sulpitius*, non
Archiepiſcopus Bituricenſis (vt Baro-
nius putauit) ſed presbyter Primulia-
cenſis. Nam *Sulpitius Seuerus*, cogno-
mento *Pius*, qui Bituricenſium Archie-
piſcopus fuit, diu poſt S. Martinum
floruit, & an. 594. obijt. Prioris Sulpitij
nomen Rom. Martyrologij tabulis ad
diē 29. Ianuarij eſt inſertum poſterioris

Anno verò ad diem 17. eiuſdem menſis.

Eodem, quo obijt die S. Martinus, melodiam Angelorum, animam eius in cælos cum triumpho deducentium, audiuit Coloniæ Agrippinæ S. *Seuerinus* Epiſcopus vnà cum comite ſuo *Euergiſlo*.

Vandali Sæculum iſtud quàm maximè infame reddiderunt *Vandalorum*, *Gothorum*, *Alanorum*, aliorumque barbarorum irruptiones in Italiam, Hiſpaniam, Galliam, ceteraſque Rom. Imperij prouincias.

Oppoſuit ſe illis primùm *Stilico*; ſed pòſt Imperio inhians, pretio barbaram militiam redemit, & pacem cum *Alarico* Viſigothorum Rege inijt.

405. Poſt hunc *Radaguiſus*, collecta Gothorum, Sarmatarum, & Germanorum manu, Italiam inuaſit: vt Paulus Diaconus & Zoſimus fusè narrant.

Godigiſilus Vandalorum Rex, ſiue hortatu Stiliconis, ſiue exemplo Radaguiſi prouocatus, Galliam ſibi inuadendam propoſuit. Danubio itaque traiecto, in Germaniam ſe effudit, adſcitis in ſocietatem *Alanis*, *Marcomannis*, *Herulis*,

rulis, *Sueuis*, *Alemannis*, *Saxonibus*, Anno
Burgundis & alijs. Cum his ad Rhenum progreſſus, fruſtra ſe opponentibus Francis, flumen tranſmiſit pridie Kal. Ianuarias, hoc eſt, an. 406. exeunte. 406.

Effuſi igitur in Germaniam primam, Belgicamque ſecundam, barbari latè omnia vaſtarunt, Moguntiaco euerſo, Vangiones, Remi, Ambiani, Atrebates, Morini, Tornacenſes, Nemetes, Argentoratenſes ſubacti ac direpti. *Primò* (inquit Saluianus) *effuſa eſt gens barbara in Germaniam primam, ditione Romanam; poſt cuius exitium, arſit regio Belgarum.*

Huc pertinet querela S. Hieronymi, quæ epiſt. 11. legitur: *Innumerabiles & ferociſſimæ nationes vniuerſas Gallias occuparunt, quidquid inter Alpes & Pyrenæum eſt, quod Oceano & Rhodano includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, & hoſtes Pannonij vaſtarunt. Moguntiacum capta atque ſubuerſa eſt, & in eccleſia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obſidione deleti. Remorum*

Ann. *vrbs præpotens, Ambiani, Atrebates, Morini, Tornacus, Nemetes, Argentoratus, tranſlati in Germaniam. Aquitania, Nouemq; populonia, Lugdunenſis, & Narbonenſis prouinciæ, præter paucas vrbes, populata ſunt cuncta. Non poſſum abſque lacrimis Toloſæ facere mentionem, quæ vt huc vſque non rueret, ſancti Epiſcopi Exuperij merita præſtiterunt. Ipſæ Hiſpaniæ iam iamq; perituræ contremiſcunt: Roma vitam auro redimit.*

His ipſis temporibus *Nicaſius* Remo-
409. rum Epiſcopus, cum ſorore Eutropia, à barbaris eſt interfectus; vt & *Diogenes* Atrebatium Epiſcopus.

Dum barbari Belgicam vaſtant, Romanæ in Britannia copiæ, ab Honorio Imperatore deficientes, primò *Marcum*,
Conſtātinus tyrannus. tum *Gratianum*, denique Conſtantinum ſibi Tyrannum creant. Is è Britannia, ſub autumnum anni 407. Bononiam in
407. Galliam traiecit, collectiſque copijs Gallicis, Vandalos, alioſque barbaros, Galliam populantes, cecidit. Ita Conſtantinus Britanniæ, Galliæ, atque adeò Hiſpaniæ Imperium tandem obtinuit, icto cum Vandalis fœdere, ſed infido: vt Oro-

vt Oroſius lib. 6. & 7. itemque Sozo- *Anno*
menus lib. 9. narrant.

Circa an. 410. *Gerontius* contra Con- 410.
ſtantinum in Hiſpania rebellans, *barbaros in Gallijs ad defectionem contra Conſtantinum impellit. Quibus cùm Conſtantinus nõ reſtitiſſet, quod maior copiarũ ipſius pars eſſet in Hiſpania, cuncta pro libitu inuadentes Tranſrhenani barbari, eò tum incolas inſulæ Britanniæ, tum quaſdam nationes Gallicas redegerunt, vt ab Imperio Romano deficerent, arbitratuq́; ſuo viuerent.* Ita Zoſimus lib. 6.

Ex quo datur intelligi, non modò *Belgæ à*
Britannos, ſed & Belgas noſtros præ- *Romanis*
ſertim Septẽtrionales, ſub Conſtantino *deficiunt.*
tyranno, à Romanis defeciſſe; adeoque Francos in Germania noſtra inferiore, pulſis Romanorum præſidijs, fixam demum ſedem ac domicilium tunc collocaſſe.

Dum hæc in Gallia geruntur, Ro- 410.
ma orbis domina, quæque totum ceperat orbem, à Viſigothis capitur.

An. 411. dum Conſtantinus tyran- 411.
nus à Conſtantio, Honorij Imp. tunc duce, pòſt Auguſto, opprimitur, *Iouinus,*

Anno *vir Galliarum nobiliſſimus, apud Moguntiacum, ſtudio* Goaris *Alani, &* Gunnarij *Burgundionum Phylarchi, Tyrannus creatus eſt, & cum Burgundionibus, Alemannis, Francis, Alanis, ingenti exercitu*, interiora Galliæ *Narbonam* vſque peruaſit, & per tyrannidem bienuio tenuit: vt Greg. Turon. lib. 2. loquitur.

Quo audito Attalus (& ipſe Tyrannus paulò ante ab *Alarico* Gothorum Rege Romæ creatus, tum verò ab *Athaulfo*, Alarici ſucceſſore fotus) *Athaulfo ſuadet, vt Iouino ſe adiungat. Iſque cum copyis ad eum* (*ex Italia*) *ſe confert*, an.

412. 412. vt Proſper in Chronico tradit. *Gothi in Gallias irrumpunt.* Hæc fuit prima Gothorum in Gallias incurſio.

Eodem anno, aut circiter, *Treuerorum ciuitatem à Francis direptam incenſamque ſecunda irruptione* Greg. Turonenſis lib. 2. cap. 9. refert, ex Renato Profuturo Frigerido: cuius ſcripta non exſtare, meritò eruditi omnes dolent.

Notitia Galliæ. Imperij rebus nonnihil pacatis, circa hæc tempora NOTITIA PROVINCIARVM GALLIÆ, quæ omnium

omnium manibus teritur, eſt conſcripta. Lapſus enim eſt Ioſephus Scaliger, cùm ad Cæſaris Auguſti tempora eam retulit. *Anno*

Certè poſt Ammiani Marcellini tempora eam eſſe conſcriptam, vel inde conſtat, quòd ipſe non niſi duas Lugdunenſes prouincias agnouerit: vt ſupra oſtendimus. *Pag. 79.*

In iſta porrò Notitia, quidquid intra Alpes, mare mediterraneum, Oceanum & Rhenum, continetur, vno Galliarum nomine comprehenditur, & quidquid intra fines illos ſitum eſt, in XVII. Prouincias diuiditur:

Belgicam primam,
Belgicam ſecundam,
Germaniam primam,
Germaniam ſecundam,
Lugdunenſes quattuor,
Maximam Sequanorum,
Viennenſes quinque,
Aquitaniam primam,
Aquitaniam ſecundam, &
Nouem populanam.

PRO-

Anno

I. PROVINCIA BELGICA PRIMA,

Metropolis,ciuitas Treuerorum. *L'Archeueſché de Treues.*

Ciuitas Mediomatricũ,hoc eſt, Metis. *l'Eueſché de Mets.*

Ciuitas Leucorum , id eſt, Tullum. *l'Eueſché de Toul.*

Ciuitas Virdunenſium. *l'Eueſché de Verdun.*

II. PROVINCIA BELGICA SECVNDA.

Metropolis ciuitas Remorum. *l'Archeueſché de Reims en Champaigne.*

Ciuitas Sueſſonum. *l'Eueſché de Soiſſons.*

Ciuitas Catalaunorum. *l'Eueſché de Chaallon.*

Ciuitas Veromanduorum. *l'Eueſché des Vermandois.*

Ciuitas Atrebatium. *L'Eueſché d'Arras.*

Ciuitas Cameracenſium. *L'Eueſché de Cambray*, ad Scaldim.

Ciuitas Tornacenſium. *L'Eueſché de Tournay*,ad Scaldim.

Ciuitas Siluanectum. *L'Eueſché de Senlis.*

Ciuitas

Ciuitas Bellouacorum. *L'Eueſché de Beauuais.* *Anno*

Ciuitas Ambianorum. *L'Eueſché d'Amiens*, ad Somonam.

Ciuitas Morinorum, id eſt, Ponticum. *L'Eueſché de Terouane.*

Ciuitas Bononienſium. *L'Eueſché de Bouloigne ſur mer.*

NOtet lector hîc deeſſe LAVDVNVM CLAVATVM, *Laon*, in quo S. Remigius Remorũ Archiepiſcopus demum anno 400. primum Epiſcopum conſtituit: vt Sigebertus in Chron. tradit. *Laon.*

CAMERACVM anno 1559. Paulus IV. Papa, petente Philippo II. Rege Catholico, Belgarumque Principe, Archiepiſcopali honore auxit, & ſuffraganeos dedit *Tornacenſem*, *Atrebatenſem*, *Audomaropolitanum & Namurcenſem*, Epiſcopos. *Cãbray.*

Ante barbarorum in Galliam irruptiones, BONONIA proprium ſibi Epiſcopum habuit: vt Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis, lib. aduerſus *Bouloigne.*

Anno ſus Hincmarū Laudunenſem, teſtatur.

Reſtituta deinde, poſt Clodouæi baptiſmum, Chriſtiana per Galliam Belgicam religione, vnus idemque Epiſcopus Morinis ac Bononienſibus præfuit. Hinc Ionas, in vita S. Euſtaſij Abbatis Luxouienſis, S. *Audomarum* Teruanæ & Bononiæ Epiſcopum rectè nuncupat. Ceterùm exciſa an. 1552. Teruana, iterum proprius Bononiæ Epiſcopus eſt datus, ad cuius hodie diœceſim, præter opida & vicos ditionis Francicæ, pertinet quoque Comitatus S. Pauli, Arteſiæ pœmerijs incluſus. Reliqua veteris diœceſis Teruanenſis portio, partim Audomaropolitano, partim Iprenſi, Epiſcopis ſubeſt.

III. PROVINCIA GERMANIA PRIMA.

METropolis, ciuitas Maguntiacenſium. *L'Eueſché de Ments*, ad Rhenum.

Ciuitas Argentoratenſium, Stratisburgū. *L'Eueſché de Strasburg*, ad Rhenū.

Ciuitas Nemetū, id eſt, Spira. *L'Eueſché de Spier*, ad Rhenum.

Ciui-

Ciuitas Vangionum, id eſt, Wormatia. *L'Eueſché de VVorms*, ad Rhenum. *Anno*

PROVINCIA GERMANIA II.

Metropolis, ciuitas Agrippinenſium, hoc eſt, Colonia. *L'Eueſché de Cologne* ad Rhenum. *IV.*

Ciuitas Tungrorum. *L'Eueſché de Tongres*, ad Iecoram.

Tungris ſedes primùm tranſlata eſt *Traiectum Moſæ*, & inde *Leodicum* an. 709. per S. Hubertum Epiſcopum. *Maeſtricht.* *Liege.*

V.

PROVINCIA LVGDVNENSIS I.

Metropolis, ciuitas Lugdunenſium. *L'Archeueſché de Lyon*, ad Rhodanum.

Ciuitas Eduorum ſeu Heduorum, hoc eſt, Auguſtodunũ. *L'Eueſché d'Auſtun.*

Ciuitas Lingonum. *L'Eueſché de Langres.*

Caſtrum Catiſconenſe. *L'Eueſché de Maſcon.*

Caſtrum Caballionenſe. *L'Eueſché de Challon ſur Saoſne.*

PRO-

Anno

VI. PROVINCIA LVGDVNENSIS II.

Metropolis, ciuitas Rotomagenſium. *l'Archeueſché de Rouen.*

Ciuitas Baiocaſſium. *l'Eueſché de Baieux.*

Ciuitas Abrincantorum. *l'Eueſchè d'Auranches.*

Ciuitas Saiorum. *l'Eueſchè de Ses ou Sais.*

Ciuitas Eburouicenſium. *l'Eueſchè d'Eureux*, in Aulercis.

Ciuitas Lexouiorum. *l'Eueſchè de Liſieus.*

Ciuitas Conſtantienſium. *l'Eueſchè de Cantances, en Normandie.*

VII. PROVINCIA LVGDVNENSIS III.

Metropolis,ciuitas Turonum. *l'Archeueſchè de Tours*, ad Ligerim.

Ciuitas Cenomannorum. *l'Eueſchè du Mans.*

Ciuitas Redonum. *l'Eueſchè de Renes*, in Britannia minore.

Ciuitas Andegauorum, ſine Andium. *l'Eueſchè d'Angiers*, ad Ligerim.

Ciuitas Nannetum. *l'Eueſchè de Nan-*

tes

tes, ad Ligerim. *Anno*

Ciuitas Curoſopitorum. *l'Eueſchè de Cornouaille*, in Britannia minore.

Ciuitas Ciantium, id eſt, Venetorum. *l'Eueſchè de Vennes ou Vannes*, ibidem.

Ciuitas Oſiſmiorum, id eſt, Tricorienſium. *l'Eueſchè de Treguier.*

Ciuitas Diablintum, id eſt, Cariſes.

PROVINCIA LVGDVNENSIS IIII. *VIII.*

Metropolis, ciuitas Senonum. *l'Archeueſchè de Sens.*

Ciuitas Carnutum. *l'Eueſchè de Chartres.*

Ciuitas Antiſiodorum. *l'Eueſchè d'Auxerre*

Ciuitas Trecaſſium. *l'Eueſchè de Trois ou Troyes, in Champaigne.*

Ciuitas Aurelianorum. *l'Eueſchè d'Orleans*, ad Ligerim.

Ciuitas Pariſiorum. *l'Eueſchè de Paris*, ad Sequanam.

Ciuitas Meldorum. *l'Eueſche de Meaux.*

Anno

Anno

ANno 1622. petente *Ludouico* XIII. Galliarum Rege, ſedes Archiepiſcopalis à *Gregorio XV*. Papa Pariſijs conſtituta eſt, cui ſubſunt, vt ſuffraganei, *Carnutenſis*, *Aurelianenſis*, & *Meldenſis*, Epiſcopatus.

IX. PROVINCIA MAXIMA SEQVANORVM, SEV LVGDVNENSIS V.

MEtropolis ciuitas Ariſpolinorum, id eſt, Veſontio *l'Archeueſchè de Bezançon*.

Ciuitas Equeſtrium, id eſt, Niuidunum, *l'Eueſchè de Nyon*, ad lacum Lemanum, inter Geneuam & Lauſanam. Sedes inde tranſlata eſt Bellicium, *Bellay*.

Ciuitas Heluetiorum, id eſt, Auenticum. *l'Eueſchè d'Auanches*, olim. Sedes inde Lauſanam tranſlata, *Loſane*.

Ciuitas Baſileenſium. *l'Eueſchè de Baſle*, olim Colonia Raurica. Epiſcopus Baſileenſis, nunc Bruntruti habitat.

Caſtrum

-um Vindonenſe, ideſt, Vindo- Anno
ſa. *l'Eueſchè de VVindiſch*, vicus
nc exiguus prope Arolæ Ruſſæ-
e confluentes. Sedes inde tran-
a Conſtantiam anno 597 regnan-
Childeberto II, Auſtraſiæ Rege.
um Ebrodunenſe, *Iuerdun*, in
ibus Heluetiorum, non procul
opido *Pontarlier*.
um Argentarienſe, ideſt, Argen-
aria. *Horburg*.
um Rauracenſe, *Augſth*, prope
ileam.
s Lucini. *Port de Lené*, vicus ad
inum fl.

VINCIA VIENENSIS PRIMA. X.

polis, ciuitas Viennenſium.
cheueſché de Vienne.
s Geneuéſiũ. *l'Eueſché de Geneue*.
Gratianopolitanorum. *L'Eueſ-*
e Grainoble.
Albenſium, nunc Viuario.
eſché de Viuiers.
Deenſium, ſeu Dienſium.
eſchè de Die.

Anno Ciuitas Valentinorum. *l'Eueſché de Valence.*

Ciuitas Tricaſtinorum. *l'Eueſché de Sainct Antoni de Tricaſtin.*

Ciuitas Vaſionenſium. *l'Eueſché de Vaiſon.*

Ciuitas Arauſicorum, ſiue Arauſionenſium. *l'Eueſché d'Aurange ou Orange.*

Ciuitas Carpétoractenſium, nunc Vindauſica. *l'Eueſché de Carpentras.*

Ciuitas Caballicorum. *l'Eueſché de Caballon ou Cauaillon du Contat.*

Ciuitás Auennicorum ſiue Auenionenſium. *l'Eueſché d'Auignon.*

Ciuitas Arelatenſium. *l'Eueſché d'Arles.*

AVENIO, vrbs hodie Archiepiſcopalis, Pontificiæ ditionis, ſuffraganeas ſibi habet *Carpentoractenſem*, *Vaſionenſem* & *Cabillionẽſem* ſeu *Cabellicenſem* eccleſias. Archiepiſcopatum Sixtus IV. inſtituit.

ARELATENSIS nunc Archiepiſcopus ſuffraganeos habet *Maſſilienſem*, *Tricaſtinenſem* ſeu *Tricaſtinum*, *Tolonenſem*

...ni & *Arauſionenſem* Epiſcopos.

PROVINCIA VIENNENSIS II.

...etropolis, ciuitas Narbonenſium. *XI.*
l'Archeueſché de Narbonne.
...uitas Toloſatium. *l'Eueſché de Toloſe.*
...uitas Agathenſium. *l'Eueſché d'Agde.*
...uitas Aletenſium. *l'Eueſchè d'Alet.*
...uitas Biterienſium. *l'Eueſchè de Beziers.*
...uitas Magalonenſium. *l'Eueſché de Maguelone*, nunc *Montpelier.*
...itas Nemauſenſium. *l'Eueſchè de Niſmes.*
...trum Luteua. *L'Eueſché de Loeué.*
...rum Vcetienſe. *l'Eueſché d'Vſez.*

...OLOSAM an. 1316. Ioannes XXII. ...apa metropolitico honore inſig... & Epiſcopos ſeptem ſubeſſe vo... Apamienſem, *Paſmiez*, Montis ...i; *Montaulban*, Mirapicenſem, ...oix, Vaurenſem, *la Vaur*, Riuenſem

Anno ſem *Rieux*, Lombarienſem, *Lombes*, & S. Papuli, *S. Papoul*. Vide Notitiam Epiſcopatuum orbis Chriſtiani, typis Plantinianis à me editam.

XII. PROVINCIA VIENNENSIS III.

Metropolis, ciuitas Aquenſium, id eſt, Aquæ Sextiæ. *l'Archeueſché d'Aix en Prouence.*

Ciuitas Reienſium ſeu Riuenſium, id eſt, Reius. *l'Eueſché de Riés,*

Ciuitas Aptenſium. *L'Eueſché d'Apt.*

Ciuitas Foroiulienſium. *L'Eueſché de Ferieuls, ou Ferieus.*

Ciuitas Vapincenſium. *L'Eueſché de Gap.*

Ciuitas Segeſtoriorum. *L'Eueſché de Siſteron.*

Ciuitas Antipolitana. *L'Eueſché d'Antibe.* Sedes inde Graſſam tranſlata eſt, *Graſſe.* Agroecius Epiſcopus Antipolitanus conc. Agathenſi interfuit.

PRO-

Anno

OVINCIA VIENNENSIS IV. N ALPIBVS MARITIMIS. *XIII.*

tropolis, ciuitas Ebrodunenſium. *L'Archeueſché d'Ambrun.*

iitas Dinienſium. *L'eueſché de Dine.*

iitas Rigomagenſium.

iitas Sollinienſium.

iitas Sanitienſium, id eſt, Saniti. *L'Eueſché de Senaz.*

iitas Glannatena. *L'Eueſché de Glan-eues.*

iitas Cemeleuenſium. *L'Eueſché de imies*, deſijt. Exſtant Homiliæ S. Valeriani Epiſcopi Cemeleuenſis, eu Cimelienſis.

iitas Vencienſium. *L'Eueſchè de ainct Paul de Vences.*

OVINCIA VIENNENSIS V. IN ALPIBVS GRAIIS PENINIS. *XIV.*

ropolis, ciuitas Centronum, id t, Tarantaſia. *L'Eueſchè de Taran-iſe.*

tas Vallenſium, id eſt, Octodu-im, *Sainct Mauris*, olim Epiſcopos abuit, in his Ruſticū & Theodolū.

TArantaſienſis Archiepiſcopus hodie ſuffraganeos habet Auguſtanum, *Aoſta*, & Sedunenſem, *Sion*, Antiſtites.

XV. PROVINCIA AQVITANIA I. SEV VIENNENSIS SEXTA.

Metropolis, ciuitas Biturigum vel Betorigorum. *L'Archeueſché de Bourges.*

Ciuitas Aruernorum. *L'Eueſché de Clermont en Auuergne.*

Ciuitas Rutenorum, *L'Eueſché de Rodes ou Rodais.*

Ciuitas Albigenſium. *L'Eueſché d'Alby.*

Ciuitas Cadurcorum. *L'Eueſché de Caors.*

Ciuitas Lemouicum. *L'Eueſché de Limoges.*

Ciuitas Gabalorum ſeu Mimatenſium. *Le Pays de Giuauldan.*

Ciuitas Vilaunorum. *Le pays de Velay.*

PRO-

Anno

ROVINCIA AQVITANIA II. SEV VIENNENSIS SEPTIMA. *XVI.*

letropolis, ciuitas Burdigalenſium. *L'Archeueſché de Bourdeaux.*
iuitas Aginnenſiū. *L'Eueſché d'Agen.*
iuitas Ecoliſmenſium. *L'Eueſché d'Engouleſme.*
iuitas Sanctonum ſeu Santonum. *L'Eueſché de Sainctes.*
iuitas Pictauorum. *L'Eueſché de Poictiers.*
iuitas Petrogoriorum. *L'Eueſchè de Perigueux.*

ROVINCIA AQVITANIA TERTIA, *XVII.* ALIAS NOVEM POPVLANA, SEV VIENNENSIS OCTAVA.

etropolis, ciuitas Auſciorum. *L'Archeueſchè d'Auch.*
uitas Aquenſium. *L'Eueſchè d'Aqs.*
uitas Lacturatium, ſeu Laſtoratium. *L'Eueſchè de Lactoure.*
uitas Conuenas. *L'Eueſchè de Cominges.*
uitas Conſarannorum, vel Conſo-

Anno rannorum. *L'Eueſché de Couſerans.*

Ciuitas Boatum, id eſt, Borus. *Le pays de Buchs.*

Ciuitas Benearnenſium, id eſt, Benaarnus. *Le pays de Bearn.*

Ciuitas Aturenſium, *L'Eueſché d'Aire.*

Ciuitas Vaſatica, *L'Eueſché de Baſas.*

Ciuitas Tarba, vel caſtrum Begorra. *L'Eueſché de Tarbe de Bigorre.*

Ciuitas Eloronẽſiũ, *L'Eueſché d'Oleron.*

Ciuitas Eluſatium, *la ville & pays d'Euſe en Gaſcogne.*

Hæ ſunt XVII. prouinciæ, in quas non Auguſtus Cæſar (vt Ioſ. Scaliger putauit) ſed Honorius, aut alius æui illius Imperator Gallias diuiſit.

Circa annum 417. *Exuperantius*, Præfectus pretorio Galliarum, Aremoricas oras ad pacem ex parte reduxit, nec famulis, hoc eſt, Francis, diutiùs ſeruire voluit. Fuit Exuperantius ille pater Pallatij: de quo Rutilius Numatianus in Itinerario ſic canit.

Cuius Aremoricas pater Exuperantius oras
Nunc poſtliminium pacis amore docet.
Leges reſtituit, libertatemqúe reducit,
Et ſeruos famulis non ſinit eſſe ſuis.

Rebus

Rebus apud Aremoricos ac Belgas *Anno*
er Exuperantium nonnihil pacatis,
eriſimile eſt Tungrenſi eccleſiæ (quæ
o obitu S. Seruatij, ob barbarorum in-
urſiones, vacarat) ſuum rurſus Epiſco-
um fuiſſe redditum, nomine *Agrico-
um*. Huic ex ordine ſucceſſerunt *Vrſi-
nus*, *Deſignatus*, *Reſignatus*, *Sulpitius*,
uirillus, *Eucherius*, *Falco*, & *Eucharius*.
ui quidem quot annis ſinguli ſede-
nt, non conſtat.

Circa annum 419. aut vt alij volunt, 421.
aramundus Francorum Rex cis Rhe- *Phara-*
m primus regnare incipit: vt Proſper *mundus*
Chronico, per Pithæum edito, tra-
.

An. circiter 424. Exuperantius, Præ-
tus prætorio Galliarum, à militibus
pſa Gallia occiditur.

An. 425. *Clodio* ſeu *Clogio* Francis *Clodio.*
perat, ſi Proſpero Pithæano credi-
s. Hic *apud Diſpargum caſtrum habita-
quod eſt in termino Thoringorum*: vt
eg. Turonenſis lib. 2. cap. 9. loqui-

Diſpargum caſtrum pleriq; *Duysburg*,
lũ ad Rhenũ in Ducatu Montenſi,
hodie

Anno hodie eſſe volunt: alij *Aſciburgium* in Comitatu Meurſenſi. Morellius, in diuerſis lectionibus ad Greg. Turonenſem notat, in veteri ms. Gregorij codice, duplicem lectionem eadem manu ſcriptam, *Thoringorum* vel *Tungrorum*.

S. Remigius, Remorum Archiepiſcopus, in Teſtamento ſuo, *Toringiam* eamdem cum *Auſtria* ſiue *Auſtraſia* facit, & Sidonius Apollinaris tradit *Thoringos*, cum Chunis, & alijs barbaris, in Attilæ exercitu militaſſe.

Franci Belgicã occupãt. Regno firmato in tractu Rheni, *Clodiò* in Belgicam ſecundam irrupit, & *Cameracum*, *Atrebatum* ac *Tornacum* Romanis eripuit. *Miſſis exploratoribus ad vrbem* Cameracum *Romanos proterit, ciuitatem apprehendit: in qua paucum tempus* *Somme.* *reſidens, vſque* Suminam *fluuium occupauit*: vt Turonenſis lib. 2. cap. 9. loquitur.

*Carbonariam ſiluam (*nunc Hannoniæ*) ingreſſi, Tornacum vrbem obtinuit & quoſcumque Romanorum obuios habuit, neci tradidit*: vt Aimoinus lib. 1. cap. 5. narrat.

Idem

Idem Cloio ſeu Clodio *patentes Atre- umterras peruaſit*: cùmque nuptias ad lenam, vicum (*Heſdin* hodie in Ar- ia) Franci metu ſoluti, celebrarent, *tius* Romanorum dux cum *Maioriano* perueniens, Francos repulit. Hinc Si- nius in Panegyrico Maioriani. *Anno* *Aëtius.*

---- Poſt tempore paruo
gnaſtis pariter Francis, qua Cloia patentes
ebatum terras peruaſerat. Hinc coeuntes
udebant anguſta vias, arcumqúe ſubactũ
ũ Helenã, flumenq; ſimul ſub tramite lõgo
us ſuppoſitis trabibus ſubmiſerat agger.
te poſito pugnabat ponte ſub ipſo
oranus eques.

His Proſper conſonat: *Pars Galliarum inqua Rheno, quam Franci poſſidendam pauerant, Aëtij Comitis armis recepta.* 428.

Eodem anno narrat Socrates *Bur- diones* illos, qui in Germania re- ſerant, quotidianis impreſſionibus *Hunnis* exagitatos, ſponte ſua ad riſtianam religionem ſuſcipiendam naſſe, & petito è Gallia Epiſcopo, dierum ſeptem ieiunium, vndis ſa- ribus initiatos fuiſſe, moxque cum nis congreſſos, decem hoſtium *Burgundi fiunt Christiani.*

millia

Anno millia occidiſſe.

Circa an. 430. S. *Euergiſlus*, Colonienſis Epiſcopus, Tungros ciues ſuos viſitans, ab impijs occiditur.

430. *Angli Britanniam occupant.* *Saxones*, *Angli* & *Iutæ* in Britanniam contra Pictos & Scotos euocati, relictis ſedibus ſuis, cùm per Chaucorum & Friſiorum terras ad Rheni vſque oſtia aliquādiu vagati fuiſſent, tandem mare traiecerunt, & ſedes in Britannia poſuerunt. *Aduenerunt* (inquit Beda Hiſt. lib. 1. cap 15.) in Britanniam *de tribus Germaniæ populis fortioribus, id eſt, Saxonibus, Anglis & Iutis.* Ita namque legendum eſt iuxta manuſcriptos codices, non *Vitis.*

Saxones, Iutæ.

Friſij. Præter tres iſtos populos, & *Friſij* ſeu *Friſones* ex Germania in Britanniam eo ipſo tempore tranſierunt: vt Procopius lib. 4. de Bello Gothico teſtatur. Locū integrum ex ms. codice Bibliothecæ regiæ Pariſienſis, à Franciſco Pithao depromptum, & ex Græco Latine à ſe redditum, Guil. Camdenus in ſua Britannia proponit:

Britanniam inſulam tres numeroſiſſimæ gentes incolunt, quarum vnicuiq; ſuis Rex impe-

erat. Nominantur hæ gentes, Angli, Fri- *Anno*
nes *& qui eiuſdem ſunt cum inſula cog-*
ninis, Britonesq. *Tanta verò hominum*
ltitudo eſſe videtur, vt ſingulis annis inde
gno numero cum vxoribus, & liberis ad
cos emigrent: illi autem in eorum terram,
maximè deſerta videtur, excipiūt, vnde
ulam ſibi venditare ferunt. Vtique non ita
lem, cùm Francorum Rex quoſdam è ſuis
ſtantinopolim ad Iuſtinianum legaret,
glos etiam miſit, ambitioſiùs venditans,
ſi hæc inſula ſuo ſubeſſet imperio.
Circa an. 431. *Scoti* nomen Chriſto 431.
lerunt, temporibus *Cæleſtini* Papæ; *Scotia*
Palladium Epiſcopum ad eos miſit, *fit Chri-*
Pelagiano morbo Britannias liberauit, *ſtiana.*
natoq́ue Scotis Epiſcopo, dum Romanam
lam ſtudet ſeruare catholicam, fecit eti-
barbaram Chriſtianam: vt Proſper
uitanus contra Collatorem loqui-
Palladium tamen, morte præuen-
, parum aut nihil præſtitiſſe, auctor
Nennius, vetus ſcriptor; qui &
riſtianam religionem à S. Patritio *Item*
libernia diſſeminatã primò ſcribit. *Hiber-*
enim natione Britannus, & S. Mar- *nia.*
Turonenſi affinitate coniunctus,
Palla-

Anno Palladio defunćto à Cæleſtino ſubrogatus, tanto ſucceſſu Chriſti doćtrinam in ea inſula propagauit, vt *Hibernorum Apoſtoli* nomen meruerit: eiuſque diſcipuli tantos progreſſus in re Chriſtiana fecerunt, vt ſubſequenti ætate Hibernicis ac Scoticis monachis nihil ſanćtius aut eruditius fuerit, atque in vniuerſam penè Europam ſanćtiſſimorum virorum examina emiſerint.

Hiberniæ inſulæ ſuum *Columbanum* debet Burgundia & Italia, *Gallum* Heluetia, *Kilianum* Franconia, *Furſeum*, *Vltanum*, *Foillanum*, & alios plurimos Belgica.

S. Paulinus. An. 431. S. *Paulinus* Nolanus Epiſcopus, patria Burdigalenſis, Auſonij diſcipulus, Orator & poëta egregius moritur. Opera eius omnia cum Notis Frontonis Ducæi & Herib. Roſueidi, exſtant Antuerpiæ 1622. typis Plantinianis edita: quibus vitæ eiuſdem hiſtoria elegans ſubnećtitur. Præter Paulinum, dedit & alios eo ſæculo præſtantiſſimos atque Antiſtites eruditiſſimos Gallia, in his *Sidonium Apollinarē*, Aruernenſem, *Saluianum* Maſſilienſem, *Eucherium*

n Lugdunenſem, *Claudianum Ma-* *Anno*
tum Viennenſem, *Hilarium* Arela-
ſem, Epiſcopos, omnes libris editis
os.

An. 433. *Gundicarius* Burgundionum 433.
x Belgicam incurſat; ſed pulſus ab
io ad ſuos fines redijt. Idacius in
onico tradit cæſa fuiſſe Burgun-
num viginti millia, Gothorum
o. Sidonius de Aëtio:

-- poſt Vittungos & Norica bella ſubacto
or Vindelico, Belgā, Burgundio quē trux
erat, abſoluit.

e his Francorum, Burgundionum
umque barbarorum irruptionibus
aſtationibus Saluianus Maſſilienſis *Saluia-*
an. 440. ſcripſit) haut dubie loqui- *nus.*
dum in ludorum Circenſium & a-
m ſpectaculorum vanitatem, Ro-
orum more, Belgis tunc familia-
ſic inuehitur:

d videlicet reſponderi ad hæc poteſt,
omnibus hoc Romanorum vrbibus agi.
m eſt: etiam plus ego addo; ne illic qui-
unc agi, vbi ſemper ſunt acta antea.
enim hoc agitur iam in Maguntia-
um *ciuitate, ſed quia exciſa, & dele-*
ta eſt:

Anno *ta eſt: non enim* Agrippinæ, *ſed quia hoſtibus(* Francis) plena: *nõ agitur in* Treuerorum *vrbe excellentiſsima, ſed quia quadruplici euerſione eſt proſtrata. Non agitur denique in pluribus vrbibus Galliarum, quia in barbarorum iure eſſe cæperunt.* Et infra:

Exciſa ter continuatis euerſionibus ſumma vrbe Galliarum (Treueros intellige*) cùm omnis ciuitas buſtum eſſet, & iacerent paſſim (quod ipſi vidi atque ſuſtinui) vtriuſq; ſexus cadauera nuda, lacera, vrbis oculos inceſtantia: pauci nobiles, qui excidio ſuperfuerant, quaſi pro ſummo deletæ vrbis remedio* Circenſes *ab Imperatoribus poſtulabãt. Quis æſtimare hoc amentiæ genus poſsit? Ludicra ergò publica,* Treuir, *petis? vbi quæſo exercenda? An ſuper buſtum & cineres, ſuper oſſa & ſanguinem deremptorum? Nigra eſt incendio ciuitas, & tu vultum feſtiuitatis vſurpas? non miror planè, non miror tibi eueniſſe mala, quæ conſecuta ſunt. Nam quia tria te excidia non correxerunt, quarto perire meruiſti.* Hactenus Saluianus.

Supra pag. 39. *De Circo Tungrenſi.*

Anno circiter 437. (vt Philippus Gomiecurtius V. N. obſeruauit) ſcripta eſt *Notitia Imperij*, Orientis & Occidẽtis, (cuius ſymbolum biceps aquila) conſt-

Notitia Imperij

contiñens Indicem omnium dignitatum tam ciuilium quàm militarium, per Imperij Romani prouincias. Non videbor abs re facturus, ſi ex ea Notitia deſcripſero, quæ ad Belgicam noſtram illuſtrandam faciunt, atque vnà oſtendero, quænam in ea fuerint olim Romanorum copiæ ac ſtationes. Primus itaque prodeat Anno

DVX ET PRÆSES GERMANIÆ PRIMÆ: in qua Moguntiacum, Argentoratum, Nemetes, & Vangiones.

DVx *& Præſes Germaniæ ſecundæ* (in qua Colonia Agrippina) non nominatur in Notitia, eò quòd Agrippinam tunc Franci, pulſis Romanis, obtinerent.

Dux & Præſes Belgicæ primæ, cuius metropolis Treuerorum ciuitas. Neque hunc ponit Notitia: duæ tamen in ea dicuntur fuiſſe legiones, vna *Latorum Lagienſium* propè Tungros, altera *Latorum Actorum in Epuſo.* Per Lagienſes ſunt qui hîc intelligi volunt Liugenſes ſeu Legienſes, *Liege*.

Anno

DVX BELGICÆ SECVNDÆ, quæ ſe à Moſa ad Sequanam vſque extendit. Huius ditio omnis, etiam vltra Sequanam, tunc *littus Saxonicum* dicebatur. Vide Sirmondum in Notis ad Capitula Caroli Magni, cap. 12.

Sub Ducis Belgicæ ſecundæ diſpoſitione fuerunt *Equites Dalmatæ* MARCIS *in littore Saxonico*, hodie *Mardyck* in littore Flandrico, prope Dunkercam opidum. Antiquitatem loci probat Via militaris, etiamnum integra, quæ ex Nemetaco Atrebatium rectà eò ducit. Sonat autem *Mardyck* idem quod Marcorum agger ſeu littus; ex quo facilis in oppoſitam Britanniam traiectus. Hanc de *Mardica* coniecturam Iacobus Marchantius in Flandriæ ſuæ deſcriptione, & Ianus Douſa in ſua Batauia confirmant.

Mardyck.

Fuit autem, ſub annum Chriſti 437. *Marcenſis* ſtatio Romanorum verſus Germaniam poſtrema; quòd loca omnia ad Scaldis, Moſæ, ac Rheni oſtia Franci iam occupaſſent.

Anno

Anno 1622. Philippi IV. Regis Catholici auſpicijs, in ipſo vico *Mardyck* munitio ſeu munimentum, ad naues noſtras tuendas, aduerſus Batauorum incurſationes, eſt excitatum. *Anno*

Sub eiuſdem Ducis diſpoſitione fuit *Præfectus claſſis* SAMBRICÆ, *in loco* QVARTENSI *ſiue* HORNENSI, & *Tribunus militum Neruiorum in portu Geſſoriaco*.

Per claſſem *Sambricam* ſunt qui putant deſignari eam, quæ olim ſtationem habuerit contra Francos & alios barbaros in *Sabi* ſeu *Sambra* flumine, in Quartenſi ſiue Hornenſi vico Hannoniæ, ad Sabim prope Melbodium, hodie *Quartes* & *Hargnij*. Quo in loco vetus Romanorum caſtellum in rupe etiamnum monſtratur, itemque pons antiquus ſuper Sabi. Ibidem non rarò numiſmata antiqua eruuntur. Philippus Gomiecurtius V. N. ſuſpicatur claſſem hanc, ex Britanniæ oppoſito, ſteteriſſe *Sambricæ*, prope Itium portum ſeu Bononiam: qui locus, vt & flumen, nunc quoque *Sambre* dicitur.

Anno COMES ARGENTORATENSIS: cuius quæ ratio fuerit, non explicat Notitia.

DVX MOGVNTIACENSIS (ſub quo ponuntur Saletio, Tabernæ, Vicus Iulius, Nemetes, Alta ripa, Vangiones, Moguntiacum, Bingium, Bodobrica, Confluentes, Antunnacum) habuit ſub ſua diſpoſitione,

Præfectum militum Pacenſium, *Saletione*,

Præfectum militum Menapiorum, *Tabernis*,

Præfectum militum Andereniciano-rum, in *Vico Iulio*,

Præfectum militum Vindicum, in *Nemetibus*,

Præfectum militum Martenſium, ad *Altam ripam*,

Præfectum militum ſecundæ Flauiæ, in *Vangionibus*,

Præfectum militum Armigerorum, *Moguntiaci*,

Præfectum militum Bingenſium, *Bingij*,

Præfectum militum baliſtariorum, *Bodobricæ*,

Præ-

Præfectum militum Defenſorum, in *Anno Confluentibus.*

Præfectum militum Acinnenſium, *Antunnaci.*

Thesavri præterea fuerunt *Remis, Auguſtæ Vindelicorum, Lugdnni, Arelate, Nemauſi, Treueris.*

Argentariæ *Remis, Treueris,* & *Arelate*; quibus præerat Præpoſitus Brambaricariorum.

Monetæ *Treueris, Lugduni, & Arelate.*

Gynecevm ſeu Gynecium, corruptè Cynegium, *Remis, Tornaci, Treueris, Lugduni, Arelate,* & *Auguſtoduni,* quod poſtea tranſlatum eſt *Metas.*

ERat autem Gyneceum locus, in quo mulieres parabant veſtes militares, conſuebant vela, & alia id genus. Sic explicat Guido Pancirollus: quod notandum contra eos, qui ex Procuratore Cynegij Tornacenſis conantur deducere Foreſtarios Flandriæ.

Iuxta hanc Gynecei explicationem, facile eſt intelligere illum Auſonij

Anno verſum de vrbe Treuerenſi:
Imperij vires alit hæc, hæc veſtit, & armat.

FVerunt & FABRICÆ: *Argentoratenſis*; armorum omnium.
Matiſconenſis, ſagittaria.
Auguſtodunenſis, loricaria.
Sueſſionenſis, ſcutaria, baliſtaria, clibanaria.
Remenſis, ſpataria.
Treuerenſis, ſcutaria & baliſtaria.
Ambianenſis, ſpataria & ſcutaria.
Fuit denique LINIFICIVM *Viennenſe*.

In XII. porrò legionibus Palatinis fuere & hæ legiones.

TVNGRIANI ſeniores, lecti ex Tungris. Horum mentio eſt apud Amm. Marcellinum lib. 26. & 27.

CIMBRIANI, lecti ex Cimbris: qui ſub Comite Africæ militabant.

In LX. auxilijs Palatinis fuere BATAVI ſeniores, qui interdū Comiti Italiæ parebant, interdum inter auxilia Palatina primi Magiſtri militum præſentalis numerabantur. Ammianus eos

Herulis

Herulis iungit quia ſimul militabant, *Anno*
vocatque eos auxilium velitare. *Herulorum*, inquit lib. 20. *Batauorumq́; vexillum direptum.* Et rurſum lib. 27. *Moto ergò velitari auxilio*, Herulis ſcilicet ac Batauis, *& numeris Moeſicorum*, *Dux Bononiam venit.*

MATTIACI ſeniores. Hi ſub Comite Italiæ merebãt: reperiuntur quoque in Oriente ſub primo Magiſtro militum præſentali.

NERVII ſagittarij: qui ſub Comite Hiſpaniarum ſtipendia faciebant.

TVNGRI ſagittarij.

TVBANTES: qui ſub Comite Hiſpaniarum merebant. Fuerunt etiam qui inter XVII. auxilia Palatina in *Oriente* militarent.

SALII: pars fuere Francorum. Hi in Gallijs Magiſtrum equitum ſequebantur. Recenſentur quoque ijdem inter XVIII. auxilia Palatina in Oriente.

BATAVI ſeniores.

BRVCTERI: hi in Gallijs ſub Magiſtro equitum ſtabant.

AMPSIVARII: & hi quoque ſub Magiſtro equitum in Gallijs militabãt.

Anno SEQVANI Comitem Illyrici ſequebantur.

ATECOTTI Honoriani.

MARCOMANNI ſeniores Honoriani.

BRISGAVI ſeniores ſub Comite Hiſpaniarum merebant.

BRISGAVI iuniores in Italia millitabant.

BATAVI iuniores Magiſtro equitum Galliarum obtemperabant.

MATTIACI iuniores Gallicani Comitem Illyrici comitabantur.

SALII Gallicani iuniores.

NERVII Gallicani ſagittarij, cum Magiſtro equitum, Gallias tuebantur.

TVNGRI ſub Comite Illyrici ſtabāt.

In legionibus Comitatenſibus Magiſtri peditum, per Orientem, fuere

MENAPII ſeniores.

VESONTES ſeu Veſontionenſes.

MATTIARII iuniores.

GERMANICANI.

CORTORIACENSES ſub Magiſtro equitum in Gallijs: *hodie Cortracenſes in Flandria.*

Inter XVIII. verò legiones Pſeudocomitatenſes fuit prima Flauia *Metis.*

Præte-

Præterea ſub diſpoſitione Comitis & Magiſtri equitum præſentalis, inter Vexillationes nouem Palatinas. Anno

Equites BATAVI ſeniores.

Equites BATAVI iuniores.

Inter Vexillationes Comitatẽſes fuere equites MARCOMANNI. Erant igitur

IN ITALIA

Tungricani ſeniores, *Batavi* ſeniores *Mattiaci* ſeniores, *Briſgaui* iuniores, *Mattiaci* iuniores & *Marcomanni*.

IN ILLYRICO

Sagittarij *Tungri*, *Sequani*, *Rhati*, *Mattiaci*, & alij itidem *Tungri*.

IN GALLIA

Mattiaci iuniores, *Salij* ſeniores, *Bructeri*, *Ampſiuarij*, *Batavi*, item, *Batavi* iuniores, *Mattiaci* iuniores Gallicani, *Menapij* ſeniores, *Cortoriacenſes*, *Audereniciani*, *Tornacenſes*.

IN HISPANIA

Sagittarij *Neruij*. *Tubantes*, *Briſgaui* ſeniores, *Salij* iuniores Gallicani, & *Veſõtes*.

IN

IN AFRICA.

Celtæ iuniores, & *Cimbriani*. Cum Comite item ac Magiſtro equitũ Galliarum, erant equites *Batavi* ſeniores, & equites *Batavi* iuniores. *Hactenus ex Notitia Imperij*.

437. Vt ante triẽnium, ſic anno 437. Gallia vlterior ſeu Septemtrionalis, cum *Bagaudis*, duce *Titabone* (quem Sigebertus in Chronico *Battonem* vocat) à Romanis iterum defecit: vt Salvianus, & Proſper à Pithæo editus, teſtantur.

439. Littorius, militiæ Gallicanæ Magiſter, circa an. 439. Aremoricos ſubegit, & inde aduerſus Wiſigothos in Aquitaniam tetendit: vt Sidonius Apollinain Panegyrico Auiti, ſoceri ſui, teſtatur.

440. *Salvianus.* Saluianus Maſſilienſis primùm preſbyter, poſt Epiſcopus, circa an. 440. ſcripſit libros octo *De prouidentia & iudicio Dei*: in quibus vitia Chriſtianorum ſui temporis caſtigat, & Galliæ à barbaris nationibus vaſtatę ſtatum graphicè explicat. Scripſit, inquam, circa an. 440. nam bellum contra Gothos, à Lit-

à Littorio Romanorum duce in Aquitania geſtum, vocat *proximum*: quod Theodoſio XVII. & Feſto Conſulibus, hoc eſt, anno Chriſti Dionyſiano ſeu vulgari 439. Proſper adſcribit. *Anno*

Saluiani æqualis fuit S. EVCHERIVS Lugdunenſis Epiſcopus, qui inter alia ſcripſit Epiſtolam paræneticam *De contemptu mundi* ad Valerianū Epiſcopum, vt creditur, Cemelienſem: item *De laude eremi*, ad S. Hilarium monachum tunc Lerinenſem, pòſt Arelatenſium Epiſcopum: quos libellos, cum Notis Herib. Roſueidi, nuper Plantiniani excuderunt. Idem *S. Mauritij & ſociorum eius, ex Thebæa legione, paſſionem* ſcripſit, ad Siluium Epiſcopum: teſte Sigeberto lib. De ſcrip. Eccleſiaſticis. *S. Eucherius.*

Habuit autē Eucherius ex legitimo coniugio ante ſacerdotium filios duos; *Veranium* & *Salonium*, poſtea pariter Epiſcopos: quorum quidem magiſter fuit Saluianus Maſſilienſis; vt Gennadius lib. De viris illuſtribus teſtatur. *Veranius Salonius.*

Idem Salonius ſcripſit *Dialogum in Prouerbia & Eccleſiaſten Salomonis*: qui in Bibliotheca veterum Patrum legitur.

An

Anno An is Viennenſis Epiſcopus fuerit, Baronius ad an. 441. diſputat.

S. Claud. Mamertus. Iis ipſis temporibus, *S. Claudianus Mamertus*, Epiſcopus Viennenſis, ſcripſit opus inſigne *De ſtatu animæ*, in quo Eucherij Lugdunenſis mentionem facit. Caſſianus. Ioannes item Caſſianus, S. Ioannis Chryſoſtomi primùm diaconus, pòſt presbyter Maſſilienſis, ſcripſit libros *Inſtitutionum*, & *De habitu monachorum*, aliaque non pauca.

Vinc. Lerinenſis. Caſſiani æqualis fuit VINCENTIVS LERINENSIS monachus; cuius exſtat libellus aureus *De profanis vocũ nouitatibus*.

His annos aliquot ſuperuixit S. HILARIVS, ex Lerinenſi monacho Arelatenſis Epiſcopus qui *Hiſtoriam Geneſeos* carmine complexus eſt, & S. Leoni Papæ dicauit. Idẽ S. *Honorati* prædeceſſoris ſui vitam (cuius nomine Lerinus inſula hodie innoteſcit) & alia poſteris reliquit. Hilarij porrò vitam ſcripſit Honoratus Maſſilienſis Epiſcopus, teſtẽ Gennadio, exſtatque in Hiſtoria ſeu Chronologia Lerinenſi.

Proſper Aquitanus. Eiuſdem S. Leonis Papæ notarius quōdam fuerat *S. Proſper Aquitanus*, pòſt Regi-

Regienſis Epiſcopus Chronographus celeberrimus. *Anno*

Præter vulgatum porrò Chronicon Proſperi quod S. Hieronymi Chronico ſubiungitur, Petrus Pithœus aliud edidit, Proſpero Tironi Aquitano inſcriptum. Henricus exindè Caniſius, tomo 1. Lectionis antiquę, tertiū dedit Chronicon Tironis Proſperi, ex ms. codice Auguſtano monaſterij SS. Afræ & Vdalrici: vbi Euſebij & Hieronymi Chronicis ſubiūgitur Proſper, hoc titulo: *Incipit ex Chronicis Tironis Proſperi, Chronicorū Euſebij temporibus prætermiſſis.*

Hic Proſper, nouo Tironis nomine auctus, licet cum vulgato illo in multis, ne verbo quidem, diſcrepet, tamen in quibuſdam minutior eſt, in multis verò longè auctior, præſertim ſub finem, vbi inſignis acceſſio, vſque ad ſeptimum Martiani & Pulcheriæ annum, legitur.

Sunt qui putant iſta Proſperi Chronica, quæ exſtant, tantùm membra eſſe amplioris Chronici, quod Proſper ab orbe condito ſcripſerit, quodque Gennadius ſe legiſſe ſcribit.

Præter

Anno Præter tria iam enumerata Proſperi Chronica, audio extſtare quartum ms. Pariſijs apud Iac. Sirmondum, ab alijs diuerſum. Pithæanum porrò exemplar anno 455. deſinit: alterum, quod Euſebiano ſubtexitur, non niſi ad annum vſque 445. extenditur.

Merouæus Clodionis filius circa annũ 445. regnum Francorum inijt, à quo Merouingi poſtea dicti.

451. Anno 451. *Attila* Hunnorum Rex, omnium ferè nationum, quæ ad Septemtrionẽ vergunt, victor immanem quingentorum, aut, vt alij ſcribunt ſeptingentorum millium exercitum coëgit. E Germanis adſcripti ſunt Quadi Marcomanni, Heruli, Burgundiones, Thoringi, Bructeri, Saxones, & qui in Germania adhuc reliqui erant, Franci. Pleroſque verſiculo vno alteroue complexus eſt Sidonius.

Chunnus, Bellonotus, Neurus, Baſtarna, Thoringus,
Bructerus, vluoſa quem vel Nicer abluit vnda,
Prorumpit Francus.

Traiecto Rheno, vt Sidonij verbis vtar,

-----terrificis diffuderat Attila turmis
In campos ſe Belga tuos,

inque Belgicam primam progreſſus, *Metas* diripuit ac ſuccendit, ipſo Paſchatis peruigilio, & poſtea *Aurelianum* obſedit: vt Turonenſis lib. 2. cap. 6. narrat. Sed inde per Aëtium (cui Franci ac Gothi vt auxiliares acceſſerant) repulſus primùm, pòſt in vicinis campis Catalaunicis victus, magnam exercitus ſui partem amiſit. *Attila vincitur.*

Centum octoginta hominum millia cæſa eo prælio dicuntur, præter nonaginta millia Gepidarum & Francorum, qui nocte prælium antecedente inter ſe congreſſi, mutuis vulneribus conciderunt. Perijt inter alios *Theudericus* Gothorum Rex, cui filius *Thoriſmundus* ſucceſſit.

Attilam Aetius in Thoringiam ad Rhenum vſque perſecutus eſt. Qui non multò pòſt, ſubacta Italia, domum reuerſus, inter nuptiarum gaudia occubuit.

Nec diu ſuperuixit *Thoriſmundus*, Gothorum in Gallia Rex, relicto herede *Theuderico* fratre, cuius mores Sidonius *Aetius moritur*

Anno donius deſcripſit. Obijt quoque eodem ferè tempore *Pulcheria* Auguſta & *Aëtius* magnus belli dux.

Attilæ filij dum de regno inter ſe contendunt, inuadente ipſos *Ardarico* Gepidarum Rege, victi, deſerta Pannonia ad veteres ſedes littoris Pontici abierunt.

Childericus Franc. Rex. Merouæo Francorum Rege defuncto filius *Childericus* circa an. 455. ſucceſſit. Quo eodem anno Roma à *Geiſerico* Vandalorum Rege ſpoliata eſt.

Valentiniano vita functo, *Maximus* Tyrannum tunc agebat: ſub quo Saxones piratæ tractum Aremoricum infeſtarunt: Franci quoque & Alemanni, tranſmiſſo Rheno, ex Germania prima ac Belgica ſecunda prædas egerunt: teſtante id Sidonio;

Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus
Sperabat, cui pelle ſalum ſulcare Britannum
Ludus, & adſuto glaucum mare ſcindere lembo.
Francus Germanum primum Belgamque ſecundum
Spernebat, Rhenumque ferox Alemanne bibebas.

Roma-

Romanis ripis, & vtroque ſuperbus in a- Anno
gro,
Vel ciuis vel victor eras.

Euentus expeditionis is fuit, vt *Auito* pòſt Auguſto, per Maximum, aduerſus ipſos in Galliam miſſo, arma poſuerint. Quod ipſum quoque ſignificauit Sidonius de Auito ſic ſcribens:

Vt primùm ingeſti pondus ſuſcepit honoris,
Legas qui veniam poſcant Alemanne furori,
Saxonis incurſus ceſſat, Chattumq; paluſtri
Alligat Albis aqua: vixque hoc ter menſtrua
totum.
Luna videt.

Geſta ſunt hæc Childerici Francorum Regis annò primo.

An. 457. Franci, cùm ſuas à Childerico Rege filias ſtuprari ægrè ferrét, regno eiectum in Thoringiam tranſrhenanam fugere compulerunt, & Ægidium, Romanæ militiæ Magiſtrum, Auiti iam defuncti in Gallica prçfectura ſucceſſorem, ſibi Regem adſciuerunt. 457.

Sed poſt annos octo Childericus ab amicis ad regnum reuocatus, Ægidium ad *Barrum* caſtrum vicit: qui reli- *Circa an. 464.*

K quum

Anno quum vitæ apud Sueſſiones quietus exegit.

Idem Childericus poſtea *Pariſios* & *Andegauos* expugnauit, cæſo *Paulo* Comite Romanorum: vt Turonenſis lib. 2. cap 18. commemorat.

473. Sub annum Chriſti 473. tertiùm Roma capitur à *Ricimere* Gotho.

476. Triennio pòſt *Odoacer*, Herulorum & Turcilingorum Rex, adſcitis in belli ſocietatem Scyris & Rugis, Germaniæ populis, conſilium cepit Italiæ inuadendæ. Finibus ergò ſuis egreſſus Danubium traiecit, atque in Noricum penetrauit; poſt multas denique victorias vrbem Romam cepit, imperante AVGVSTVLO, Romanorum in Occidente vltimo imperatore: vt Imperium ab Auguſto cæptum, in Auguſtulo deſineret; Deo per barbaros iuſtas vitæ liberioris pænas à Romanis repoſcente. *Auguſtulus.*

Atque hactenus quidem pertexuimus breuiter hiſtoriam rerum Belgicarum ac Germanicarum ſub Imperio Romano, aut aliqua eius facie. Sequũtur nunc illa tempora, quibus ſubuerſa Imperij maieſtate, gentes variæ è Germania (quam

(quam Iornandes meritò officinam & vaginam populorum nationumq; multarum nuncupat) in Romanum orbem ſeſe effuderunt, ipſa etiam Vrbe capta atque direpta. Gothi enim ac Longobardi in Italiam; Vandali in Africam; Franci, Burgundiones, Gothi in Galliam; Suevi, Alani, Gothi, Vandali in Hiſpaniam; Saxones, Angli, & alij Daniæ populi in Britanniam vno ferè tempore irruperunt. *Anno*

Longum hîc eſſet Vandalorum in Africa, Viſigothorum in Hiſpania, Oſtrogothorum, & Longobardorum in Italia Reges enumerare. Horum tabulas ſeu catalogos, vt alios omittam, breuiter recenſet *Sigebertus* noſter *Gemblacenſis*; cuius Chronicon, cum autographo ex fide collatū, Antuerpię an. 1608. cum Auctarijs edendum curauimus.

Childerico Francorum Rege defuncto, anno 482. ineunte *Clodouæus* ſufficitur, regno vſque ad Pyrenæos montes prorogato, Chriſti religione poſtmodum ſuſcepta clarus. Gregorius Turonenſis in Hiſtoria Francorum lib. 2. ca. 31. narrat Clodouæo ad fontem vita-

 lem

Anno lem ingreſſo, S. Remigium, Remenſem Archiepiſcopum, dixiſſe:

Depone mitis colla Sicamber.

Ex quo datur intelligi, primum hunc Francorum Regem Chriſtianum ortu aut origine Geldrum fuiſſe. Qui enim hodie Geldri, olim Sicambri ſunt dicti: vt ex Sidonij Apollinaris epigrammate ad Maiorianum conſtat: in quo inter alia dicitur,

Detonſus Vahalim bibat Sicamber.

Huc etiam facit quod Hincmarus narrat, Sicābros ſub *Clodione*, & *Merouæo*, Regibus, Tornacū, Cameracum, aliaſque Galliæ Belgica partes occupaſſe.

Erant autem ijs temporibus diuerſi, Francorum in Belgica Reguli. Nam SIGEBERTVS Coloniam Agrippinam, RAGNACHARIVS Cameracu, CHARARICVS aliam Belgicæ partē obtinuit vt Turonenſis lib 2.cap.40.& ſequentibus indicat. Omnes tamē, eadem Merouingorum ſtirpe regia editi, Clodouæū vt ſuperiorem videntur agnouiſſe.

486. An.486. Clodouæus *Siagrium* Romanum, Ægidij filiū ac ſucceſſorem, prælio victum, Galliæ imperio ac vita exuit.

Caius

Caius Sollius Apollinaris Sidonius *Anno*
Aruennorum Epiſcopus, proſa ac ver-
ſu elegantiſſimus, Epiſtolarum volu- *Sid. A-*
men & alia conſcripſit, quæ Ioannes *pollina-*
Sauaro Præſes Aruerniæ (cuius vt pote *ris.*
amici noſtri obitum hoc anno 1623.
luximus) Notis illuſtrauit. Habuit Si-
donius ſuo tempore imitatores Rari-
cium, Auitum Viennenſem, Ennodium
Ticinenſem, Ferreolum Vcecenſem
Epiſcopum, Gregorium Turonenſem,
media verò ætate, Salisberienſem, &
alios ſcriptores non contemnendos.
Vixit annos circiter 56. & deceſſit
circa an. 486. XII. Kal. Septembris, 486.
Zenone imperante, Diuis poſt obitum
meritò adſcriptus.

Gennadius Maſſilienſis Epiſcopus,
Gelaſij Papæ temporibus, exemplo S.
Hieronymi, ſcripſit inter alia librum
De ſcriptoribus eccleſiaſticis. Quem poſtea
æmulati ſunt Iſidorus Hiſpalenſis Epi-
ſcopus, Honorius Auguſtodunẽſis preſ-
byter, Sigebertus Gemblacenſis mona-
chus, Henricus Gandauenſis, Ioannes
Trithemius, Antonius Poſſeuinus, Ro-
bertus Bellarminus & alij.

Anno 491. Anno 491. Clodouæus *Thoringis bellum intulit, coſq; ſuis ditionibus ſubiugauit:* vt Turonenſis lib. 2. cap. 27. loquitur.

496. *Clodouæus baptiſatur.* CLODOVÆVS, an. regni ſui XV. contra Alemannos, ad Tolpiacum ſeu Tolbiacum, hodie *Zulpich*, in diœceſi Colonienſi, dubio Marte dimicans, facto voto de baptiſmo ſuſcipiendo hoſtes vincit. Victor baptizatur a S. Remigio Remorum Archiepiſcopo, cooperante S. Vedaſto. Ita Bucherius ex Greg. Turon. lib. 2. cap. 30 & 31.

498. Pace Gallicanis Eccleſijs, ſub Clodouæo iam baptizato, velut ſub altero Conſtantino, reſtituta, hoc ferè tempore S. Remigius, Remenſis Archiepiſcopus, Epiſcopos & Religionẽ Chriſtianam in Belgica reſtituit. Atrebatenſibus & Cameracenſibus S. *Vedaſtus*, Tornacenſibus *Theodorus*, Morinenſibus *Antimundus*, dantur Epiſcopi.

500. Theodorus Tornacenſis Epiſcopus moritur: ſuccedit S. Eleutherius. Remigius Genebaudum Laudunenſi eccleſiæ primum dat Epiſcopum, addita parte prędiorum, quæ Clodouęus Rex eccleſiæ Remenſi contulerat: vt apud Sigi-

Sigebertum in Chronico & in Teſta- *Anno*
mento S. Remigij legitur.

Gundebaudo Burgundionum Rege 501.
victo, Clodouæus Burgundiam vecti-
galem reddit.

Clodouæus Francorum Rex Alari- 507.
cum Wiſigothorum Regem ad Vocla-
dum vincit, & perimit. Toloſa, quæ
erat ſedes regni Wiſigothorũ, pòſt oc-
cupata, regnum Francorum, vſque ad
Pyrenæos montes dilatauit. Amalri-
cus, Alarici filius, in Hiſpaniam fugiens,
annis ibi aliquot regnauit. *Baronius hoc
anno ex Iſidoro.*

SIGISMVNDVS, mortuo patre ſuo 508.
Gundebaudo, regnat in Burgũdia. *Sigeb.*

Clodouæus Rex, cum Theodorico
Oſtrogothorum in Italia Rege (qui au-
xilium Wiſigothis hoc anno in Galliam
miſerat) pace facta, & Aquitania ſibi
retenta, ad Turonenſem S. Martini
baſilicam velut triumphans venit, in-
deque Pariſios. Ita Baronius ex Greg.
Turonenſi, Procopio, Caſſiodoro &
Iornande.

Clodouæus Rex *Sigebertum*, Coloniæ
Agrippinæ Regulum, natione Francum,

 per

Anno per filium Chlodericum doloſè occidi procurat, moxque ipſe regnum eius inuadit. Turon, l. 2. c. 40.

Ragnacharius Cameraci Regulus, natione Francus, per Clodouæum regno & vita ſpoliatur. *Turon l. 2. c.*

Synodus Aurelianẽſis prima, triẽnio poſt pugnam Vocladenſem, celebratur.

511. Clodouæus Francorum Rex menſe Nouembri moritur, anno regni ſui triceſimo. à morte S. Martini, Turonenſis Epiſcopi, anno centeſimo duodecimo, per 10. circiter dies incohato, poſt pugnam Vocladenſem quinto: vt Bucherius ſupputat.

Succedunt quattuor filij, Theodoricus in Auſtraſia, Chlodomirus apud Aurelianenſis, Childebertus apud Pariſios, & Clotharius apud Sueſſiones. *Tur. l. 2. c.* 43. *& l.* 3. *c.* 1.

513. S. Arnulphus, S. Remigij in baptiſmo filius, in Gallia floret, pòſt martyrio affectus in ſilua prope Lutetiam.

516. Auſtraſiæ regnum Chochilarcus Danorum Rex vaſtat: ſed victus à Theoderico Auſtraſiæ Rege perimitur. *Sigeb. & Tur. l.* 3. *c.* 3.

S; Si-

S. SIGISMVNDVS, Burgūdi Rex, ab Arianiſmo recens ad fidē Catholicam cōuerſus, poſt baſilicā ac monaſterium martyribus Agaunēſibus edificatū, nihil habuit antiquius, quā vt regnū ſuum ab Ariana lue purgaret & veterē diſſiplinā eccleſiaſticā, iuxta ſacros Canones, in vsū reuocaret. Quo fine cōciliū EPONENSE circa an. 520. celebrari voluit, cui Epiſcopi XXIV. ſubſcripſerunt: *Anno S. Sigiſmundus* *Eponēſe conc.*

Auitus Viennenſis.
Apollinaris Valentinenſis.
Boulcus Vindonenſis.
Claudius Veſontionenſis.
Conſtantius Octodurenſis.
Catulinus Ebredunenſis.
Conſtantius Vapenſis.
Filagrius Cauellicanus.
Florentius Tricaſſinus.
Gemellus Vaſionenſis.
Gregorius Lingonenſis.
Iulianus Carpentoractenſis.
Maximus Geneuenſis,
Pragmatius Auguſtodunenſis,
Prætextatus Aptenſis,
Pedalius presbyter, iuſſu Salutaris Epiſcopi.

Silue-

Anno

Silueſter Cabilonenſis,
Sanctus Tarentaſienſis,
Seculatius Dienſis,
Tauricianus Niuernenſis,
Viuentiolus Lugdunenſis,
Valerius Segeſtricenſis,
Victurius Gratianopolitanus,
Venantius Albenſis,

Ex hac Epiſcoporum ſerie eruditi colligunt & conſentiunt, Concilium iſtud in veteri Burgundiæ regno, cui tunc S. Sigiſmundus præerat, celebratum fuiſſe: ſed de loco, ac nomine adhuc ſub iudice lis eſt. Plerique vocant AGAVNENSE & volūt AGAVNI (quod hodie S. Mauritij nomine innoteſcit) habitum fuiſſe; alij EPAMENDVODVRI, *Mandeurre*, alij alibi. Ioannes Iacobus Chiffletius EPONÆ celebratum fuiſſe contendit: hoc eſt, in Colonia ſeu ciuitate Equeſtrium, quam poſtea Niuidunum, *Nion*, appellarunt. Ea ipſa ciuitas dicta eſt *Epona* vel *Eponum*, ab EPONA Equorum Dea, ibi olim culta: vt teſtatur lapis ibidem repertus, DEÆ EPONÆ poſitus.

S. Mauris en Chablais.

Quod ne mirum aut minùs credibile ali-

le alicui fortaſſe videatur, moneo aliam *Anno*
vrbem *Eponam*, ab equis denominatam,
in Bauaria exſtitiſſe: de qua vetus ſimiliter lapis loquitur, quem Ioannes Auentinus in ſuis Annalibus exhibuit. Ea corruptè in diplomatibus dicitur *Epinaburgium*, nunc *Pimbourg*.

Fuit autem Niuidunum, ſeu Ciuitas Equeſtrium, dignitate olim Epiſcopali inſignis, quæ inde Bellicium, *Bellay*, eſt tranſlata. In tomis Cõciliorum reperitur *Euotius* Epiſcopus Niuidunenſis ſeu Neuidunenſis, qui concilio Arelatenſi ſecundo ſubſcripſit. Plura qui volet eiuſdem Chiffletij *De loco legitimo concilij Eponenſis* Obſeruationem legat, Lugduni an. 1621. editam.

Ceterùm inter Epiſcopos, qui ſub- *620.*
ſcripſerunt, nominatur *Claudius Veſontionenſis*; alius haut dubiè à S. Claudio ſimiliter Epiſcopo Veſontionenſi, qui circa an. Chriſti 698. deceſſit Quod moneo, ne quis priorem illum Claudium cum poſteriore, in Diuos relato, confundat.

Ex ſerie porrò Epiſcoporum ſupra nominatorum, datur intelligi, quàm
latè

Anno latè olim veteris regni Burgundiæ limites patuerint.

521. *Ennodius.* Magnus Felix ENNODIVS, proſapia Gallus, Galliſque parentibus procreatus, propinquos ſeu affines habuit Boëtium virum Conſularem, Cæſarium Arclatenſem, &. Aurelianum Epiſcopos. Sub Hormiſda Pontifice, Ticinenſis ſeu Papienſis Epiſcopus creatus, gemina in Orientē ad Anaſtaſium Imp. fidei orthodoxæ cauſa legatione functus eſt. Domum inde reuerſus, paucis pòſt annis ſuperſtes, quo adhuc integer, & annorum non ampliùs XLVIII. exceſſit è vita, ea ſanctitatis opinione vt inter ſanctos Chriſti Confeſſores anniuerſarijs honoribus colatur XVI. Kal. Auguſti, quo die receptus eſt in cælum anno ſalutis 521.

Opera eius omnia Iac. Sirmondus Soc. Ieſu presbyter in ordinem digeſſit multiſque locis aucta emendauit, ac Notis illuſtrata an. 1611. Lutetiæ publicauit.

523. Hormiſdæ Papæ defuncto ſuccedit Ioannes gente Hetruſcus. *Onuphr. & Baron.*

S. Eleu-

S. Eleutherium Epiſcopum Tornacenſem hoc ipſo anno aut præcedente obijſſe tradit Ioãnes Cognatus: ſed Bucherius eius obitum ad annum 546. refert. *Anno*

S. REMIGIVS Archiepiſcopus Remenſis circa hæc tempora moritur: quod ex conſilio Aruernenſi colligit Bucherius. Teſtamentum euis exſtat apud Flodoardum in hiſt. Remenſi; in quo hæc inter alia leguntur: *Eccleſiæ Atrebatenſi, cui, Domino annuente,* Vedaſtum *fratrem meum cariſſimum Epiſcopum conſecraui, ex dono (* Ludovvici *ſeu* Clodouæi *) Principis villas duas in alimonys clericorum deputaui,* Ortos *videlicet &* Sabucetum: *quibus etiam pro memoria nominis mei ſolidos viginti dari iubeo.* 525. *S. Remigius moritur.* *Ourton.* *Soucbè.*

Ex quibus conſtat Eccleſiam cathedralem Atrebatenſem S. Remigio non exiguam primæ dotis ſuæ partem debere.

S. Remigij Teſtamento ſubſcripſerunt, *S. Vedaſtus* Atrebatenſis & Cameracenſis, *S. Genebaudus* Laudunenſis, *S. Medardus* Nouiomenſis ac Tornacenſis,

Anno ſis, *S. Lupus* Sueſſionenſis, item *Benedi-ctus* & *Eulogius* Epiſcopi. Quo autẽ an. Teſtamentum is condiderit, non conſtat: eò quòd in illius contextu nomen Conſulis deſideretur.

526. Boëtius Seuerinus, vir Conſularis, Theologus ac Philophus inſignis, iuſſu Theodorici Italiæ Regis, capite truncatur Papiæ.

527. Chlodomer ſeu Chlodomirus Aurelianenſium Rex Sigiſmundum Burgundiæ Regem capit. *Tur. l. 3. c. 6.*

Chlodomiri Regis filius fuit S. CLODOALDVS ſeu Clodouualdus, cuius S. Remigius in ſuo Teſtamento meminit:
S. Clodoaldus, 7. ſept. qui fugiens à furore Childeberti & Clotarij, monachum induit, & Nogenti ad Sequanam ſecundo lapide à Pariſijs (hodie opidulum ſeu vicus eſt, vulgò *S. Cloud*) monaſterium ædificauit: vbi & ſanctè obijt. Tumulo eius mar-
527. moreo hi verſus hodieque inſcripti leguntur:

Artubus hunc tumulum Chlodoaldus conſecrat almis,
Editus ex Regum ſtemmate perſpicuo.
Qui veritus regni ſceptrũ retinere caduci,

Baſili-

Baſilicam ſtuduit hanc fabricare Deo: *Anno*
Eccleſiæque dedit, matricis iure, tenendam
Vrbis Pontificis quæ foret Pariſij.

DIONYSIVS EXIGVVS cognomento, ſed doctrina vitęque ſanctitate maximus, Theoderici Italiæ Regis æuo floruit, & anno circiter 527. *De Cyclo Paſchali* ſcripſit, omiſſaque profana numeratione annorum à Diocletiani imperio, numerare cæpit à Chriſti incarnatione. Quæ Epocha à Dionyſio primùm inuenta, ſub annum Chriſti 750. ab Eccleſia vniuerſa in vſum recepta eſt. Nam antea ſolis Imperatorum, Regum, aut Conſulum annis omnia ſignabantur. *Dionyſius Exiguus.*

Hanc vulgarem Chriſti Epocham, ſeu Æram Dionyſianam Sigebertus Gemblacenſis Chronographus biennio ſolido, ſubinde & triennio anticipat, ſaltem ante annum Chriſti 700. circa quem in eamdem relabi videtur.

Idem Dionyſius Canones ſacros ex conciliorum decretis vnum in corpus primus collegit; quem poſtea Martinus Bracarẽſis, Creſconius & alij ſunt 527.

æmula-

Anno æmulati. Corpus iſtud Canonum Moguntiæ primùm an. 1525. pòſt Lutetiæ an. 1613. typis eſt publicatum.

Iuſtinus Imp. in collegam Imperij adſciſcit IVSTINIANVM generum ſuum Kalendis Aprilis, & quarto pòſt menſe moritur. *Baron. ex Zonara.* Iuſtinianus autem ingenti felicitatis ac ſapientiæ fama imperauit. Gloriam eius auxit *Beliſarius*, dux bello clariſſimus, qui rem Romanam reſtituit; ſed vitæ exitu infelix fuit.

528. Nicetium Treuerenſem, & Domitianum Tungrenſem, Epiſcopos, hoc anno floruiſſe, ſcribit Sigebertus: ſed vide infra anno 549.

Theodericus Rex Auſtraſiæ contra Thoringos pugnat, & S. Radegundem captiuam abducit. *Tur. l. 3, c. 7.*

Iuſtinianus Imp. ſuum Codicem die Februarij promulgat. *Baron.*

531. Vedaſtum, primum Atrebatenſium Epiſcopum, à S. Remigio ordinatum hoc anno, tradit Sigebertus. Sed ad annum 498. aut circiter id potiùs referendum videtur.

533. Beliſarius, Iuſtiniani Imp. dux, Carthagi-

thaginem & reliquam Africam Vandalis eripit, *Gelimere* Rege capto. Inde victorijs inclytus in Italiam exercitum ducit. Pòſt recepta de Gothis Sicilia, ingenti aquæductu aditum præbente, Neapolim capit. *Baron.* *Anno*

Iuſtinianus Imp. Digeſtum publicat, die 30. Decembris *Baron.*

Theodericus, Clodouæi filius, Metenſium ſeu Auſtraſiæ Rex moritur: 534.
ſuccedit filius eius Theodebertus. Turonenſem l. 3. c. 23. & Caſſiodorum epiſt. 1. lib. 11. conſule.

Aurelianenſis Synodus tertia cele- 534.
bratur, anno 23. Childeberti Regis, Paulino iuniore Conſule: vt Bucherius ex mss. Codicibus rectè docet, in Auctario Diſputationis Hiſtoricæ, quæ habetur tomo 2. Rerum Leodienſium.

Aruernenſe concilium habetur VI. Idus Nouembris: cui Domitianus Tungrenſis Epiſcopus ſubſcripſit: *Domitianus, in Chriſti nomine Epiſcopus eccleſia Tungrorum, quod eſt Traiectum, ſubſcripſi.* Ita Bucherius citato loco.

Beliſarius, pulſis Gothis, Romam 535.
recipit, die 9. Decembris Vrbem exin-

L dede-

Anno de defendit, Vitige Gothorum Rege fruſtra oppugnante. *Baron.*

538. S. VEDASTVS Epiſcopus Atrebatenſis & Cameracenſis moritur; & quieſcit in ſui nominis monaſterio, Atrebati, cuius ipſe fundaměta ad Crientionem riuulum iecit: quod poſtea S. Aubertus, ſeptimus in Epiſcopatu ſucceſſor, auxit, ac demum *Theodericus* Francorum Rex, copioſè dotauit, ibidem conditus cum *Doda* coniuge.

S. Vedaſtus moritur.

540. Theodebertus Rex Auſtraſiæ in Italiam mouet: ſed ob aĕris peſtilentiam, mox redire cogitur. *Turon. Baron.*

542. Circa annum 542. habetur ſynodus Aurelianenſis quarta.

Clotarius & Childebertus, fratres, Cæſarauguſtum in Hiſpania obſident, & S. Vincentij martyris ſtolam inde in Galliam adferunt. *Sigeb.*

546. S. Eleutherius Tornacenſis Epiſc. 20. Febr. moritur: vt Bucherius ſupputat. Succedit S. *Medardus* Nouiomenſis Epiſcopus. Ab eo tempore ſedes Epiſcopales, Nouiomenſis ac Tornacenſis,

S. Medardus.

547. manſerunt vnitæ, vſque ad annũ 1146.

Theodebertus Auſtraſiæ ſeu Metenſium

ſium Rex moritur: ſuccedit filius eius Anno
Theodobaldus. Ita Bucherius: ſed Sigebertus hæc ad an. 550. refert.

Totilas Gothorum Rex Romam vi capit, & incendit, ſed ciuibus ad templa confugientibus pepercit, monitorum S. Benedicti Abbatis memor, ad quem viſendum, antea in montem Caſſinum diuerterat. Gothis pulſis, mox vrbem 548.
Beliſarius recepit. *Baron.*

Dominico Atrebatenſi Epiſcopo defuncto, his ferè temporibus ſucceſſit VEDVLPHVS: qui ſedem Epiſcopalem 549.
Atrebato Cameracum tranſtulit.

Beliſarius, poſtquã Siluerium Pontificẽ, Theodoræ Auguſtæ iuſſu, cepiſſet, & in Pontiam inſulam relegaſſet, haut multò pòſt cecidit. Iuſtiniano ſuſpectus inſidiarum, honoris faſtigio deijcitur, & Cõſtãtinopoli habitus in cuſtodia, mœrore atque ærumnis conſumitur. *Baron.* 549.

Aurelianenſe concilium quintum celebratur V. Kal. Nouembris, anno 38. Childeberti Regis Pariſiorum, Indictione XIII. quæ ab huius anni menſe Septembri currit, more Græcorum. *Bucherius.* Domitianus Tungrenſis E-

Anno piſcopus huic Concilio interfuit.

Agericus Virdunenſis Epiſcopus ſanctitate claret. *Sigeb.*

550. Roma iterum à Totila Gothorum Rege capitur, & munitur. *Baron.*

553. Narſes Eunuchus, Iuſtiniani dux, in Italiam venit, *Totilam* prælio vincit & occidit. Succedit *Teias*, qui & paulò pòſt occiditur: atque ita nomen ac regnum Gothorum in Italia deletũ, anno quàm ibi ortum erat, plùs minùs ſeptuageſimo. Italia Imperio Orientis adiuncta.

Totilæ mors.

554. Theodebaldus Auſtraſiæ Rex moritur: regnum eius Clotharius occúpat. Vide Agathiam lib. 2. & Turonenſem lib. 4. cap. 9.

558. S. Domitianus Tungrẽſis ſeu Traiectenſis Epiſcopus, hoc ferè tẽpore deſijt viuere: cui ſucceſſit S. Monulphus.

559. Synodus Pariſienſis prima celebratur; quę vitiosè ſecunda vocatur, in tomis Conciliorum: vt rectè Baronius docet. Huic Synodo ſubſcripſit *Domitianus* peccator, Epiſcopus non Traiectenſis, vt Molanus, aut Catalaunenſis vt Baronius putauit, ſed *Andegauenſis*, ſucceſſor S. Albini. *Bucherius.*

Chil-

Childebertus Pariſienſium Rex moritur ſenex. Clotharius monarchiam Francorum obtinet. Vide Turon. lib. 4. cap. 20. & Agathiam lib. 2 *Anno 560.*

Pelagio Papæ defuncto ſuccedit Ioannes III.

S. Brendanus in Scotia claret: cuius diſcipulus fuit S. Maclouius. *Sigebertus.* Fuit autem S. Maclouius Alethæ in Britannia minore Epiſcopus: quæ vrbs hodie ab ipſo Maclouiopolis, *S. Malo*, nuncupatur. Portio oſſium eius adſeruatur Gemblaci in Benedictinorum Abbatia. Eiuſdem vitæ Hiſtoriam ſcripſit, ſeu potiùs emendauit Sigebertus Gemblacenſis. *561.*

S. MEDARDVM Nouiomenſem ac Tornacenſem Epiſcopum hoc anno obijſſe Bucherius cenſet. Sigebertus eius obitum ad annum 556. Baronius, Tilius & Cognatus ad an. 564. referunt. Hoc conſtat, ipſum paucis menſibus ante Lotharium Regem obijſſe, qui ab expeditione contra Chramnum facta rediens, ſanctiſſimi Antiſtitis corpus proprios in humeros ſuſtulit, & honorificentiſſimè prope Sueſſiones ſepeli- *S. Medardus moritur*

Anno uit, monaſterio à fundamentis excitato: quod eius poſtea filij perfecerunt, & S. *Medardi* hodie dicitur. Eſtque totius Galliæ primarium iuxta priuilegium à Ioanne Papa datum. quod Nic. Belfortius in ms. Supplemento Suriano recitat. Venantius Fortunatus res geſtas S. Medardi fusè deſcripſit.

562. Clothario in fine anni ſuperioris defuncto, ſuccedunt quattuor filij, Chilpericus Sueſſionum, Haribertus Pariſiorum, Guntramnus Burgundionum, & Sigebertus Auſtraſiæ, Reges. *Turon. lib.* 4. *cap.* 22.

563. Chuni ſeu Hunni Gallias tentant: ſed à Sigeberto Auſtraſiæ Rege fugantur. Chilpericus interim Sigeberti fratris abſentis regnum inuadit, ſed victor rediens Sigebertus Sueſſiones occupat, & Theodebertum Chilperici filium capit: quem pace demum facta poſt annum dimiſit. vt Turonenſis lib. 4. cap. 23. narrat.

565. *Fortunatus presbyter.* S. Fortunatus, presbyter Italicus, pòſt Pictauienſis in Gallia Epiſcopus, paucis annis antequam Longobardi Italiam inuaderent, hoc eſt, circa annũ

565.

565. Rauenna veniens, religionis cauſa ad Turonenſe S. Martini ſepulcrum ſe contulit. Totum iter Paulus Diaconus lib. 2. cap. 13. & ipſe Fortunatus deſcripſerunt: *Rauenna progrediens, Padum, Atheſim, Brintam, Plauem, Liquentiam, Teliamentumq́, tranans, per Alpem Iu'iam pendulus montanis anfractibus, Draurum Norico, Oenum Breonis, Licam Baiuaria, Danubium Alemannia, Rhenum Germania tranſiens, ac pòſt Muſellam, Moſam, Axonam & Sequanam, Ligerim & Garonnam, Aquitania maxima fluenta, tranſmittens, Pyrenæis occurrens, Iulio menſe niuoſis, &c.* Fortunati opera Notis illuſtrauit Chriſtophorus Brouuerus. Soc. Ieſu presbyter. *Anno*

Ivstinianvs Imp. poſt magnificẽtiſſimum S. Sophiæ (Dei patris ſapientiam intellige) templum Conſtantinopoli conditum, & poſt Ius ciuile ex immenſo librorum cumulo ad pauca volumina redactum, moritur, mente captus; documento futurus, quàm parum humanæ ſapientiæ ſit fidendum. *Iuſtiniani Imp. obitus.*

Iuſtiniano imperante, *Procopius* Hiſtoricus &, *Priſcianus* Grammaticus, clari *Procopius.*

Anno clari exſtiterunt. Duo item monachi ex India Conſtantinopolim venientes, bombycum oua ab Seribus attulerunt, & ſerici conficiendi rationem Græcos docuerunt, quæ inde ad reliquos Europæos tranſijt.

565. *Italiæ Exarchatus.* Iuſtiniano auunculo IVSTINVS iunior ſucceſſit, qui Narſetis gloriæ inuidens, virum belli paciſque artibus inclytum, Italiæ adminiſtratione amouit, *Longino* Patritio in eius locũ ſuffecto; qui primus *Italiæ Exarchus* eſt appellatus.

Sigebertus Auſtraſię Rex, Brunichildẽ Hiſpanã, Athanagildi Wiſigothorũ Regis filiam, hoc ferè tẽpore duxit vxorẽ.

566. S. Germanus Pariſienſis Epiſcopus dat priuilegium immunitatis monaſterio S. Vincentij prope Pariſios anno V. Chariberti Regis XII. Kal. Septembris: cui priuilegio Domitianus non Traiectenſis, ſed Andegauenſis Epiſcopus ſubſcripſit *Aimoin l. 3. c. 2.*

567. Turõſienſe Cõcilium ſecundum XV. Kal. Dec. celebratur: cui idem Domitianus Epiſcopus Andegauenſis, non Traiectenſis, aut Carnutenſis, vt quidam volunt, ſubſcripſit. Carnutenſis certè

certè Epiſcopus illius nominis, nullus *Anno*
agnoſcitur in Catalogo Antiſtitum e-
ius vrbis.

Charibertus Rex Pariſiorum mori- 569.
tur, à S. Germano Pariſienſi Epiſcopo
excõmunicatus: vt Baronius ex Greg.
Turonenſi fusè narrat.

Sigeberto Auſtraſiæ Regi ex Bruni-
childe naſcitur filius Childebertus, ip-
ſo die Paſchæ: vt Turonenſis lib. 8. ca.
2. & lib. 5. cap. 1. itemque Aimoinus
lib. 3. cap. 83. narrant.

Ioannes Papa III. moritur: cui anno 572.
proximè ſequenti Benedictus ſucceſ-
ſit. *Baron.*

Anno à tranſitu S. Martini. 173. (i- 573.
tá namque legendum) anno XII. Sige-
berti Regis, die 4. Auguſti, S. Eu-
phronius Epiſcopus Turonenſis mori-
tur: cui poſt dies 19. ſufficitur *Gregorius*,
Hiſtoriæ Francorum ſcriptor: vt Bu-
cherius collegit ex eodem Gregorio,
lib. 2. càp. 1. mirac. S. Martini.

Gregorij Turonenſis opera Notis illu-
ſtrauit *Ioannes Sauaro*, Præſes Aruerniæ,
an. 1623. quo iſta cõmentabamur, mag-
no Reipub. litterariæ damno defunctus.

Sige-

Anno 575. Sigebertus Auſtraſiæ Rex contra Chilpericum fratrem, Pariſiorum Regem bellum mouet, & Theodebertum Chilperici filium occidit. Chilpericus Tornacum fugit: cuius loci Epiſcopus *Craſmarus*, ac ciues eum humaniter exceperunt, & contra fratrem tutati ſunt. Sigebertus cùm Chilpericum perſecutus fuiſſet Tornacum vſque, dolo *Fredegundis* vxoris Chilperici, gladio confoſſus eſt, & Lambris prope Duacum ſepultus, inde poſtea ad S. Medardi Sueſſionenſe monaſterium tranſlatus.

Tornacenſis eccleſ. dotatur Chilpericus beneficij accepti memor Eccleſiam Tornacenſem ampliter dotauit, edito diplomate, quod extat in noſtro Codice Donationum piarum.

577. Anno ſecundo Childeberti Auſtraſiæ Regis, inter Francos & Hiſpanos diſſenſio fuit de Paſchate celebrando, Francis illud XIV. Kal. Maij rectè, Hiſpanis XII. Kal. Aprilis malè celebrantibus. *Turon. l. 5. cap.* 17,

579. Iuſtinus iunior Imp. decedit. Succedit TIBERIVS, eius gener, munificentia iuxta ac felicitate inclytus. *Onuphr.*

S. Mo-

S. Monulfus Traiectenſis ad Moſam *Anno* 580.
Epiſcopus floret, qui vt Greg. Turonenſis lib. de gloria Confeſſ. cap. 72. narrat; templum inſigne in honorem S. Seruatij ædificauit Traiecti, & corpus eiuſdem ac ſedem Epiſcopalem in illud tranſtulit.

Seruatianam hanc baſilicam poſtea Carolus Magnus mirificè auxit, & turribus, quæ etiamnum ſuperſunt, longe illuſtriorem reddidit.

SS. Monulfi, Gondulfi, Valentini, & Candidi Epiſcoporum corpora, à *Nithardo* Leodicenſi, & *Gerardo* Cameracenſi Epiſcopis an 1037. arcæ marmoreæ incluſa, & in crypta Seruatiana, retro aram S. Petri collocata (quæ multis ſæculis ibidem incognita latuerant) an. 1611. die 7. Martij feliciter ſunt inuenta.

Winocum Britonem, venientem 582.
de Britannia, ſanctitate in Gallia an. 582. claruiſſe ſcribit Sigebertus in Chronico. Sed errat, quia conſtat Winocum S. Bertini (de quo infra ad an. 654. dicemus) diſcipulum fuiſſe.

Tiberio Imp. defuncto ſuccedit
Mauri- 583.

Anno *Mauritius*, primus ex Grecorum gente
584. ad Imperij faſtigium euectus.
Chilpericus Rex Pariſiorum occiditur, fraude vxoris ſuæ Fredegundis: ſuccedit filius eius Lotharius, puer quattuor menſium. *Turonenſis lib.* 6. *cap.* 46.
585. Childeberto Auſtraſiæ Regi Theodebertus filius naſcitur, & à S. Magnerico Epiſcopo Treuerenſi baptizatur. *Turon. l.* 8. *c.* 37.
586. *B. Vedulfo*, qui ſedem Atrebato Ca-
S. Gaugericus. meracum tranſtulit, defuncto, *S. Gaugericus* Epiſcopus Cameracenſis & Atrebatenſis creatur, Childeberto Rege promouente: vt Bucherius tom. 2. Rerum Leodienſium ſub finem docet. Præfuit is annis 39. ſumma cum laude. Vide Baldericum in Chron. Cameracenſi lib. 1. & 2.
587. S. Radegundis Pictauis moritur, die 13. Auguſti.
587. Childeberto Regi filius Theodericus naſcitur, menſe Septembri. Vide Turonenſem lib. 9. cap. 2. & 4.
590. S. GREGORIVS Magnus fit Papa, Angliæ Apoſtolus meritò nuncupatus

patus, vt pote qui Auguſtinum & alios *Anno*
Chriſtianæ doctrinæ præcones in Britanniam miſerit: à quorum ſucceſſoribus inſtructi *VVillibrordus, Suitbertus*, & alij Anglo-Saxones eamdē doctrinam ad Friſios ac Batauos poſtea attulerunt.

Fredegundis Regina, Chilperici vidua, Tornaci tres viros Francos in conuiuio bipenne interimit, & Pariſios inde fugit. *Turon. l.* 10. *c.* 27. 28. 591.

Gregorius Turonenſis Epiſcopus, circa menſem Martium huius anni, abſoluit libros Hiſtoriarum, anno ordinationis ſuæ XXI. qui eſt Gregorij Papæ V. iniens, Guntramni Regis XXXIII. non XXXI. Childeberti Iunioris XIX. à tranſitu S. Martini CXCIIII. non CCXVIII. vt corruptè legitur. *Bucherius*. 594.

Guntramnus Rex moritur V. Kal. Aprilis: ſuccedit nepos eius Childebertus. Guntramni Regis ſomnium (quod Aimoinus lib. 3. cap. 3. narrat) marmori inſculptum, hodieque viſitur cum admiratione, in Palmenſi monialium cœnobio vetuſtiſſimo, quod eſt *Baulme les Nonnes.*

ciuſ-

Anno eiuſdem nominis opido incluſum, decimo milliari à Veſontione. Somnij imaginem, ære expreſſam, Ioan. Iac. Chiffletius in ſua Veſontione repræſentauit.

596. Childebertus Auſtraſiæ & Burgundiæ Rex, menſe circiter Aprili, anno ætatis 25. moritur: ſuccedunt filij Theodericus in Burgundia, & Theodebertus in Auſtraſia. *Aimoin. & Baron.*

Gregorius Papa Auguſtinum cum alijs mittit ad prædicandum in Anglia. *Baronius.* Id Sigebertus ad annum proximè ſequentem refert.

597. Fredegundis impia Regina, Chilperici Regis, qui eccleſiam Tornacenſem cathedralem an. 575. dotarat, vidua moritur.

597. S. Monulfus Epiſcopus Traiecti ad Moſam moritur, cùm annis 39. præfuiſſet. Is caſtrum ſuum Dionantum Eccleſię donauit: quod hodieq; Leodicenſis Eccleſia poſſidet. Monulfo ſucceſſit S. Gondulfus.

601. Mauritius Imp. à PHOCA rebellante occiditur. Is Tyrannus veriùs quàm Imperator, male partum peſſimè geſſit Impe-

Imperium, homo crudelitate, ebrietate, *Anno*
ac nequitia infamis.

S. Gregorius Magnus Papa mori- 604.
tur: ſuccedit Sabinianus. Huic anno ſe-
quenti Bonifacius III. ſufficitur. *Baron.*

Bonifacius IV. Papa creatur, qui 607.
Pantheon Romæ, in honorē omnium
Sanctorum, conſecrauit ac dicauit.

Theodericus Burgundiæ Rex Er- 607.
menbergam, Bertherici Wiſigothorum
in Hiſp. Regis filiam, ducit vxorem,
ſed poſt annum repudiat.

In caſtro Gandæ eccleſia ædificatur. Ita 608.
legitur in ms. Chronici Sigebertini ex-
emplari Lipſiano, quod olim fuit Ab-
batiæ Affligemienſis.

Anno XIV. Theoderici Burgundiæ 609.
Regis, S. *Columbanus*, monaſterij Lu-
xouienſis in Burgundia fundator, pel-
litur in exilium, Brunechildis Reginæ
impulſu. Veſontionem itaque veniens
à *S. Nicetio*, illius vrbis Epiſcopo, hu-
maniter excipitur: vt Ionas in vita Co-
lumbani fusè narrat.

Blandinienſe monaſterium, prope 610.
Gandauum, hoc anno ędificatum fuiſſe
in eodem ms. exemplari Lipſiano.

Idem

Anno Idem notatur his verſibus:

In ſexcenteno denofundauit Amandus
AnnoBlandinium, patronū dans ibi Petrum,
Rexit Florbertus, dotauit Rex Dagobertus.

De his cōſulendum Chronicon Gandenſe ſeu Bauonicum quod ms. vidi Gādaui in archiuis Epiſcopij Gādenſis.

610. Phocas Imp. ab Heraclio capitur & occiditur.

612. Theodericus Rex anno regni ſui XVII. apud Tullum, fratrem Theodebertum Auſtraſiæ regem vincit, & Coloniam vſque fugat. Inſequitur Theodericus, & ſuperata Arduenna, fratrem rurſus ad Tolbiacum vincit, Coloniam Agrippinam capit, & toti Auſtraſiæ dominatur.

613. Theodericus bellum in Clotarium patruelem parans, Metis profluuio ventris exſtinguitur. Clotarius, conſilio Arnulphi Metenſis Epiſcopi & Pipini Lādenſis, regnum Theoderici obtinet, pulſis eius filijs, & auia Brunichilde: ſicque monarchia regni Francorum ad ipſum redijt. Aimoin. l. 4. c. 1. & Appendix Greg. Turonenſis cap. 40. & ſeq. legantur.

Poſt

Poſt Armeniam, Cappadociam, Paphlagoniã, Galatiam, Syriam, Phœnicem, ac Paleſtinam à Coſdroa ſeu Coſrhoë Perſarum Rege vaſtatas, vrbs Hieroſolymitana ab eodẽ capitur, & Crux Dominica in Perſidem aufertur. Sed ea etiam apud barbarum hoſtem in pretio atque honore fuit. *Anno 614.*

S. Columbanus, quem Theodericus Rex, inſtinctu Brunechildis auiæ, Francia expulerat, poſt fundatum Bobienſe in Italia monaſterium, ibidem hoc anno, aut ſuperiore moritur. Fuit is natione Hibernus (vt ipſemet teſtatur in carmine ad Hunaldum diſcipulum) & multa ſcripſit, vel ad canendum digna, vel ad docendum vtilia: vt Sigebertus lib. De ſcriptoribus Eccleſiaſticis loquitur. Carmen eius ad Hunaldum, contra Auaritiam exſtat in Bibliotheca veterum Patrum, & apud Caniſiũ tom. 1. Lectionis antiquæ; qui & eiuſdem Monoſtichon carmen recitat. 614. *S. Columbanus.* 614.

Scio Monoſticha hæc, pietatis plena à Martino Delrio, vnà cum poëmatibus S. Aldhelmi, an. 1601. publicata fuiſſe, ex ms. codice Abbatiæ S. Lau-

Anno rentij Leodicenſis, hoc titulo; *Incerti auctoris Monoſticha*. Scio item Delrium, incerti auctoris nomen indagando, *S. Aldhelmum*, Occidentalium Saxonum Epiſcopum, qui an. 709. obijt, Monoſtichi auctorem per coniecturam facere. Sed ego, cum Caniſio, illud S. Columbano attribuendum ſentio, ex fide ms. codicis Friſingenſis, cuius hic titulus: *Incipit libellus cuiuſdam ſapientis, &, vt fertur, beati Columbani.*

S. Aldhelmus.

614. S. Amandus per Gallias miraculorum & prædicationis gloria clareſcebat. Bauo per eum conuerſus, & Gandaui ſolitariè recluſus, ſanctitatis exemplum erat omnibus. *Sigebertus.*

615. Glodeſindis Metenſis claret, quæ ſponſum fugiens, velamē capitis à Deo per Angelum accepit, & ſe ſuaque Deo conſecrauit. *Sigeb.*

617. S. Perpetuus Traiectenſis Epiſcopus, Dionantenſium patronus, moritur: ſuccedit Ebregiſus.

618. S. Amando Elnonem migrante ex monte Blandinio, Florbertus Abbas Blandinienſis ordinatur. Ita legitur in ms. *Sigeberto Lipſiano.*

S. Gal-

S. Gallus, S. Columbani diſcipulus, in Alemannia claret. *Sigebertus*. *Anno*

Mahometes, monſtroſæ ſectæ conditor, orbem turbare incipit, ex vrbe Mecha die XV. Iulij fugiens. Vnde incipit Æra Arabum ſeu anni Hegiræ: vt Ioſ. Scaliger lib. 5. Emend. temp. & Sethus Caluiſius in Chron. tradunt.

Clotarius *Dagobertum* filium ſuum apud Auſtraſios Septētrionales Regem conſtituit vt Aimoinus l. 4. c. 8. narrat. Florebant tunc in Auſtraſia S. Arnulphus Metenſis, & Pipinus Landenſis, duo directores Dagoberti. 623. *Dagobertus Rex.*

S. Gaugericus, Cameracenſis & Atrebatēſis Epiſcopus, circa an. 624. in Domino obdormit. Natus is fuerat in Epoſio ſeu Euoſio, hodie *Iuois*, Ducatus Luxeburgenſis opido, quod Antoninus in Itinerario & alij memorant. Cameracēſium Epiſcopus creatus, in vertice montis, vbi nunc arx Cameracenſis viſitur, baſilicam in honorem S. Medardi Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopi, conſtruxit.

Cùmque poſt 39. Epiſcopij annum, Deus ipſum ad remunerationem vo-

Anno caſſet, in eadem baſilica, vt ante deſtinauerat, honorificè eſt tumulatus. Mox igitur Reges & Principes, ac potentiſſimi quique, ſignis & prodigijs, quibus ante obitum multifariè coruſcauerat, excitati, ac multò amplioribus, quę per eius merita Dominus poſt obitum indeſinēter operari dignatus eſt, attoniti, ad ſanctiſſimi viri ſepulcrum diuerſis ex partibus confluxerunt, & opulentiſſima munera obtulerunt. Statimque ex affluentia rerum, monaſterium eſt ampliatum, & fratrum numeroſa cohors in perpetuum delegata. In eius quoque memoriam ac venerationem frequentiores baſilicæ, in regionibus tam prope quàm longè poſitis, ſunt conſtructæ. Sic ferè Baldericus lib. 2. cap. 4 in Chronico Cameracenſi.

S. Gery. Monaſterium iſtud, in honorem S. Medardi à S. Gaugerico conſtructum, eſt hodie X L. Canonicorū collegium, S Gaugerici nomine & lipſanis nobile, quod in dicti montis vertice ſedem ac domicilium habuit, vſque ad annum 1540. quo Carolus V. Cæſar eo loci, contra Francorum incurſiones, arcem excitan-

excitandam curauit. Quo tempore Canonici Gaugericiani migrarunt ad Cameracenſem S. Vedaſti baſilicam parochialem, quæ nunc S. Gaugerici nominatur. *Anno*

Huius ſanctiſſimi Præſulis memoriæ plurima, eaque vetuſtiſſima, paſſim templa dicata viſuntur, vt *Bruxellis*, *Atrebati*, *Valentianis*, *Braniæ Comitis*, *Haltris* prope Aloſtum, & alibi.

S. Gaugerico ſucceſſit Bertoaldus ſeu Berthoaldus Epiſcopus, qui Synodo Remenſi, à Sōnatio Archiepiſcopo celebratæ, cum alijs plurimis Galliarum Epiſcopis, interfuit: vt Flodoardus in Hiſt. Remenſi lib. 2 cap. 5. & Baldericus in Chron. Cameracenſi lib. 1. cap. 14 amplè commemorant. *Bertoaldus.*

Vt autem cuiuis conſtet quinam eo tempore per Gallias Epiſcopi floruerint, quique dictæ Synodo Remenſi interfuerint eorum hîc ſeriem ex Flodoardo ſubnectam: *Remenſis Synodus.*

Sonnatius Remenſis.
Theodericus Lugdunenſis.
S. Arnulfus Metenſis.
Sindulfus Viennenſis.

Anno S. Sulpitius Bituricenſis.
Medegiſelus Turonenſis.
Senocus Eloſanenſis in Vaſconia.
Leontius Santonenſis.
S. Modoaldus Treuerenſis.
S. Chunebertus Colonienſis.
Richerius Senonenſis.
S. Donatus Veſontionenſis.
Auſpicius Auguſtidunenſis.
Modoaldus Lingonenſis.
Ragnebertus Baiocenſis.
Childoaldus Abrincantenſis.
Bertegiſilus Carnotenſis.
Palladius Autiſiodorenſis.
Gondoaldus Meldenſis.
Leudebertus Pariſiacenſis.
Chainoaldus Landuni clauati.
Godo Virdunenſis.
Anſaricus ſeu Anſericus Sueſſionenſis.
Claudius Reienſis: *fortè Regienſis.*
Berthoaldus Cameracenſis.
Agomarus Siluanectenſis.
Cæſarius Aruernenſis.
Verus Rutenenſis.
Agricola Gabalēſis, *id eſt, Mimatenſis.*
Ludoaldus Moguntiacenſis.

Wille-

Willegiſelus Toloſanus. *Anno*

Conſtantius Albienſis.

Nammatius Egoleſmenſis, *ſeu Ecoliſmenſis.*

Ruſticus Caturcenſis.

Audericus Aucenſis, *vulgò Auxitanus.*

Emmo Areſetenſis.

Felix Catalaunenſis.

Hadoindus Cenomanenſis.

Magnebodus Andegauenſis.

Ioannes Pictauienſis.

Leobardus ſeu Leubardus Namneticus, ſeu Nannetenſis.

Ceterùm quamdiu vixerit, aut quãdo obierit Bertoaldus Cameracenſis Epiſcopus, nemo veterum notauit: ipſi in Epiſcopatu ſuffectum fuiſſe *Ablebertum*, vult Baldericus Chronographus Cameracenſis, facitque eum fratrem *Guàilæ* virginis, Bruxellenſium patronæ. Hæc tamen ætate longè poſterior fuiſſe videtur: ſi hiſtoriæ credimus, quam de S. Gudilæ vita & eleuatione ſcripſit *Hubertus* quidam ad *Albertum* vt arbitror circa an. 1130. temporibus Godefridi Barbati, Lotharingiæ noſtræ Ducis. In qua ſic inter alia legitur: *Ablebertus.* *S.Gudila.* *Circa an.1130 temporibus Godefridi Barbat*

Anno tur: *Aderat ibi (* cùm videlicet corpus S. Gudilæ à terra in feretrum transferretur,) *quidam canitie crines reſperſus, marceſcente ſenio confectus, cui ſancta virgo Gudila fuerat ſatis nota, & ea tempeſtate qua hæc exceſſerat à corruptibili vita, ille vernabat adoleſcentia.*

Hæc autem eleuatio ſeu tranſlatio facta eſt Caroli Magni Imp temporibus, qui ad famam miraculorum, in eleuatione factorum, mox accurrit, & Morteſellam ſanctæ Gudulæ dono dedit, ac ſanctimonialium ibi monaſterium ædificauit. *Mortſel.*

Itaque veroſimile eſt S. Gudilam circa annum 712. admodum vetulam obijſſe, & circa an. 780. è terra eleuatam fuiſſe. Quod ſi ita eſt, conijcere liceat fortaſſe, ipſam fuiſſe ſororem non *Ableberti*, qui S. Aubertum in Epiſcopatu præceſſit, ſed *Hildeberti*, qui S. Vindiciano immediatè ſucceſſit. Ego quod certò ſtatuam non habeo: eruditioribus id diſcutiendum relinquo.

Redeo ad res an. Chriſti 624. geſtas.

Euſtaſius Luxouiẽſis in Burgũdia, & Attila Bobienſis in Italia Abbates, poſt S. Co-

S. Columbanum magiſtrum ſuum, cla- *Anno*
rent. *Sigebertus.*

Pipinus, Carolomanni filius, Maior
domus Regis Lotharij, principabatur. 625.
Pipino in diſponenda Republica coo- *Pipinus*
perabatur S. Arnulfus, filius Arnoldi, *Lāden-*
filij Ansberti, ex Blithilde filia primi *ſis.*
Lotharij Regis. Ita Sigebertus in
Chronico; Pipinum hunc cognomento
Landenſem vulgò nuncupant primum Brabantiæ Ducem.

Dagobertus Gomatrudem ducit 626.
vxorem, & fit Rex totius Auſtraſiæ.

Cunibertum Colonienſem, & Ioan- 627.
nem Tungrenſem, Epiſcopos, hoc
tempore floruiſſe tradit Sigebertus: ſed
vide infra an. 631.

Clotarius Rex anno regni 45. mori- 608.
tur, & ſepelitur in baſilica S. Vincentij, *Dago-*
prope Pariſios, quæ nunc S. Germani *bertus.*
Pratenſis dicitur. Succedit filius eius
Dagobertus: conceſſa tamen Heriberto
fratri Vaſconia.

S. Bauonem hoc anno obijſſe, tradit 630.
Sigebertus. Eſt is patronus eccleſiæ &
vrbis Gandenſis: de quo vide Faſtos
noſtros Belgicos.

Circa

Anno Circa hunc ipſum annum aut ſequentem S. *Audomarus* fit Morinenſis ſeu Teruanenſis, itemque Bononienſis ad Oceanum Epiſcopus.

631. Ebregiſus, Traiecti ad Moſam Epiſcopus moritur, cùm annos circiter 14. præſediſſet. Sepultus eſt in Trumonia, Leodienſis Epiſcopij villa. Eodem anno ſufficitur Ioannes cognomento Agnus.

Mahometes. Mahometes anno Hegiræ decimo moritur. Is patre ethnico & matre Iudæa genitus, idemque Chriſtianis ſacris imbutus, ſimulato Gabrielis Archangeli congreſſu, adiutore Sergio monacho, monſtroſam ſectam ex Chriſtiana, Iudæa, & ethnica diſciplinis conflauit. Ac primò pro vate habitus, deinde dux exercitus, nefariam ſectam armis in Arabiam inuexit: quæ regni Saracenorum origo fuit.

633. S. Liuinus Epiſcopus, Gandenſium tutelaris, in Brachbanto ab impijs occiditur. *Ex ms. Sigeberto Lipſiano.* S Liuini vitam ſcripſit S. Bonifacius Moguntinus & Vltraiectinus Archiepiſcopus, quam ex ms. codice fideliter à me deſumptam,

ſumptam, & dono miſſam ad Nicolaum Serarium, inuenies inter Epiſtolas eiuſdem Bonifacij, Moguntiæ an. 1605. editas. *Anno*

Saraceni multa Romanorum millia in Syria occidunt, Damaſcum occupant, & inter alios capiunt S. Ioannis Damaſceni parentes. Religio tamen Chriſtiana in Oriente perſtitit. 634.

Dagobertus Rex ex Ragintruda ſeu Gomatrude gignit *Sigebertum*: qui infans 40. dierum, cùm baptizaretur à S. Amando, reſpondit, Amen. 636.

Saraceni Hieroſolymam occupant, quam annis 463. tenuerunt vſque ad tempora Godefridi Bullonij, qui an. 1099. eam Chriſtianis, Belgarum virtute bellica, reſtituit.

Ioanni Agno, Epiſcopo Traiectenſi, VIII. Kal. Aug. defuncto, ſufficitur S. AMANDVS & conſecratur VII. Kal. Nouembris. *Chronicon Elnonenſe*, quod in S. Amandi monaſterio & in Rubra Valle ms. exſtat. 637. *S. Amandus.*

Chariberto Vaſconiæ Rege, eiuſque filio, defunctis, regnum iſtud obtinet Dagobertus, Chariberti frater.

Ado,

Anno Ado, Rado, & Dado, aliàs Audoënus, tres fratres, florent in Gallia. Ex his Audoënus Solemniacum monaſterium conſtruxit, vbi S. Remaclus, ab Aquitania veniens, ſe in Chriſti tirocinio, ſub eo exercendum dedit. *Sigeb.*

S. Aurea claret, quam Eligius monaſterio virginum à ſe Pariſijs conſtructo præfecit. *Sigeb.*

638. Romaricus Abbas, & Goericus Metenſium Epiſcopus clarent. Ita Sigebertus in Chronico. Romaricus porrò fundauit ac dotauit illuſtre nobilium virginum Canonicarum in Lotharingia collegium, quod vnà cum opido, in quo reſidet, Romarici-mons, *Remiremont*, dicitur. Exſtat vita S. Romarici à Nic. Serario edita.

639. Dagobertus filium Sigebertum creat Auſtraſiæ Regem, ſub tutoribus Cuniberto Colonienſi Archiepiſcopo, & Adagiſilo palatij Rectore. Aimoinum lib. 4 cap. 26. conſule.

640. S. Arnulfus, ex Maiore domus regiæ, Metenſium Epiſcopus, & ex Epiſcopo ſolitarius, dormit in Chriſto. Clodulfus filius eius, pòſt Metenſis Epiſcopus,

pus, ſanctitatem patris imitatur. Doda Anno
mater Clodulfi Treueris recluſa Chriſto ancillatur, *Sigebertus*. Floret hodieque S. Arnulſi Abbatia Benedictinorũ in vrbe Metenſi quam Valaderius libro edito annis ſuperioribus illuſtrauit.

S. Amandus, exacto triennio in Epi- 641.
ſcopatu, ſub anni huius initium, Euangelicæ prædicationis officio per varias prouincias fungitur, S. Landoaldo vices eius Epiſcopales per nouennium gerente. Itaque veroſimile eſt Amandum, his ferè temporibus in agrum Rienſem excurriſſe, & *infra caſtrũ Antwerpis, ſuper fluuium Scalde, in honorem SS. Petri & Pauli Apoſtolorum eccleſiam conſtruxiſſe*. Vt in diplomate Rohingi Antuerpienſium Principis, in Codice noſtro Donationum piarum cap. 6. edito, legitur.

Heraclius quàm clarus initio Imperij, tam turpis exitu 11. Maij moritur, ob ignauium ſuis inuiſus. Conſtantinus poſt patrem menſibus quattuor, deinde Heraclianus menſibus duobus imperauit. Denique Conſtans, filius Conſtantini, ſub initium Nouembris
ad

Anno ad Imperium euehitur.

942. S. Florbertus Abbas Gandenſis moritur; vt in ms. Chronico Gandenſi legitur. Eius lapis ſepulcralis, vetuſtiſſimo charactere notatus, adſeruatur Gandaui in palatio Epiſcopali, cum hac inſcriptione: *Hic requieſcit Florbertus, Abbas Gandenſis cœnobij; obijt VIII. Idus Octobris.* Sigebertus Lipſianus ms. notat Florbertum an. 639. obijſſe, eique Ioannem in dignitate Abbatiali ſucceſſiſſe.

643. S. Reginulfa virgo claret, in Gallia. *Ex ms. Lipſiano.* Quieſcit in Aicuria, Gallo-Brabantiæ pago: vbi olim Canonicorum fuit collegium, à patre S. Reginulfæ ſeu Ragenuflæ fundatum: quod inde per Nicolaum V. Papam an. 1456. tranſlatum eſt Louanium, ad S. Iacobi baſilicam parochialem. Habuit ipſa ſibi cognatas S. Gertrudem Niuellenſem, & S. Aldegundem Melbodienſem.

644. Dagobertus Rex XIV. Kal. Feb. moritur; ſuccedit in regno Franciæ *Clodouæus* filius eius, Sigeberto altero filio, in Auſtraſiæ regno annū iam 6. agente.

Rictru-

Rictrudis Marchianenſis, Gertrudis *Anno*
Hamaticenſis, & Berta Blangiacenſis,
ſanctitate florent. Rictrudis nupta fuit
Adalbaldo Duci Duacenſi, cuius frater
Erchanoaldus fuit Maior domus Clo-
douæi Regis, de quo egimus anno ſu-
periore. Erchanoaldus filium reliquit
Leudeſiū, qui Maior domus ſub Theo- 645.
derico Rege fuit: vt Sigebertus ad an.
679. & ſeq. teſtatur.

Pipinus Landenſis, Maior domus 646.
regiæ, 21. Februarij moritur. Grimoal-
dus, filius eius, in aula Sigeberti Au-
ſtraſiæ Regis, poſt patrem, potenter
principatur. Sigebertus, annum à Paſ-
chate incohans, more Eccleſiæ Galli-
canæ ac Leodicenſis, Pipini obitum ad
annum proximè ſequentem refert.

Audoenus fit Rotomagenſis, & Eli-
gius creatur Nouiomenſis ſeu Torna-
cenſis Epiſcopus.

S. Audomarus Epiſcopus Terua-
nenſis S. Wandregiſilum ordinat preſ-
byterum.

Modoaldus, frater Ittæ, & auuncu-
lus S. Gertudis Niuellenſis, Archiepi-
ſcopatum Treuerenſem ſanctitate illu-
ſtrat.

Anno ſtrat. In eadem vrbe floret ſoror eius Seuera, Abbatiſſa.

647. S. Gertrudis, cum matre ſua Itta, ſeu Iduberga, vidua Pipini Landenſis, Deo

S. Gertrudis. dicatur Niuellis, à S. Amando, die 11. Decembris die Dominico. In vita S. Gertrudis à coætaneo, iuſſu Dominicæ Abbatiſſæ Niuialenſis ſcripta, ſic legitur: *Contigit Amandum Epiſcopum in domum B. Ittæ deſcendere, vt luctum coniugis recenter exſtincti, ſpirituali conſolatione abſtergeret. De cuius manibus religioſa matrona viduitatis habitum, & caſtæ profeßionis velamen excepit: domumq́; ſuam eiuſdem Antiſtitis conſecratione commutans in eccleſiam, ſanctimoniales ibidem ad ſeruiendum Deo ordinari fecit*; quæ ſunt hodie nobiles Virgines Canonicæ.

648. S. Furſeus in Hibernia claruit, qui

Laigny. peregrinationē pro Chriſto aggreſſus, Latiniacum monaſteriū in Gallia fundauit, Clodouæo Rege dotante. Hunc non multò pòſt, fratres eius, Foillanus & Vltanus, pari peregrinandi voto ſecuti, per Galliam Belgicam claruerunt. Ex quibus Foillanus, dono Gertrudis

Foſſe. Niuellēſis, Foſſenſe monaſteriū poſtea funda-

ſundauit, quod hodie eſt Canonicorum *Anno*
collegium in diœceſi Leodicenſi. Sic
ferè Sigebertus in Chron. ad hũc annũ.
Furſeus inſuper Peronæ in Picardia 648.
monaſterium ædificauit, quod nunc
itidem eſt Canonicorũ collegium, qui
fundatoris ſui corpus adſeruant. Idem
prope Peronam, dotante Erchanoaldo
ſeu Erchenaldo, fundauit alterum monaſterium in monte, quod hodie Mons
S. Quintini dicitur: vbi primus Abbas
fuit S. Vltanus, qui & Foſſenſis. Latiniacum porrò, & Mons S. Quintini hodie poſſidentur à Benedictinis.
Sic fere Iacobus Deſmaius, Doctor
Sorbonicus, & Canonicus Peronenſis
in vita S. Furſei Pariſijs edita an. 1607.
S. Foillanus, cum tribus diſcipulis, 648.
in ſilua Carbonaria, prope Rodium
Hannoniæ opidum, ab impijs eſt occiſus. In ipſo martyrij loco nunc viſitur Abbatia ord. Præmonſtratenſis, S.
Foillani nomine clara. Ipſe autem à
fatre ſuo Vltano ſepultus eſt Foſſis. in
monaſterio Scottorum, vt Eginhartus
in hiſt. Tranſlationis SS. Marcellini
& Petri loquitur.

N Scoti

Anno Scoti certè varia olim per Germaniam monaſteria & Hoſpitalia habuerunt, quorum mentio fit in Capitulis Caroli Calui tit. 6. cap. 40. *Hoſpitalia Scottorum, quæ ſancti homines gentis illius in hoc regno conſtruxerunt, & rebus pro ſanctitate ſua acquiſitis ampliauerunt.*

Item tit. 23. cap. 10. *Hoſpitalia peregrinorum, ſicuti ſunt Scotorum*; id eſt, Hibernorum: vt Iac. Sirmondus in Notis ad dicta Capitula, interpretatur.

Hodie tamen monaſteria Scotorum, vt Herbipolenſe, & alia per Germaniam reſtantia, à ſolis Scoto-Britannis poſſidentur.

649. S. Philibertus Gemeticenſis & S. Richarius Pontiuenſis, Abbates, florent. Anſigiſus quoque, filius S. Arnulphi Metenſis clarebat, cui S. Begga, ſoror Grimoaldi, nupſerat. *Sigeb.*

Conciliũ Romanum CV. Epiſcoporum à Martino Papa celebratur menſe Octobri. Martinus epiſtolas varias & Acta Synodalia ad diuerſos Epiſcopos mittit: exſtatque apud Baroniũ particularis epiſtola ad S. Amandum, qua ipſi denegat abdicationem Epiſcopatus.

S. Aman-

S. Amandus, impetrata tandem à *Anno*
Papa miſſione, circa an. 6 5 0. ſe abdicat Epiſcopatu Tungrenſi, ſeu Traiectenſi: & ſuccedit S. Remaclus.

S. AVBERTI ſiue Autberti, Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopi, Hannoniæque Apoſtoli, cuius nomen indignus gero, res geſtas breuiter hîc commemorare lubet. Is in ſede pontificali Cameracenſi, temporibus *Dagoberti* Francorum Regis, collocatus, fratribus in Cameracenſi eccleſia B. Mariæ famulantibus, *Onengiam* & *Quarubium* vicos, inter Valentianas & Condatum ſitos, donauit. *S. Aubertus.* *Onaing. Conrou-ble.*

Idem *Landelinum* puerum ex baptiſmi fonte ſuſceptum, ſacris litteris imbuit. Hunc poſtea fallentibus verbis deceptum, diabolus ad deteriora retraxit: adeò vt aſſumptis ſibi nequiſſimis hominibus, cæperit viatores infeſtare, trahere, ſpoliare. Sed poſt multas lacrimas iuuenem vir ſanctus demum recepit, aluit, & ad ſacerdotium vſque promouit. In qua dignitate is conſtitutus, ad noxas adoleſcentiæ expiandas, monaſteria quattuor, *Laubienſe*, *Alnenſe*, *S. Landelinus.* *Lob. Aſne.*

Anno *Criſpinienſe*, & *VVaſlerienſe* excitauit.

S.Giſle-nus. Aubertus inſuper eccleſiam, quam *S.Giſlenus*, ab Athenis digreſſus, conſtruxerat, aſſumpto ſecum B. *Amando*, Traiectenſi Epiſcopo, in honorem Apoſtolorum conſecrauit.

S. Vincentius. Idem *S. Vincentium* Comitem, qui ante Madelgarius dictus eſt, cùm vitæ ſæcularis actibus, & militaribus negotijs occupatus teneretur, & regij generis coniugio eſſet nobilis, in tantum diuini amoris feruore accendit, vt militiæ cingulo depoſito, monaſtico habitu ſumpto, ſub ſanctæ conuerſationis regula ſe conſtringeret.

S.VValdetrudis Cuius vxor *S. VValdetrudis*, cum ſorore ſua *S. Aldegunde*, ſacrum velamen ab eodem Antiſtite accepit. Atque illa *Mons en Hainau.* quidem in monte, qui dicitur Caſtrilocus, illa verò in loco qui dicitur Melbodium, diuinis ſe cultibus vſque ad finem exercuerunt. *Maubenge.*

Idem Pontifex monaſterium, in Melbodio ab eadem S. Aldegunde conſtructum, in honorem B. Mariæ & SS. Apoſtolorum conſecrauit.

S. Vedaſti Atrebati *S. Vedaſtus* in eccleſia B. Mariæ,

riæ, haut procul ab altari, verſo ad au- *Anno*
ſtralem plagam ſepulcro, quieſcebat.
Quem B. Aubertus, deſignato ſibi ab
Angelo ædificandi oratorij loco, fun-
dataque eccleſia, & adhibito ſecum *B.*
Audomaro Teruanenſi Epiſcopo, tran-
ſtulit.

In qua tranſlatione idem Audoma- *S. Au-*
rus, cùm eſſet cæcus, receptum lumen *doma-*
parui pendens, amiſſam ſubitò cæcita- *rus.*
tem reimpetrauit. Vbi hodieque ec-
cleſia parochialis conſtat in honorem
S. Auberti conſtructa. In loco verò di-
uinitus deſignato, vir Domini Auber-
tus monaſterium conſtruxit, & multa *S. Ve-*
ex rebus ſuis eccleſiæ, in vſum Deo fa- *daſti*
mulantium, pro rerum oportunitate, *Abba-*
donauit. *tia.*

Demum populo ſuo ad cultum Do-
minicæ fidei mancipato, feliciter diem
clauſit: ſepultuſque eſt in eccleſia B.
Petri, quæ extra muros vrbis Came-
racenſis erat ędificata, nunc autem
ampliatis mœnibus, eſt intra vrbem.

Poſt eius exceſſum *B. Vinditianus* *S. Vin-*
Cameracenſis eccleſiæ ſedem regen- *ditianus*
dam ſuſcepit; temporibus *Theoderici*

Anno Regis, filij Clodouæi ex Bathilde,

Sic ferè Baldericus Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus lib. 1. cap. 20. & ſeqq. in Chronico Cameracenſi. Vitam porrò S. Auberti ſcripſit *Fulbertus*, Doctor clariſſimus, pòſt Carnotenſis Epiſcopus, vt ſuſpicor, quam Surius mutilam edidit. Exſtat autem integra Cameraci in S. Auberti Canonicorum regularium Abbatia, quæ patroni ſui ſacrum corpus religioſe adſeruat.

651. Etto, Bertuinus, Eloquius, & alij multi ex Anglia & Scotia peregrini, verbum Dei in Gallijs ſeminant. *Sigebertus:* Hís adde SS. Adalgiſum, Mombulum, Waſnulfum, Autbodum & alios: de quibus vide Faſtos noſtros Belgicos.

Hoc ipſo ferè tẽpore S. Eligius apud Andouerpos & Flandros Chriſti doctrinam ſparſit: vt Andoënus in eius vita narrat.

S. Sigebertus Auſtraſiæ Rex, de poſteritate prolis deſperans, XII. monaſteria hinc inde conſtruxit (in quibus *Stauelo. Mamedy.* Stabuletum & Malmundarium eminebant) cooperante Grimoaldo Maiore domus

domus regiæ, & Remaclo Traiectenſium Epiſcopo. *Sigeb.* *Anno*

652. Idem Sigebertus Rex Hildebertum, Grimoaldi filium, adoptat ſibi in filium & in regnum. *Sigeb.*

653. S. Remaclo Stabuletum ſponte ſecedenti ſufficitur S. Theodardus in Epiſcopatu Traiectenſi ad Moſam.

654. S. Sigebertus Auſtraſiæ Rex moritur Kal. Februarij. Grimoaldus, Maior domus, filium eius Dagobertum paruulum, attõſum in Scotiam mittit, & Hildebertum filium ſuum ad regnum promouere conatur. Sic Aimoinus l. 4.c.42. & Sigebertus in Chron. ad an. 656. Oſſa S. Sigeberti, Metis Nanceium, Lotharingiæ metropolim tranſlata, ibidem in primatiali Canonicorum baſilica adſeruantur.

654. Adroaldus, vir nobilis, hortante S. Audomaro, villam ſuam *Sithiu*, in pago Teruanẽſi ſitam, donat Bertino, Mommoleno, & Ebertrando, presbyteris, ad monaſterium, in honorem S. Petri, ibi conſtruendum, anno XI. regni Clodouæi, VIII. Idus Septembris. Hoc fuit initium illuſtris Abbatiæ Bertinia-

 næ

Anno næ in Arteſia.

654. Diploma donationis ab Adroaldo factæ, ex archiuis Bertinianis fideliter deſumptum, exſtat in noſtro Codice Donationum piarum. Quod quidem diploma inter alios ſignarunt S. *Audomarus* Teruanenſis ſeu Morinenſis Epiſcopus, & *Chunebertus* Graphio, id eſt, Comes Germanis ſuperioribus & inferioribus; idē, niſi fallor, qui Maricolenſe in Hauxonia monaſterium fundauit.

655. Clodoueus Rex Grimoaldum morte amara Pariſijs in carcere conſumit, & Hildericum ſeu Childericum, filium ſuum iuniorem, conſtituit Auſtraſiæ Regem. *Aimoin. l.* 4 *c.* 42.

Ad hunc Regem Childericum cùm pergeret S. Theodardus Traiectenſis Epiſcopus, vt bona Eccleſiæ ſuæ recuperaret, martyrio coronatur.

S. Furſeus primus Abbas Latiniaci, & patronus vrbis Peronenſis circa an. 655. deceſſit Peronæ: cuius corpus quarto poſt obitum anno prorſus incorruptum S. Aubertus Cameracenſis & S. Eligius Nouiomenſis, Epiſcopi 17. Sept. è terra eleuarunt. Beda Furſeum

vocat

vocat Scotum: Rabanus & Notgerus *Anno*
Balbulus in Martyrologio eum vocant Hibernum. Bedæ eidem Hibernia eſt Scotorum inſula.

S. Gertrudis vidua moritur Hamatici: de qua vide Faſtos noſtros Belgicos. 656.

S Lambertus S. Theodardo in Epiſcopatu Traiectenſi ſufficitur.

Atrebati Kalendis Octobris corpus S. Vedaſti, ex eccleſia cathedrali transfertur ad monaſterium, per S. *Aubertum* Epiſcopum, S. *Lamberto* Tungrenſi, & S. *Audomaro* Teruanenſi, Epiſcopis præſentibus: quorum poſterior admodum ſenex ibi viſum recepit. 657.

Kalendis Iulij, anno decimo quinto regnante CLVDOVICO ſeu Clodouæo Francorum Rege, hoc eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo octauo, LANDERICVS Pariſiorum Eccleſiæ Epiſcopus, nobiliſſimo S. Dionyſij monaſterio, Regum Galliæ mauſolæo, dedit priuilegium libertatis ſeu exemptionis, vt hodie loquimur, petente eodem Cludouico Rege. 658.

Diploma iſtud Hieronymus Bignonius,

Anno nius, in Notis ad Marculfi Formulas, fecitat: cui ſubſcripſerunt Epiſcopi XXV.

Landericus Epiſcopus Pariſienſis.

Munemundus Epiſcopus.

Gouualdus Epiſcopus, *fortè* Gondoaldus Epiſcopus Meldenſis.

Wulfolenus Epiſcopus Bituricenſis.

Armentarius Epiſcopus Senonenſis.

Rauracus Epiſcopus Niuernenſis.

Malchardus Epiſcopus.

Eligius Epiſcopus Nouiomonſis ac Tornacenſis.

Grator Epiſcopus.

Ioannes Epiſcopus Pictauienſis.

Burgundofart Epiſcopus.

Richoaldus Epiſcopus.

Baldomerus Epiſcopus Conſtantienſis.

Audoënus Epiſcopus Rotomagẽſis.

Taurinus Epiſcopus.

Euſtorchius Epiſcopus.

Laridanus ſeu Karioendus Epiſcopus.

Berthefridus Epiſcopus Ambianenſis.

Audebertus ſiue Autbertus Epiſcopus

pus Cameracenſis & Atrebatenſis. *Anno*

Clarus Epiſcopus.

Caſtadius Epiſcopus.

Litterius Epiſcopus.

Palladius Epiſcopus.

Ætherius Epiſcopus Autiſiod.

Ingoldus Epiſcopus.

Hunc Epiſcoporum ea de cauſſa conuentum, Aimoinus lib. 4. cap. 41. memorat, & Clipiaci, (quod tum palatium in agro Pariſienſi, ad Sequanam, erat) habitum fuiſſe ait. *Clichy.*

Hæc libertas ſeu exemptio poſtea, rogatu Pipini Regis, à *Zacharia* Papa eſt confirmata. Exſtat Zachariæ diploma in cortice ſcriptum (vt & Landerici Epiſcopi) in tabulario cœnobij Dionyſiani, *datum in Laterano, anno quinto Zachariæ, II. Nonas Nouembris, imperante Conſtantino, anno quarto, Indictione ſexta.*

Ceterùm notet hîc Lector, olim eiuſmodi, priuilegia, libertates, ſeu exẽptiones etiam ab Epiſcopis, quorum præcipuè intererat, indulgeri ac concedi ſolitas. Rectè autem priuilegia dicũtur. Nam iure communi Abbates Epiſcopis

Anno copis ſuberant: can.4.concilij Calchedonenſis, Synodi Aurelianenſis I. ſub Clodouæo c.9. c.11. *Abbates pro humilitate religionis in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant.* Ex quo in Capitulis Benedicti Leuitæ exſcriptũ eſt c.163.l.6. & apud Gratianum can. Abbates 18. q. 2. Synodi Eponẽſis c. 19. Aurelianenſis II. ſub Childeberto c. 22. Capitul. Caroli M.lib.2.c.8.can.monaſteria 18.q.2.

Exemptiones Sanè priuilegia iſtiuſmodi à Principibus & alijs monaſteriorum fundatoribus ſollicitè expetita, & ab Epiſcopis conceſſa fuiſſe, probant multa, quæ exſtant, exempla.

Quod vt ab initio ex nimia Antiſtitum in monachos ſeueritate ortũ eſt, vt Gregorius VII.lib.2.ep.69. teſtatur: ita negari non poteſt multos, libertatis obtentu, fugitaſſe diſciplinam. Vnde frequentem exemptionum ſuo ſæculo vſum exagitant PetrusBleſenſis epiſt.68. & 8. & Bernardus De conſideratione lib. 3. cap.8 & ſequentibus: qui tamen probat eam exemptionem, quæ, pro voluntate fundatorum, quibuſdã monaſterijs indulta eſt, vt ſpecialiùs ad Se-

dem

dem Apoſtolicam pertinerent.

Apud Marculfum lib 1. cap. 1. exſtat *Formula*, vt rectè nuncupat, *priuilegij*: ex qua patet, initiò Epiſcopos, conuentu Epiſcoporum aliorum habito, liberationem à ſua poteſtate monaſterijs conceſſiſſe, idque rogatu plerumque Regum & ipſorum procerum qui ea ædificarant.

Præter *Lerinenſis*, *Agaunenſis*, & *Luxouienſis*, cænobiorum exempla à Marculfo allegata, exſtat & priuilegium monaſterio *S. Vincentij* martyris in ſuburbano Pariſienſi, à S. GERMANO illius vrbis Epiſcopo (à quo nunc nomen habet) anno quinto Chariberti Regis, hoc eſt, anno Chriſti 566. conceſſum. Quod Aimoinus lib. 3. cap. 2. memorat, & Iacobus Breulius in Notis ibidem integrè repræſentauit.

Rex quoque GVNTRHAMNVS, quæ ipſe, vxor eius, ac binæ filiæ cœnobia conſtruxerant, multiſque poſſeſſionibus & donarijs inſtruxerant, eodem modo ab Epiſcoporum conuentu confirmari enixè poſtulauit, & vt fieret, in ſynodo Valentina, quæ anno regni

eius

Anno eius XXIV. habita eſt, obtinuit.

Exſtat etiam BERTEFRIDI Ambianenſis Epiſcopi priuilegium libertatis, Corbeiæ veteris ad petitionem Clotarij Regis & Bathildis Reginæ, conſcriptum VIII. Idus Septembris an. VII. Clotarij: de quo infra agemus.

658. *Marchiennes* S. Rictrudis Marchianenſis monaſterij fundatrix, vidua Adalbaldi Ducis Duacenſis, floret, cum filio S. Mauronto Duacenſium patrono, ac filiabus SS. Euſebia & Clotſende.

S. Mauronti corpus Duaci, & S. Rictridis ac filiarũ corpora quieſcunt in Marchianenſi Benedictinorum Abbatia, ſecundo lapide à Duaco.

659. *S. Gertrudis.* S. Gertrudis virgo & Niuellenſis Abbatiſſa, anno ætatis 33. moritur: vt ex ſerie illius vitæ Bucherius colligit, contra Sigebertum, qui eius obitum anno 66. adſcribit.

S. Eligius. S. Eligius Nouiomenſis ac Tornacenſes Epiſcopus moritur: ſuccedit S. Mommolenus. Ita Bucherius: ſed Sigebertus Eligij obitum ad annum 665. refert. Eligij vitam ſcripſit S. Audoenus Archiepiſcopus Rotomagenſis.

Mar-

Marculfus monachus floret,qui Formularum libros duos ſcripſit, & Landerico Pariſienſi Epiſcopo dicauit. Hos libros, antiquitatis plenos, & à Cuiacio, Briſſonio, Pithœis fratribus, alijſque laudatos, Hieronymus Bignonius ad fidem veterum codicum caſtigauit, & Notis illuſtratos Pariſijs anno 1613. edidit. *Anno 660.*

S. Audomarus Teruanenſis Epiſcopus moritur: ſufficitur Drantius. *661.*

S. Amandus eccleſiam ſuam Elnonenſem, quæ hodie eſt Abbatia Benedictinorum, in diœceſi Tornacenſi dedicat; conuocatis Epiſcopis *Reolo* Remenſi, *Mommoleno* Nouiomenſi, *Vindiciano* Cameracenſi, & *S. Bertino* Abbate Sithienſi. Sic in ms. Chron. Elnonenſi legitur.

S. AMANDVS Tungrenſis Epiſcopus moritur 6. Februarij, anno 662. qui Sigeberto & Meyero, annum à Paſchate incohantibus, eſt 661. *662.* *S. Amādus.*

Alij eius obitum ad annum 672 referunt. Exſtat S. Amandi epiſtola, ſeu codicillus, anno ſecundo regni Theodorici Francorum Regis, XV. Kal. Maij,

Anno Maij, ſcriptus: quo mãdat corpus ſuum in Elnonenſi monaſterio, à ſe conſtructo, ſepeliri, nec inde auchi; quod ibidem hodieque ſumma cum veneratione adſeruatur.

Codicillo ſubſcripſerunt *S. Reolus* ſeu *Regulus* Remenſis Archiepiſcopus, *S. Mummolenus* Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus, *S. Vinditianus* Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus, *S. Bertinus* Abbas primus Sithienſis, *Aldebertus* ſeu *Adelbertus* Abbas S. Bauonis, *Ioannes* Abbas Blandinienſis prope Gandauum, & *Baudemundus* tunc Notarius, pòſt Abbas tertius Blandinienſis, qui vitam S. Amandi à Surio editam conſcripſit.

De annis regni Theoderici magna apud Chronographos eſt quæſtio, vt & de anno obitus S. Amandi. Nonnemo dubitat an in dicto codicillo non ſit legendum, *Anno ſecundo regni Lotharij Regis*, qui annus Chriſti 661. fuit: quo anno is à S. Amando ſcriptus videri poſſit, hoc eſt, nono circiter menſe ante obitum.

Exſtat item priuilegium libertatis *Cor-*

Corbeiæ veteri à BERTEFRIDO Ambianenſi Epiſcopo, ad petitionem Chlotarij Francorum Regis, & Bathildis Reginæ conceſſum, octauo Idus Septembris, anno ſeptimo Chlotarij Regis. Cui priuilegio ſubſcripſerunt, vt audio, *Audoenus* Rotomagenſis, & *Audebertus* Cameracenſis, Epiſcopi. Si itaque Aubertus vſq; ad ſeptimũ Chlotarij annum ſuperfuerit, veriſimile eſt, ob ſenium, ipſi Vindicianũ fuiſſe Coëpiſcopum. Nihil tamen certi ſtatuo, quòd ſciam de annis Chlotarij; magnam eſſe apud ſcriptores controuerſiam. *Anno*

Chlotarius Rex Francorum moritur: ſuccedit Hildericus antea regnans in Auſtraſia. *664.*

S. Aldegundis Abbatiſſa Melbodienſis moritur, biennio poſt S. Amandum: ſuccedit neptis eius S. Aldetrudis.

Vitam S. Aldegundis ſcripſit Hucbaldus monachus Elnonenſis, & nuper Gallicè P. Baſilides Athenſis Capucinus. Exſtat Teſtamentum. S. Aldegundis, ſed multis nominibus ſuſpectum,

Anno aut ſaltem vitiatum recentiore manu. Parentes S. Aldegundis *VValbertus* & *Bertilia* quieſcunt Curtiſolræ, *Courſolre*, tertio lapide à Melbodio: quorum corpora an. 1619. ſunt inuenta.

665. S. Wandregiſilus Abbas & fundator Fontanellenſis, in diœceſi Rotomagēſi, moritur: cui ſucceſſit Lambertus. In Rubra Valle prope Bruxellam exſtat Chronicon Abbatum Fontanellenſium, ab anno 645. quo monaſterium illud ædificari cœptum eſt, vſque ad an. 859.

667. An. XII. Childerici Auſtraſiæ Regis, hoc eſt, (an. Chriſti) 667. S. HVNTBERTVS ſiue Humbertus dedit partem maximam villæ *Macerias* nuncupatæ, in pago Laudunenſi, ad Iſaram fl. ſitæ, *Monaſterio* Maricolenſi, quod vir illuſtris *Chonebertus*, in pago Fanomartenſi ad Helpram fluuiolum conſtruxerat: approbantibus *Vindiciano* Cameracenſi Epiſcopo, & *Fulberto*, S. Huntberti fratre.

Maroiles.

Diploma donationis Baldericus in Chronico Cameracenſi lib. 1. cap. 24. recitat: quod nonnihil emendatū atque

que illuſtraum legitur & in noſtro Codice Donationum piarum. *Anno*

Fuit autem S. Humbertus primùm ſocius S. Amandi Tungrenſi Epiſcopi, in peregrinatione Romana, pòſt Abbas Maricolenſis, ac demum Epiſcopus ad conuerſionem infidelium: quales item Epiſcopi ſimulque Abbates *Vrſmarus*, *Erminus*, *Theodulfus*, *Vlgiſus*, & *Amoluinus* olim Laubijs exſtiterunt, à me celebrati in Faſtis Belgicis. *S. Humbertus.*

S. Humbertus porrò per Brabãtiam, & nominatim Anuerpiæ Euangelium prædicaſſe traditur: quod colligi datur ex elogio, in Præmonſtratana S. Michaelis Abbatia, apud Antuerpienſes, olim inuento.

Inclyte qui meritis fulges Humberte coruſcis
Cuius ad exemplum vitæ ac moderamina, quondam
Barbara doctrinã nacta eſt Antuerpia Chriſti
Te duce cœnobium felix radiat Maricollis.
Reſpice proſtratos Præſul mitiſſime ſeruos,
Horrida vipereis rabies quos morſibus vrget.
Tranquilla da pace frui, da corde ſereno
Rite procelloſos fluctus componere noſtros.
Effera quæſo procul rabies abigatur in auum,

Anno *Fac pietate fides creſcat, ſpes ambiat alta,*
Inſtet amor ſtudijs, luxus declinet inanis.

S. Humberti corpus etiamnum quieſcit in Maricolenſi ſeu Mareclienſi Benedictinorum apud Hannones Abbatia: cuius primarius, vt dixi, fundator fuit *Chonebertus*, ſecundarius autem S. Humbertus.

Chonebertus portò fuit Comes pagi Fanomartenſis, ſic dicti à Fano Martis, hodie *Famars*, vico Hannoniæ, primo lapide à Valentianis, vbi hodieque exſtant muri veteris caſtelli, à Romanis ſtructi & multa quotidie numiſmata antiqua eruuntur.

667. Childericus anno tertio regni Franciæ, & duodecimo Auſtraſiæ, à Bodilone occiditur: ſuccedit Theodericus frater eius.

Ebroinus Luxouio egreditur, & Auſtraſios ad arma contra Theodericum concitat.

S. Reolus ſeu Regulus Remorum Archiepiſcopus floret: qui ſubſcripſit priuilegio, quod S. *Berchario* Childericus Rex anno tertio regni ſui IV. Nonas Iulij dedit; exſtatque apud Camuzatium

zatium in Promptuario Tricaſſino. Is *Anno*
Orbacenſe monaſterium ædificauit.

Ebroinus cum Theoderico Rege in
gratiam redit, & fit Maior domus. Inde *668.*
ad vexandos ſuos aduerſarios, in his S.
Leodegarium Auguſtidunẽſem, *S. Amatum* Senonenſem, Epiſcopos, *S. Philibertum* Gemeticenſem Abbatem, ſe conuertit.

Eodem tempore S. Lambertus ab *S. Lambertus.*
Epiſcopatu Traiectenſi detruditur, qui
in Stabulenſi monaſterio modeſtè ac
piè ſe continuit, intruſo quodam Pharamundo, per ſeptennium.

Wolfetrudis neptis S. Gertrudis & *669.*
poſt eam Abbatiſſa Niuellenſis moritur: ſuccedit Agnes, & poſt eam Dominica, cuius iuſſu vita S. Gertrudis eſt
conſcripta; quæ apud me eſt ms. ex veteri codice.

Maxellendis virgo, Calderiaci, *Caudry*, in agro Cameracenſi, temporibus *670.*
S. Vindiciani Epiſcopi, ab Harduino,
proco ſuo, occiditur: & nunc quieſcit in Abbatia S. Andreæ in Caſtello
Cameracenſi. Vide Baldericum lib. 1.
cap. 23. & 24.

Anno B. Andreas Abbas II. Elnonenſis, S Amandi diſcipulus & ſucceſſor moritur: & ſuccedit B. Ioannes Abbas Blandinienſis. *Chron. Elnon.*

670. Circa hunc annum obijt & S. WALDETRVDIS, quæ Caſtrilocenſe ſeu Montenſe illuſtrium virginum Canonicarum in Hannonia collegium fundauit.

672. Ebroinus cum Theoderico Rege facto cõuentu, multos Epiſcopos morte aut exilio damnat. Ex his *S. Amatus* in exilium mittitur, & *S. Leodegarius*, poſt longos cruciatus, tandem iuſſu Ebroini, occiditur in Arteſia.

674. *S. Mich.* Vulfoaldus (qui S. Michaelis monaſterium ad Moſam, in diœceſi Virdunenſi fundauit) Maior domus Childerici Regis in Auſtraſia, circa huncannum obijt. Poſt quem Martinus Dux, & Pipinus Herſtallius, Anſigiſi filius, in Auſtraſia dominantur, contra Ebroinum pugnant, & vincuntur. Martinus exinde dolo Ebroini occiditur. Ita Bucherius: ſed Sigebertus hæc ad an. 687. refert. Gregorij Turonenſis Appendicem & Aimoinum lib. 4. cap. 45 lege.

Triennio

Trennio ferè elapſo à morte S. Leo- *Anno*
degarij, Ebroinus occiditur ab Ermen-
frido, qui ad Pipinum confugit. Wara- 675.
tho pro Ebroino ſtatuitur Maior do-
mus regiæ.

S. Lambertus, expleto exilij ſepten- 676.
nio, Traiectum redit ad Epiſcopatum.

S. Philibertus Abbas Gemeticenſis, nono exilij anno incohato, domum redit, & à S. Audoëno Rotomagenſi Archiepiſcopo humaniter excipiuntur.

Giſlemarus Warathonis filius, Maior 676.
domus in Francia contra Pipinũ Herſtallium pugnat apud Namucum, hodie Namurcum. Ita Bucherius ex Appendice Gregorij Turonenſis & Aimoino. Horum temporum res geſtas nonnihil aliter per annos digeſſit Sigebertus.

S. Audoënus ad Giſlemarum & Pi- 676.
pinum conciliandos Coloniam abit, & *S. Au-*
facta pace domum reuerſus moritur. *doenus.*

S. Ansbertus, in Audoeni Archie-
piſcopi Rotomagenſis locum ſuffectus, 678.
ordinatur. *Sigeb. ms. Lipſ.*

Circa hæc tempora S. AMATVS Se- 681.
nonenſis Epiſcopus à S. Rictrude Mar- *S. Ama-*
chianenſi, eiuſque filio Mauronto Ab- *tus.*

Anno bas præficitur monaſterio Broilenſi in Flandria: quod ſæuientibus Normanis Duacum inde tranſlatũ, nunc eſt Duacenſe Canonicorum S. Amati collegium.

682. S. Leodegarium hoc anno ab Ebroino captum, eiuſque fratrem Gerinum lapidibus obruptum fuiſſe, narrat Sigebertus. Alij aliter.

S. Berta, Sigeberti Comitis Pontiuenſis vxor, Blangiaci in ſuo fundo monialibus cænobium ædificat, quod nunc eſt monachorum Benedictinorum in Arteſia, à temporibus Balduini Barbati Flandriæ Comitis. Iperij ms. Chronicon Bertinenſe, & Origines noſtras Benedictinas conſule.

684. S. Madelberta Abbatiſſa Melbodienſis hoc anno aut proximè ſequenti moritur.

Monaſterium S. Ioannis in Monte prope Teruanam, in expiationem cœdis S. Leodegarij Auguſtidunenſis Epiſcopi, à Theoderico Francorum Rege fundatur. Deſtructa an. 1553. Teruana monachi primò Balliolum, inde Ipras migrarũt: vbi inſigne nunc habẽt

cœno-

cœnobium à fundamentis exſtructum. Anno

Waratho Maior domus Franciæ ſub Theodorico Rege, moritur: ſuccedit 686. gener eius Bertharius: quem proceres Franciæ cùm deſerentes, ad Pipinum in Auſtraſiam ſe contulerunt.

Pipinus Herſtallius contra Theo- 687. dericum Regem & Bertharium pugnat Textricij in Veromanduis, ac vincit. Bertharius à ſuis occiditur. Pipinus fit Maior domus etiam in Francia, indeque in Auſtraſiam redit, relicto in Francia Vicario.

S. Ansbertus Epiſcopus Rotomagenſis Pipino ſuſpectus, in Altum Montem Hannoniæ monaſterium, ad Sabim fl. relegatur.

S. Ansbertus moritur in Alto Mon- 688. te, itemque in Broilo S. Amatus Epiſcopus Senonenſis, vterque exul. Alij ad ſequentem annum referunt.

S. Vulframnus, pòſt Archiepiſco- 689. pus Senonenſis, hoc anno in Friſia prædicare cæpit: vt Odorannus in Chronico per Pithæum edito teſtatur.

S. Trudo anno ætatis 65. moritur, & quieſcit in ſui nominis opido, in dioe-

Anno diœceſi Leodicenſi. Eius vitæ ſeriem ſic breuiter deſcribit Rodulphus Abbas & Chronographus Trudonenſis, in
689. epiſtola ad Waleramum Ducem Limburgenſem & Aduocatum monaſterij Trudonenſis.

Notum vobis facimus breuiter, *S. Trudonem* progenitum fuiſſe de nobili ſtirpe Francorum Regum, & Ducum Auſtraſiorum; propter amorem Dei, reliquiſſe militiam ſæcularem, & Angelica reuelatione, & beati Remacli admonitione, Metas tranſiſſe, & omne patrimonium ſuum B. protomartyri Stephano tradidiſſe; litteras ibi didiciſſe, multis miraculis ibidem claruiſſe, & vſque ad ſacerdotis virtutem, ſcientiam, & gradum perueniſſe; deinde ad terram noſtram reuerſum, cœnobium noſtrum fundaſſe.

Tanta autem & tot fuerunt prædia ſua, quæ B. protomartyri Stephano tradidit, vt exceptis his, quæ Metenſis Epiſcopus ad dominicalia ſua tenet, & milites eius multi in beneficijs habent, & exceptis his quæ

quæ eccleſia noſtra adhuc poſſidet, *Anno*
& exceptis multis & magnis, quæ
iam olim Eccleſia noſtra perdidit
(nam inter cetera *Bruges* in Flandria, alodium S. Trudonis fuit, vbi *Bruga.*
& congregationem L X X X. monachorum habuit) exceptis his, inquam,
& alijs multis, tot & tanta fuerunt,
vt vos habeatis inde in feodo, pro
Aduocatia, mille & centum manſos.
De quibus Comes Durachienſis *Giſelbertus* tenet de nobis trecentos : exceptis eccleſijs & ſeruis ad eam pertinentibus, & placitis ſuis & iuſtitijs
ſuis.

Et quia tantis alodijs ditauit ſanctus
Trudo Metenſem eccleſiam, ſancti
& religioſi Pontifices Metenſes, maiore liberalitate donauerunt eccleſiam
noſtram, quàm aliam aliquam.

Ita Rodulphus Abbas Trudonenſis in ſua ad Waleramum Ducem epiſtola, circa anno 1130 ſcripta.

Brugenſis porrò vrbis dominum
olim fuiſſe S. *Trudonem*, teſtantur &
monumenta cænobij virginum, quod
S. Trudonis conditoris ſui nomen hodieque

Anno dieque apud Brugenſes retinet. Ex quibus hæc habe.

S. Trudo, cùm eſſet loci dominus, cœnobium condidit, vbi nunc intra vrbem Brugenſem templum eſt D. Virginis; in quo Abbatem cum LXXX. monachis collocauit. Sed Danis ac Normannis Belgicam vaſtantibus cœnobium euerſum fuit, ac deinceps iacuit deſertum, vſque ad tempora *Balderici* Nouiomenſis ac Tornacenſis, Epiſcopi, qui monaſterium inſtaurauit. Id poſtea traditum Canonicis regularibus, ſub ſignis D. Auguſtini militantibus: quibus deinde moniales acceſſerunt, anno nimirum decimo poſt milleſimum & centeſimum.

Scripſit is Chrō. Camerac.

1110.

Carolo autem Dano apud Flandros rerum potito, monaſterium extra muros vrbis collocatum fuit, in loco qui *Odegem* nuncupatur. Sed poſt annum Chriſti milleſimum centeſimum trigeſimum quartum *Theodericus Alſatius*, Flandriæ Comes rurſus intra mœnia locum conceſſit, qui à quercuum multitudine *Quercetum* dicebatur, atque etiamnum dicitur. Viri tamen ſolummodo tra-

1134.

Eec-houdt.

do traducti fuere, remanentibus virgi- *Anno*
bus in veteri extra vrbem loco, manente item communi prædiorum omnium poſſeſſione.

Qua in rerum communione vſque ad an. 1248. perſtiterunt: quo tempo- 1248.
re moniales, quo ad prædia ac fortunas, à Quercetanis prorſus ſunt ſeiunctæ, *Margarita* Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa apud *VValterum* Epiſcopum Tornacenſem agente.

Decimo tertio pòſt anno, cùm monaſterium fulmine tactum, penituſque exuſtum fuiſſet moniales locum illum velut execrantes, haut procul inde, prope viam Curtracenſem, nouum à fundamentis cœnobium ędificarunt: quod ad noſtra vſque tempora inhabitarunt, donec belli tempeſtas ad vrbem Brugenſem illas migrare compulit.

Sic ferè, in ms. Hiſtoria monaſterij Trudonēſis, *Ioānes Latomus* Berg'zomius (cuius exſtant & epigrammata ad Pauli Iouij Elogia) ex illius loci monumētis, à Ioāna Plaſſia Antiſtita ad ſe miſſis.

Porrò S. Trudo prima pietatis fundamenta Metis apud S. *Clodulfum* Epiſcopum

Anno ſcopum S. Arnulfi filium, poſuit: vbi exiſtens omnium prædiorum, quæ in Hasbania habebat, Chriſtum & S. Stephanum martyrem, Metenſis eccleſiæ patronum ac tutelarem, ſcripſit heredem. Quamquam quæ pij viri liberalitas fuit in donando, ea fuit poſtea, cùm Clodulfi, tum ſuccedẽtium Epiſcoporum in dotando Sarcinienſi cœnobio, (quod Trudo domum reuerſus in patrio ſolo condidit) non minor munificentia. O beata tempora, cùm his animis certaretur! Nam è lauta illa hereditate, quæ multorum vicorum dominatu conſtabat, nihil apud Hasbanos Metenſibus Epiſcopis remanſit, præter opidi Trudonopolitani, ex æquo diuiſum cum Abbatibus dominium.

Poſteriores tamen Antiſtites Metenſes, hoc ipſum ius Leodicenſibus Epiſcopis, inita cum *Madiria*, pagi Scarponenſis opido, permutatione, tranſcripſerunt. Quod anno 1227. factum legimus. *Madiere.*

Sarcinienſe porrò monaſterium à *Theodardo* Traiectenſi Epiſcopo tradunt SS. Quintino & Remigio conſecra-

ſecratum fuiſſe. In quo ipſe *Trudo* primus magiſtratum geſſit: cui defuncto *Lotharius* titulo Præpoſiti ſucceſſit. *Anno*

Poſt Lotharium ſub annum Chriſti 726. primus Abbas creatus fuit *Grimo*, qui S. *Eucherium* Aurelianenſem Epiſcopum, in exilium à Carolo Martello pulſum, humaniter excepit ac fouit. *S. Eucherius.*

Eiuſdem Grimonis æuo, hoc eſt, anno quinto poſt obitum Theoderici Regis, ROBERTVS Hasbaniæ Comes, Lamberti filius, *Dong*, *Halen*, *Scaffen*, *Velpen* & *Maerhout* villas, S. Trudoni obtulit: cuius donationis tabulæ adhuc hodie ſuperſunt integræ. Sic ferè idem Latomus in citata Hiſt. Trudonenſis monaſterij.

Eaſdem tabulas recitat in ſuo Chronico Rodulfus, & ex eo nos in Codice Donationum piarum.

Pipinus ad Doreſtatum caſtrum, hodie *VVyck te Durſtede*, prælio ſuperat Ratbodum Ducem Friſonum, & citeriorem Friſiam occupat. 689.

Theodericus Franciæ Rex moritur, & ſepelitur Atrebati, in monaſterio S. Vedaſti, vbi ipſius ac Dodæ coniugis tumu- 690.

Anno tumulus hodieque viſitur. Succedit Clodouæus. Ita Bucherius, alij aliter ſupputant. Verſus, qui Theoderici tumulo hodie inſcripti apud Vedaſtinos leguntur, notant ipſum an. 694. obijſſe.

Rex Theodericus ditans, vt verus amicus,
Nos ope multimoda, iacet hic cum coniuge Doda.
Regis larga manus, & Præſul Vindicianus
Nobis regale dant & ius Pontificale.
In decies nono cum quinquagies duodeno
Anno defunctum, ſciet hunc, qui quattuor addet.
Qua legis hac hora, Dominum pro Regibus ora,
Muneribus quorum ſtat vita Dei famulorũ.

Ceterùm exiſtimo verſus iſtos æui poſterioris eſſe: nam Theoderici Regis temporibus, Æra ſeu Epocha Chriſti Dionyſiana nondum erat in vſu.

Hoc in confeſſo eſt, Theodericum Regem, vt cædem S. Leodegarij Epiſcopi expiaret, villas quàm plurimas Vedaſtino monaſterio dediſſe, in his Iuuentiacum prope Bethuniam, *Giuenchy*, Senonũ *Merchaſtel*, Filciacum *Feuchy*, Theuludum *Telut*, Bigartium *Biache*, Athe-

Atheias *Aiy*, Hadas, *Heze*, Berneiuil- *Anno*
lam, *Berneuille*, Anzimum *Anzin*, Dagniuillam *Dainuille*, Montes prope Orciacum opidum, *MontzenPeule*, Herbotisternam prope Bapalmas, *Hebuſterne*, Pomerias prope Dorlanum Picardiæ opidum, *Pomiers*, Atramentariam ſeu Armentariam, nunc Flandriæ opidum, *Armentiers*, Salciacum *Saulcy*, tertio lapide à Cameraco, & Mercam *Merck*, inter Caletum & Grauelingam.

Ceterùm per *Ius Pontificiale*, cuius in recitato Theoderici Regis epitaphio *Vide ſu-* fit mentio, volunt intelligi priuilegium *pra pag.* exemptionis; quod Vedaſtini dicunt ſi- *205.* bi à Vindiciano Epiſcopo Cameracenſi & Atrebatenſi fuiſſe conceſſum.

S. Willibrordus, Suitbertus, & alij *690.* decem ſocij, ex Anglia in Friſiam *S. VVil-* adueniunt Vltraiectum, prædicandi *librordus.* Euangelij cauſſa, indeque ad Pipinum ſe conferunt. *Beda* & *Baron.*

Hatta Gandenſis vel Blandinienſis à S. Vindiciano Epiſcopo Atrebaten- *690.* ſis conſtituitur primus Abbas monaſterij Vedaſtini apud Atrebates.

Pipinus, cum vxore Plectrude, viſitat

Anno ſitat ſepulchrum S. Trudonis, ac dotat illius monaſterium.

S. Vindicianus Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus obijt: ſucceſſit Hildebertus, quem nonnemo ſuſpicatur fuiſſe fratrem S. Gudilæ, Bruxellenſium patronæ.

692. S. Lambertus Tungrenſis ſeu Traiectenſis Epiſcopus Taxandriam (quæ hodie pars eſt Campaniæ Brabantinæ) verbo prædicationis excolit, & cum S. Willibrordo coram ſæpiùs confert de propaganda Fide.

693. Drantio Morinenſi Epiſcopo mortuo, ſuccedit S. Bainus, antea monachus Fontanellenſis: cui loci Chronicon ms. conſule.

Duo Evvaldi fratres, natione Angli, martyrio coronantur, in prouincia antiquæ Saxoniæ, quæ nunc Weſtphalia dicitur. Horum corpora ad ſe adducta, Pipinus Coloniæ condidit, vbi hodieque adſeruantur in collegiata S. Cuniberti baſilica. Beda in Hiſt. Angl.

694. Clodouæus Rex Francorum moritur: ſuccedit Childebertus ſeu Hildebertus.

Pipi-

Pipinus Herſtallius Alpaidem Plec- *Anno*
trudi ſuperinducit, & ex ea Carolum *694.*
Martellum anno ſequenti generat.

S. Lambertus Tungrenſis Epiſco- *695.*
pus Pipinum adulterij arguit.

Anno primo Chilbeberti ſeu Hilde-
berti II. Francorum Regis, *Heremarus*,
vir nobilis villam ſuam *VVormhoult*, di-
ctam, in Flandria, ſupra fluuio Pena,
B. Bertino tradidit. Bertinus verò
conſiderans viros Dei Winocum, &
tres fratres eius, in Dei ſeruitio plus
ceteris profeciſſe, eos illò miſit mo-
naſteriolum conſtruere, conuentum
congregare, Chriſtique pauperibus
hoſpitia præparare. Quibus Heremarus
villam ſuam *VVormhoult*,, cum appen-
dicijs, priuilegio ſuo firmauit: quod
ſic incipit: *Omnibus præſentibus & futuris*, *Id eſt,*
qui Chriſtiana cenſentur &c. Actum in Si- *an.694.*
thiu monaſterio Kalendis Nouembris, anno *vel 695.*
primo Hildeberti Regis. Illi conuenticu-
lo B. Bertinus conceſſit præſſe S. Wi-
nocum, vbi miraculis concomitanti-
bus Domino finetenus inſeruiuit.

Sic Iperius in Chronico ms. Berti-
nenſi, qui de S. Winoco, eiuſdemque

Anno tribus fratribus hæc itidem cõmemorat: Circa an. 661. B. Winocus, *Iudicail* Britonum Regis filius, & S. Iudoci frater, ſpreto mundo, ſub B. Bertino, in Sithiu monaſterio, monachus efficitur, cum tribus fratribus ſuis, *Kadanoco* ſcilicit, *Ingenoco* & *Modoco*. Præerat tunc B. Bertinus turbæ CL. monachorum, inter quos Winocus, quaſi ſtella matutina præ ceteris clareſcebat. Sic Iperius: ſed Ordericus Vitalis, monachus Vticenſis, paulò aliter.

Ponticu. Iudocus, *Iuthail* Regis Britonum filius, & *Iudicail* Regis frater (pro more illius æui) Romam ſe contulit. Inde reuerſus, in Pontiuo diu Deo militauit, ſepultus in eccleſia, quam *Haimo* Pontiui Dux conſtruxerat. Duo nepotes eius *VVinnochus* & *Arnochus* ibidem ipſi ſucceſſerunt.

Sic ferè Ordericus lib. 3. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ: qui addit corpus S. Iudoci aſſeruari in eccleſia *de Parnis*, monachis Vticenſibus commiſſa.

S. Anſbertus. S. Anſbertus, Rotomagenſis Archiepiſcopus, in Altomontenſi monaſterio ad Sabim exul moritur: inde Fonta-

Fontanellam delatus (cuius loci olim *Anno*
Abbas fuerat) ibidem ſepelitur. Vnde
poſtea, cum corporibus SS. Wandre-
giſſili & Vulfrāni an. 944. Blandinium
eſt tranſlatus. Vita ab Angrado ſcripta
apud Surium legitur.

S. Lambertus Legiæ ſeu Leodici *696.*
occiditur à Dodone, fratre Alpaidis.

S. Willibrordus Romæ à Sergio Papa conſecratur Friſonum Archiepiſcopus: vt Beda Hiſt. Angl. lib. 5. cap. 12. narrat.

S. Hubertus Roma rediens, Epiſco- *697.*
patus Tungrenſis poſſeſſionem capit.

S. Willibrordus Roma redux ſedem Epiſcopalem Vltraiecti ſtatuit (vt Beda & Sigebertus teſtantur) in eccleſia S. Saluatoris: vt conſtat ex epiſtola S. Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini, à nobis edita in Codice Donationum piarum cap. 9.

Pipinus Herſtallius potenter dominatur.

Laubienſis eccleſia dedicatur VII. Kal. Septembris: vt Fulcuinus Abbas Laubienſis in ſui monaſterij Chronico ms. teſtatur.

Anno S. Claudius, ex Salinenſibus Comitibus oriundus, an. ætatis XXXIII.
S. Claudius. creatus Archiepiſcopus Biſuntinus, laudatiſſimè ſuis præfuit. Poſt ſeptennium relicto Epiſcopatu, priuatæ & aſceticæ vitæ ſtudio ductus, ad S. *Eugendi* monaſterium Iurenſe ſe recepit. In quo cùm annos quinque expleuiſſet, *Iniurioſo* Abbate defuncto, communi monachorum ſuffragio, illius loci Abbas conſtituitur. Quod munus annis ampliùs quinquaginta magno ſuorum bono ſuſtinuit, & Clodouæum Francorum Regem, res ſui cœnobij curaturus, aliquando adijt.

Obijt autem anno quarto Childeberti II. Francorum Regis, hoc eſt, an. Chriſti 697 aut 698. in Iurenſi ſuo monaſterio conditus, quod hodie *S. Claudij* dicitur, in diœceſi quidem Lugdunenſi ſed in Comitatu Burgundiæ ſitum. Vitæ eius hiſtoria exſtat apud Chiffletium in Veſontione.

698. S. Vrſmarus, vt Sigebertus in Chronico loquitur, per interuentum *Hildulfi* Ducis, Laubienſe cœnobium à Pipino regendum ſuſcipit, S. Landelino rogan-

rogante & Criſpinium migrante. Fuit *Anno* is primus Abbas Laubienſis, & ſimul Epiſcopus ad fidelium conuerſionem: cui in vtroque munere ex ordine ſuffecti ſunt, *Erminus*, *Theodulfus*, *Vlgiſus*, *Amoluinus* & *Abel*, omnes in Diuorum numerum relati.

Horum ſex Epiſcoporum (vt & S. *Hildulfi* Ducis, qui fundum S. Landelino ad monaſterium Laubienſe ædificandum dono dedit, itemque *Amelberga*, quæ S. Gudilæ Bruxellenſium patronæ mater exſtitit) oſſa adſeruantur Binchij, Hannoniæ opido, octo feretris argenteis incluſa, ex Laubienſi Abbatia an. 1409. illuc tranſlata. Eorum res geſtas deſcribit Fulcuinus Abbas Laubienſis, in illius loci Chronico, quod ibi manuſcriptum vidimus. *S. Hildulfus.*

S. Aia, Hildulfi Ducis vxor, quieſcit in feretro argenteo Montibus Hannoniæ, in baſilica S. Waldetrudis, quam ampliter dotauit.

S. Bertinus, patria Conſtantienſis, *S. Bertinus.* qui ex Luxouio Burgundiæ cœnobio ad S. Audomarum Morinenſium Epiſcopum veniens, Sithienſe monaſte-

 rium

Anno rium an. 654. conſtruxerat, in eodem primus Abbas an 698. moritur.

Eſt illud hodie ſitum intra muros vrbis Audomaropolitanæ, in Arteſia, S. Bertini nomine illuſtre. Vitam eius, itemque S. *Audomari*, temporibus Leonis IX. Papæ fuse deſcripſit *Folcardus* monachus Bertinenſis, itemque *Ioannes Iperius*, Abbas Bertinenſis in ſuo Chronico: quæ omnia ibidem mss. exſtant. Iperius obijt an. 1303.

S. Bainus Morinenſis Epiſcopus, cum S. Mouronto, eleuat corpus S. Amati Senonenſis Epiſcopi in Broilo, tunc Flandriæ ad Liſam fl. monaſterio. Huius deinde corpus, ob Normannorum incurſiones, anno 870. tranſlatum eſt Duacum, vnà cum Broilenſi monaſterio, quod hodie Canonicorum S. Amati eſt collegium, quodque permiſſu *Ioannis* Epiſcopi Cameracenſis, *Caroli* Francorum Regis, & *Balduini Ferrei* Flandriæ Comitis, an. 871. fixam ibi ſedem collocauit.

S. Amatus.

Hiſtoria vitæ S. Amati exſtat ibidem in veteri codice, circa an. 1040. ſcripta, ab eius loci clerico, nomen ſuum pro

pro modeſtia illorum temporum, ſub- *Anno*
ticente.

Drogo, Pipini filius, Dux Campa- *699.*
nienſium moritur. Grimoaldus frater
eius à patre Pipino, in aula Hildeberti
Regis, Maior domus ſtatuitur, eique
filia Ratbodi Freſonum Ducis in vxo-
rem deſpondetur. *Sigeb.*

S. Vulframnus Senonenſis Archie- *S. Vul-*
piſcopus, cum licentia Childeberti *fram-*
Francorum Regis, & Pipini, genti Fri- *nus.*
ſonum prædicat.

Antequam hoc ſæculum claudam,
libet velut in tabella ob oculos pone-
re nobiliſſimas eccleſias, ac celeber-
rima monaſteria hoc ſæculo ſexto (quo
nullum apud nos religionis aut pie-
tatis feracius fuit) per Belgicam ædi-
ficata: facto initio ab ijs, quæ à Be-
nedictinis hodie monachis poſſiden-
tur, gaudentque titulo ac dignitate
Abbatiali.

Mona-

Anno

Monaſteria, ſexto ſæculo, hoc eſt, ab anno Chriſti 600. vſq; ad annum 700. apud Belgas ædificata, quæ nunc Benedictini poßident.

VEDASTINVM monaſterium, à S. Vedaſto Epiſcopo Atrebatenſi incohatũ excitato per ipſum oratorio ſeu ſacello, ſed à *S. Auberto* ibidem Epiſcopo exædificatum & à *Theoderico* Francorũ Rege copioſiſſimè dotatũ. *Sainct Vaaſt.*

BLANDINIENSES S. Petri, prope Gandauum, in monte Blandinio, à S. Amando Tungrenſi Epiſcopo exſtructum. *S. Pierre lez Gand.*

S. Bertin. Sithienſe, nunc BERTINENSE, à S. Bertino, an 654. conditum; *Adroaldo* viro illuſtri fundum dante, & *S. VValberto* Pontiui Comite, pòſt Abbate Luxonienſi, dotante.

Lob. LAVBIENSE ſeu Lobienſe, ad Sabim hodie Sambram, *S. Landelino*, S. Auberti diſcipulo, initia ac dotem ſuam debet.

Sainct Amand. ELNONENSE ſeu Amandinum, ab eodem

eodem Amando in diœceſi Tornacenſi excitatum. *Anno*

MARCHIANENSE in Flãdria ad Scarpum fl. tertio ferè lapide à Duaco, *S. Rictrudis*, Adalbaldi Ducis Duacenſis vidua, condidit, hortante S. Amando. *Marchiennes.* *S. Giſlain.*

CELLENSE ſeu Giſlenianum inter Montes Hannoniæ & Valentianas, S. Giſlenus Epiſcopus inſtituit.

ALTIMONTENSE ad Sabim, prope Melbodium in Hannonia opidum, S. Vincentius, maritus S. Waldetrudis, conſtituit ac dotauit. *Haultmont, Omont.* *Creſpin.*

CRISPINIENSE, inter Valentianas & Giſlenopolim Hannoniæ opida, iidem S. Landelinus condidit, vbi & obijt ac quieſcit.

MARICOLENSE, milliari vno à Landreſio Hãnoniæ opido ſitum, *Choneberius*, pagi Fanomartenſis Comes, ſuo ære à fundamentis excitauit, & *S. Humbertus* illius loci Abbas atque Epiſcopus dotauit. *Maroilles.*

STABVLENSE & MALMVNDARIENSE monaſteria in Arduenna an. 651. *S. Sigebertus* Auſtraſiæ Rex conſtruxit,

Anno ſtruxit, cooperante *S. Remaclo* Traiectenſi Epiſcopo, & *Grimoaldo* Maiore domus regiæ. *Stauelo, Mammedy.*

S. Tron. SARCINIENSE ſeu Trudonenſe, in diœceſi Leodicenſi, *S. Trudo* ad Ciſindriam fl. in ſuo fundo ędificauit, & *S. Theodardus* Traiectenſis Epiſcopus SS. Quintino & Remigio dicauit.

Haſnon HASNONIENSE vir nobilis *Ioannes*, & ſoror eius *Eulalia* anno 670. ad Scarpum fl. tertio lapide à Valentianis incoharunt & S. Vindicianus Cameracenſis Epiſcopus Deo & S. Petro dicauit.

Blangy. BLANGIACENSE, tertio lapide ab Heſdino Arteſiæ opido *S. Berta*, Sigefridi Comitis Pontiuenſis vidua, in ſua villa ædificauit, an. 682.

MORINENSE ſeu Teruanenſe monaſterium S. Ioannis in Monte *Theodericus* Galliæ Rex, in expiationem cædis S. Leodegarij, Auguſtidunenſis Epiſcopi, an. 684. ædificandum curauit: quod, poſt Teruanam an. 1553. funditùs èxciſam, nunc floret in vrbe Iprenſi. *S. Iehan au Mont lez Terouane.*

Hounrourt. HVNOCVRTENSE ad Scaldim tertio lapide

lapide à Cameraco *Amalfridus* vir illuſtris, eiuſque vxor *Childebertana* in ſuo fundo conſtruxerunt, & S. Bertino donarunt, an. XI. Theoderici Francorum Regis: quod idem Rex anno regni ſui XIII. confirmauit, tabulis in Pariſiaco palatio datis, quas Iperius in Chronico ſuo ms. Bertinenſi memorat. Monaſterium Deo ac S. Petro *Vindicianus* Cameracenſis Epiſcopus, præſente *S. Lamberto* Tungrenſi Epiſcopo, conſecrauit, in eoque clericos ac ſanctimoniales conſtituit: vt Baldericus in Chronico Cameracenſi lib. 1. cap. 26. narrat. Anno

Notet Lector, in multis olim monaſterijs Belgicis, vt *Marchianenſi*, *Haſnonienſi*, *Hunocurtenſi*, *Henniacenſi*, *Feltwertenſi in Friſia*, *Antuerpienſi*, *S. Michaelis*, & alijs olim monachos, itemque ſanctimoniales vno & eodem tēpore vixiſſe, ſed ſeperatim & diuerſis in clauſtris; vt hodie Brigittini & Brigittinæ varijs in prouincijs; itemque Fontis Ebraldi inſtitutum in Francia profitentes viuunt.

WINOCIBERGENSE in Flandria

S. VVi-

Anno *S.VVinocus* Abbas, S. Bertini diſcipulus, ad fl. Penam excitauit, Heremaro viro nobili, an. primo Childeberti Regis, hoc eſt, an. 681. dotante. *S. VVinoxberghen.*

S. Hubert. ANDAGINENSE in Arduenna *S. Beregiſus*, S. Trudonis diſcipulus inchoauit: vt in Chronico Trudonenſi ms. legitur. Id nunc S. Huberti dicitur, cuius corpus *VVaſo* ſeu *VValcandus* Epiſcopus 824. ex vrbe Leodicenſi eò tranſtulit, & monachos pro clericis ſubſtituit.

Sub huius ſæculi finem & ALCIACENSE monaſterium, apud Heſdinum Arteſiæ opidum, per Bertinianos monachos ædificari cœptum. *Alchy les moines.*

Aſne ALNENSE monaſterium, ab eodem S. Landelino ad Sabim excitatum, monachi Ciſtercienſes, iam inde à temporibus S. Bernardi, Abbatis Claræ-Vallis poſſident. Cœnobij frontiſpicio hos verſiculos aliquando legimus inſcriptos:

Has Landelinus ſedes erexit, & Alnæ
Impoſuit clarum vicinis nomen ab Alnis.

Alna genus eſt arboris, illo in tractu admodum frequens.

WASLE-

WASLERENSE in ſilua Fania cœnobium, ab eodem S. Landelino ædificatum, deſijt; vt & alia multa Belgica, per Normannos aut alios barbaros euerſa. *Anno VVa-lers.*

Omitto *Latiniacũ, & Montem S. Quintini* à S. Furſeo, & alia ab alijs, in vicinia noſtra, ſæculo ſexto excitata cœnobia.

Eccleſiæ ſexto ſæculo apud Belgas ædificatæ, quæ nunc a Canonicis poſſidentur.

GANDENSE S. Petri monaſterium S. Amandus Tungrenſis Epiſcopus, opibus *S. Bauonis* excitauit, clericis in eo collocatis; quibus monachos an. 951. *S. Gerardus* Abbas Bronienſis ſubſtituit. Monachis per Paulum III. Papam an. 1537. amotis, Canonici ſucceſſerunt: quibus an. 1540. tradita eſt baſilica S. Ioannis in vrbe Gandenſi, nunc cathedralis S. Bauonis. *Sainct Bauon.*

S. MARIÆ baſilicam in Sithiu, quæ nunc eſt cathedralis eccleſia Audomopolita-

Anno ropolitana, debet initia ſua S. Bertino Abbati: vt Iperius in Chronico ms. Bertinenſi docet. *Sainct Omer.*

S.Gery. S. GAVGERICI monaſterium in monte, prope muros vrbis Cameracenſis, à *S. Gaugerico* Epiſcopo fundatum, nunc eſt XL. Canonicorum collegium in eadem vrbe.

Soigny. SONEGIENSE collegium in Hannonia, fundatorem agnoſcit S. Vincentium Comitem, qui ibidem quieſcit, cum filio ſuo S. Landrico Epiſcopo Meldenſi.

ROTNACENSE in Flandria & LVTOSANVM in Hannonia, Canonicorum collegia, eumdem S. Amandum colunt vt fundatorem. *Erney* Gallis, *Roncen* Flandris. *Leuſe.*

Conde. CONDATENSE in Hannonia, ad Scaldis & Hainæ confluentes, *S. VVaſnulfo*, natione Scoto, qui S. Vincentio Soneg enſi familiaris fuit, exordia ſua fert accepta.

Lens. LENSIENSE ſeu Lendienſe collegium in Arteſia debet initia *S. Vulganio* pariter Scoto: quod poſtea *Ida*, Godefridi Bullonij mater, cum filio ſuo Euſtathio,

ſtathio, dotauit & auxit. *Anno*

SECLINIENSES Canonici prope Inſulas Flandriæ emporium, S. Eligium, Nouiomenſem ac Tornacenſem Epiſcopum, colunt vt fundatorem, qui S. Piati martyris corpus ibi repperit, & loculo incluſit. *Seclin.*

BINCHIENSES in Hannonia *SS. Vrſmarum* & *Erminum* Abbates Laubienſes; FOSSENSES in diœceſi Leodicenſi *S. Gertrudem* Niuellenſem, ac *SS. Foillanum* & *Vltanum* fratres, & *Peronenſes* S. Furſeum, vt ſuos in Chriſto parentes ac conditores venerantur.

Broilenſe monaſterium, à S. Mauronto ad Liſam in Flandria excitatum, nunc eſt *S. Amati* Canonicorum collegium in vrbe Duacenſi. *S. Ama.*

Hoc ipſo ſæculo *Antuerpienſis* baſilica, in veteri burgo ſeu caſtro Antuerpienſi, quæ nunc *Borchkerck* dicitur, in honorem SS. Petri & Pauli à S. Amando, ſupra toties laudato Epiſcopo, eſt conſtructa.

Anno

Nobilium virginum Canonicarum collegia, ſexto ſæculo apud Belgas fundata.

699. MONTENSE in Hannonia *S. VValdetrudis*, vxor S. Vincentij Comitis, hortante S. Auberto Cameracenſi Epiſcopo, fundauit. *Mons en Hainau.*

NIVELLENSE in Brabantia *B. Itta* ſeu Iduberga, Pipini Landenſis vidua, & S. Gertrudis virginis mater, hortatu S. Amandi Tungrenſis, Epiſcopi. *Niuelle.*

Melbodienſe in Hannonia, ad Sabim, S. Aldegundis ſoror S. Waldetrudis. *Maubeuge.*

ANDENENSE ſeu Andanēſe ad Moſam, in Comitatu & diœceſi Namurcēſi S. Begga Grimoaldi vidua. *Andene.*

MONASTERIENSE, in Comitatu Namurcenſi, S. Amandus Epiſcopus ſupra laudatus fundauit. Quo loco quieſcit *S. Fredegandus* presbyter, qui ex Hibernia in Galliam venit, cum S. Foillano & alijs Apoſtolicis viris.

Sub

Sub ſexti ſæculi finem, & DENONIENSE cœnobium nobilium virginum, in diœceſi Atrebatenſi, ſecundo lapide à Valentianis Hannoniæ opido, fundatum exiſtimo à *S. Ragenfrede*, prima illius loci Abbatiſſa, eiuſque matre *S. Regina*: quarum corpora ibidem honorifice adſeruantur. *Anno Denain.*

Canonicorum regularium Abbatiæ Belgicæ, quæ ad ſæculum VI. initia ſua referunt.

S. AVBERTI monaſterium, olim extra nunc intra muros vrbis Cameracenſis, exordia ſua debet eidem ſancto Pontifici, qui ſuam eo in loco ſepulturam elegit. Eius in Epiſcopatu ſucceſſores *Engrannus*, *Herluinus* & *Lietbertus* poſtea monaſterium amplificarunt ac dotarunt; vt Baldericus in Chron. Cameracenſi commemorat. *S. Aubert.*

MARLOLENSE ſeu Maraculenſe monaſterium, prope Atrebatum, *S. Bertilia*, virgo nobilis, in ſuo prædio condidit. Quo loco etiamnum viſuntur

Anno foſſæ caſtrorum Iulij Cæſaris. *Maroel.*

Mont S. Eloy. IN MONTE S. ELIGII, prope Atrebatum, *S. Eligius*, Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus, cœnobij fundamenta poſuit: quod ſua ſepultura pòſt *S. Vindicianus* Cameracenſis Epiſcopus celebrius reddidit, & *Lietbertus* itidem Epiſcopus multis prædijs auxit, ac reformauit.

Dronghen. TRVNCINIENSE monaſterium prope Gandauum incoharunt *S. Baſinus* Regulus ac martyr, eiuſque filia *S. Aldegundis* virgo, temporibus S. Amandi: quod an. 1137. *Iuanus* Comes Aloſtanus Præmonſtratenſibus tradidit.

699. QVERCETANVM, *Eechoudt*, quod eſt virorum, & *Trudonenſe* cœnobiũ, quod eſt monialium, apud Brugenſes, *S. Trudoni*, olim illius loci domino, primã dotem debent.

701. S. Mauront⁹, Rictrudis Marchianenſis filius, & Duacenſis vrbis patronus, moritur. *Sigeb. Chron. Lipſ.*

Sergio ſuccedit Ioannes VI. Papa.

703. Iuſtinianus in Cherſona exulans, Imperium recuperat, auxilio Chacani Lazorum Regis. *Baron. ex Theoph.*

S. Bo-

S. Bonifacius in Friſiam Euangelij prædicandi cauſſa, primùm venit; vt Nic. Serarius in Hiſt. Moguntina docet. *Anno* 704.

S. VVilfridus Eboracenſis in Anglia Epiſcopus, & ante VVillibrordum Apoſtolus Friſiorum, moritur. Bedam lib 5. cap. 5. Hiſt. Angl. & Baronium lege. 705. *S. VVilfridus.*

Ioanni VI. ſuccedit Ioannes VII. Papa. *Onuphrius & Baron.*

Pipinus dat S. VVillibrordo medietatem fiſci Epternacenſis, anno XII. Childeberti Regis, III. Idus Maij. Alteram verò medietatem dedit ipſi *S. Irmina*, Dagoberti Regis filia, Kal. Decembris: vt Theofridus in ms. vita S. VVillibrordi tradit. Teſtamentum S. VVillibrordi à nobis editum, in Codice Donationum piarum, conſule. 706.

Ioannes VII. Papa moritur XV. Kal. Nouembris: cui anno proximè ſequenti ex ordine ſucceſſerunt Siſinius & Conſtantinus. *Baron.* 707.

S. Suitbertus Epiſcopus, Coloniā venit ad *Plectrudem* Pipini cōiugē: inde Iupi- 708.

Anno liam ad Pipinum, cum Alpaide pellice agentem: à quo VVerdam, hoc eſt, inſulam, impetrat quo loco monaſterium ædificauit, quod nunc eſt Canonicorum collegium, in opido *VVerda* ad Rhenum, in diœceſi Colonienſi.

S. Suitbertus.

709. S. Hubertus diuinitus admonitus, corpus S. Lamberti Traiecto Leodicum transfert & vna ſedem Epiſcopalem die 28. Aprilis: qui annus Sigeberto eſt 710.

S. Hubertus.

710. S. Erkembodus, S. Bertini diſcipulus, fit quartus Abbas monaſterij Sithienſis ſeu Bertiniani: pòſt & Epiſcopus Morinenſis.

711. S. Oda, vxor Boggis Ducis Aquitanorum, Sanctitate claret in Gallia, quæ eccleſias Dei ſua ditauit munificentia, & moriens in Leodicenſi quieuit parochia, in villa ſuper Moſam ſita, quæ dicitur Ammanium, *Sigeb.*

Oda.

712. S. Gudila virgo, Bruxellenſium patrona circa hoc tempus ſanctiſſimè obijt, in vico *Ham* prope Aloſtum ſepulta, inde Morteſellam tempore Caroli Magni ac demum Bruxellas tranſlata. Faſtos noſtros Belgicos vide.

S. Gudila.

S. Hu-

S. Hubertus an. 712. eccleſiam pa- *Anno*
rochialem vici *Emal*, prope Traiectum
Moſæ, in honorem B. Mariæ conſecra-
uit: cuius rei teſtimonium exſtat ibi-
dem marmori inſculptum his verſibus,
vetuſtiſſimo charactere exaratis:
Baſilicā ſacer hāc Hugbertus Epiſcopus olim
Seruitio Domini, populo ſpectante, ſacrauit:
Quippe Decēbris erant in primo Sole Kalēdæ,
Annorum Domini ſeptingenti ac duodeni. 713.
S. Vrſmarus Epiſcopus & Abbas *S. Vrſ-*
Laubienſis moritur hoc anno: vt Ful- *marus.*
cuinus illius loci Chronographus, &
Sigebertus diſertè teſtanrur.

Anno quarto Dagoberti Regis, hoc 714.
eſt, an. Chriſti 714. ſexto Nonas Martij,
Pipinus, cōtulit venerabili VVillibror-
do villā in pago Moſariorum, à præter-
fluente riuo Sueſtra nomen ſortitā per
Plectrudem ab ingenuis coēmptam: vt
Theofridus Abbas Epternacenſis in
ms. vita S. VVillibrordi loquitur.

Sueſtra porrò ſeu Suſtera nunc eſt ditionis Iuliacenſis opidum, diœceſis Leodicēſis, in quo hodie reſidet illuſtre virginum Canonicarum collegium à S. VVillibrordo fundatum.

Anno Annales Francorum ab an. 714. vſque ad an. 883. ab anonymo, ſed vetuſto auctore ſcripti, & à Petro Pithæo editi, deinceps citabuntur titulo *Annalium Pithæanorum*. Eoſdem titulo *Annalium Fuldenſium* recudendos curauit Marq. Freherus, cum aliquot annorum acceſſione. Auctor vixit Mogũtiæ, Lothario imperante, Rabani Mauri æuo.

Grimoaldus Maior domus venit ad Pipinum Herſtallium, patrem ſuum, Iupiliæ ægrotantem: ſed cùm Leodici, ante altare S. Lamberti, oraret, à *Raingario* ſatellite Rabbodi Ducis Friſonum perimitur, & *Theodoaldus*, filius Drogonis, ab auo ſuo Pipino Maior domus ſtatuitur. Venit ad eundem & S. Suitbertus. Tandem moritur Pipinus menſe Decembri, relicto filio ex Alpaide, Carolo Martello. *Annales Pithæani.*

C. Martellus.

Alpais poſtea Orpij in Gallo-Brabãtia pœnitẽs monaſteriũ ſtruxit, in eoq; veteris vitæ delicta eluit, & Hugardienſe Canonicorum collegium fundauit.

S. Hubertus cõſtruit & reditibus ditat monaſteriũ S. Petri in Leodio, quod nũc eſt Canonicorum collegiũ. *Sig. ms. Lipſ.*

Pectru-

Plectrudis, Pipini vidua, Carolum *Anno*
Martellum Coloniæ captiuum tenet, & cũ nepote ſuo Theodoaldo Maiore do- 715.
mus, principatũ regni vſurpat. Martellus è cuſtodia elapſus contra Rabbodũ Regẽ Friſonum, qui Coloniã vſque venerat, menſe Martio pugnat. *Ann. Pith.*

Dagobertus Rex moritur: ſuccedit Chilpericus *Ann. Pith.*

Chilpericus, & Raginfredus eius 716.
Maior domus, fines Colonienſium cũ exercitu vaſtant, acceptiſque à Plectrude muneribus reuertuntur.

S. Suitbertus Epiſcopus, Teiſterbã- 717.
diæ, Weſtphaliæ, Friſiæ, Boructuariorũ & Saxonũ Apoſtolus, Werdæ Cæſaris, vulgò *Keyſers VVerdt*, pijſſimè moritur & in ſuo ibidẽ monaſterio ſepelitur, pòſt in Diuos à Leone III. Papa relatus. Acta eius per Marcellinum presbyterum, piæque peregrinationis comitem, extant apud Surium, ſed quod dolendum, corrupta ac violata recentiore manu. Vtinam ſana & integra quis ea proferat!

Chilpericus Rex & Raginfredus pu- 717.
gnat aduerſus Car. Martellum, die Dominica, ante Paſcha, Vinciaci in pago

Came-

Anno Cameracenſi: quos fugientes Martellus Pariſios vſque perſequitur. *Ann. Pith.* Vinciacum hodie villula, vulgò *Lacenſe de Vincy*, ad Abbatiam S. Auberti Cameracenſem pertinet, ſita prope Crepicordium opidum.

S. *VVinocus.* S. Winocus Abbas moritur in cœnobio à ſe condito, hodie illuſtri Benedictinorum Abbatia, in opido Flandriç, quod Bergas S. Winoci nuncupat.

Carolus Martellus victor regrediens
718. Coloniam capit, theſauros patris ſui à Plectrude recipit, & Regem ſibi conſtituit nomine non re Lotharium.

S. Bonifacius Romam proficiſcitur, & à Gregorio II. Papa prædicandi poteſtatem in Germania, accipit. *Serarius.*

Carolus Martellus miſſis ad Eudo-
719. nem Aquitaniæ Ducem legatis, Chilpericum Regem, qui ad eum confugerat, recipit. Quo tempore Lotharius Rex obijt. *Ann. Pith.*

Rabbodus Friſonum Rex moritur idololatra: inde *Rabbout* ſiue *Rabbaut* noſtris idem quod nequam.

S. Bonifacius Roma in Germaniam venit, & inde anno ſequenti in Friſiam tranſi-

trāſijt, S. Willibrordo in Euāgelica prę- *Anno*
dicatione cooperaturus. *Bar. & Serarius.*

Chilpericus Rex Nouiomi moritur, 720.
poſt quem Martellus Theodericum in
ſede regni conſtituit. *Ann. Pithœani.* Is
anno regni ſui primo, 3. Martij prædia
monaſterij Sithiēſis ſeu Bertiniani con-
firmauit, petente S. Erkembodo Abba-
te. Ex *Diplomate*, quod apud me exſtat. 721.

Anno ſecundo regnante glorioſo
Domino Theodorico Rege, Carolus
Martellus in villa publica Herſtallio ex-
iſtens, ipſo die Kal. Ianuarij, dedit mo-
naſterio, quod eſt infra muros in *Tra-
iecto* caſtro conſtructum, vbi Apoſto-
licus vir VVillibrordus præeſſe vide-
detur, omnem rem in Fiſci ditioni-
bus, quidquid in ipſo Traiecto caſtro,
tam infra muros, quàm à foris, cum ap-
pendicijs, & ſimiliter villam vel caſtrū
nuncupatum *Fethna*, ſitum in *Inſterlaco*.

Diploma Caroli, ſi modo genuinum,
recitat Guilhelmus Heda in Hiſtoria
Epiſcoporum Vltraiectinorum, cum
his ſubſcriptionibus.

Signum illuſtris viri CAROLI, Ma-
ioris domus.

S. CA-

Anno S. CAROLOMANNI filij eius.

Ş. Garinonis, Odonis, Baldrici, Abonis, Engilbaldi, &c.

721. Martellus Raginfredum æmulum ſuum perſequens, Andegauenſem vrbem capit. *Ann. Pith.*

S. Rigobertus Remenſis, & S. Eucherius Aurelianenſis, ex ſuis Epiſcopatibus pelluntur; eò quòd Martello, contra Raginfredum eunti, vrbes ſuas aperire noluiſſent, ſibi à Raginfredo metuentes.

722. Martellus, Rheno tranſito, Alemannos & Baioarios ſubegit. *Ann.*

723. S. Bonifacius à Gregorio II. creatur Epiſcopus & redit ad cæptos in Germanica vinea labores, Germaniæ ac Galliæ Principibus per eũdem Pontificem commendatus. *Baron.*

724. Martellus Eudonem Aquitaniæ Ducem, tranſito Ligere, fugat, & regionem eius vaſtat. *Ann.*

725. S. Bonifacius Martellũ adit, & acceptis ab eo litteris ſecuritatis, ad Cattos ſeu Haſſos Euãgelizaturus proficiſcitur.

Saraceni cum Rege ſuo Abdimara, ex Hiſpania, ab Eudone in auxiliũ contra Mar-

Martellum euocati, Burdigalam veni- Anno
unt, Galliæ eccleſias vaſtant: in his baſilicam S. Hilarij Pictauis incendunt. *Ann. Pith.*

S. Luglius Epiſcopus, & eius frater 725.
S. Luglianus, Hiberniæ Regulus, relicta patria ſua, more gentis, primùm in Angliam, poſtea in Galliam, Euangelij prædicandi cauſſa, nauigarunt. Prędicarunt autem Bononiæ ad mare, & Teruanæ Morinorum: quos ad ſe venientes S. Bainus, Teruanenſis Epiſcopus, humaniter excepit. Suntque paulò pòſt ab impijs ſicarijs occiſi, in territorio Morinenſi: quorum oſſa Lillerium, Arteſiæ opidum, poſtea ſunt tranſlata, vbi etiamnum quieſcunt. Vitæ hiſtoria exſtat Duaci an. 1597. edita.

Martellus in campis Turonenſibus 726.
infinitam Saracenorum multitudinem, cum Rege eorum Abdirama, proſternit. *Ann. Pithœani.*

Anno ſexto regnante Theoderico Rege, *Rothingus* & vxor eius *Bebelina* donarunt S. Willebrordo tertiam partem telonei & eccleſiam, quæ eſt con-
ſtructa

Anno ſtructa infra caſtrum *Antwerpis*, ſuper fl. Scalde, quam Amandus Pontifex in honore SS. Petri & Pauli conſtruxit. Ea hodie *Borchkerke* dicitur.

Eodem anno S. Willibrordus Teſtamentum ſuum condidit: quod exſtat in Codice noſtro Donationũ piarum, vnà cum Rothingi diplomate.

727. S. Hubertus Epiſcopus, & patronus Leodicenſium moritur: ſuccedit in Epiſcopatu filius eius Florebertus. Ita Bucherius ex ſcriptore vitæ S. Huberti: at Sigebertus obitum eius ad an. 735. refert. Vitæ ac tranſlationis S. Huberti hiſtoriam, à Iona Aurelianenſi Epiſcopo concinnatam, P. Ioannes Roberti, Soc. Ieſu presbyter, Notis illuſtrauit & Luxeburgi an. 1621. publicauit. Quieſcit in ſui nominis Abbatia in Arduenna.

S. Willeicus presbyter, S. Suitberti Epiſcopi in Euangelica prædicatione cooperator, & in Werdenſis monaſterij regimine ſucceſſor, in Domino obdormit.

728. Eudo Dux moritur, & Martellus Aquitaniam occupat. *Ann. Pith.*

Mar-

Martellus nauigijs Friſiam ingreſſus, *Anno*
Poponem eorum Ducē interimit. *Ann.* *729.*

S. Hadulfus Epiſcopus Cameracenſis hoc ferè tempore moritur, & quieſcit Atrebati in Vedaſtino monaſterio, per Engrannum Epiſcopum eleuatus. Succeſſit Trauuardus.

S. Bainus, Morinenſis Epiſcopus, corpora SS. VVandregiſili, Ansberti, & Vulframni è terra eleuat ac trāsfert.

Saraceni Auenionem Galliæ vrbem 730.
capiunt: quam anno proximè ſequenti Martellus eiſdem eripuit.

Circa an. 730. Adelardus & Grinuara in proprio fundo ad Moſam *Eikenſe* monaſterium virginum conſtruxerunt, quibus filiam ſuam *S. Harlindem*, vt primam Abbatiſſam præeſſe voluerunt. Huic poſtea ſucceſſit ſoror eius *S. Relindis*. Corpus vtriuſque *Franco* Epiſcopus Leodicenſis an. 855. è terra leuauit. Quieſcunt hodie in Maſeikenſi *Maeſ-*
oppido, ad quo an. 1571. tranſlatæ ſunt, *eyck.*
vnà cum collegio Canonicorum Sikenſium, qui ſanctimonialibus ſucceſſerunt.

S. Sucherius, Aurelianenſis Epiſcopus,

Anno pus, à Carolo Martello in exilium miſſus, anno exilij ſui decimo, moritur in S. Trudonis monaſterio, diœceſis Leodienſis. Carolus Sauſeius in Annalibus eccleſiæ Aurelanenſis obitum eius ad an. 743. refert: quod non placet. Exſtat vita eiuſdem, à Gerardo Moringo Theologo Louanienſi conſcripta.

731.

732. Beda finem imponit Hiſtoriæ ſuæ Anglicanæ, ætatis ſuæ 59. anno, cùm S. VVillibrordus 36. in Epiſcopatu Vltraiectino annum ageret: vt idem Beda in fine Hiſt. & l. 5. c. 12. teſtatur.

733. Ad Narbonem Gothorum vrbem, Martellus Saracenorum Regem cum ſuis vſque ad internecionem delet. *Ann.*

Vuaifero ſeu Guaifero & Hunaldo, filijs Eudonis prælio victis, Martellus Aquitaniam ſubiugat.

734. S. Erkembodus, S. Bertini diſcipulus, Abbas Sithienſis & Epiſcopus Teruanenſis, iuxta quorumdam opinionem, hoc anno moritur; in baſilica B. Mariæ Audomaropoli conditus, quæ anno 1559. per Paulum IV. Papam facta eſt cathedralis. Exſtat vita eius ms. auctore Ioanne

Ioanne Iperio Abbate & Chronographo Bertinenſi. *Anno*

S. Erminus Epiſcopus & Abbas ſecundus Laubienſis 25. Aprilis moritur: Fulcuino & Sigeberto teſtibus. Succedit Theoduinus, & poſt eum S. Theodulphus: vt idem Fulcuinus in Chron. ms. Laubienſi tradit. Quod nota contra eos, qui Theodulphum faciunt immediatum S. Fulcuini ſucceſſorem. 737.

S. Willibrordus, Archiepiſcopus Vltraiectinus, Epternaci in diœceſi Treuerenſi moritur, & in monaſterio à ſe condito ſepelitur, quod hodie eſt illuſtris Benedictinorum Abbatia in Ducatu Luxeburgenſi. Teſtamentum eius exſtat in noſtro Codice donationum piarum. Vitæ hiſtoria, à Theofrido Abbate Epternacenſi conſcripta exſtat ms. ibidem. 749.

Pax & quies in regno Francorum per Martellum redditur, Gothis ſuperatis, Saxonibus & Freſonibus ſubactis, expulſis Saracenis, Prouincialibus receptis. *Aimoinus & Ann. Pithæani.* 740.

Carolus Martellus XI. Kal. Noueb.

Anno moritur Pariſijs & in monaſterio S. Dionyſij ſepelitur. Filij eius Carolomãnus & Pipinus, ſub obtentu Maiordomatus, totius Franciæ regnum ſuſcipiunt, & inter ſe diuidunt. *Ann. Pith.*

Verbiere. Alij dicũt ipsũ Vermeriç obijſſe: hodie Verberiã vocant, non procul à Cõpendio, Picardiæ opido: quod olim ad Iſaram fl. palatium regium fuit. Concilij apud Vermeriam, cui Pipinus interfuit, meminit Gratianus: extatque altera Synodus ibidẽ habita, Caroli Calui æuo.

In Annalibus Laurisheimenſibus de Martelli filijs hæc leguntur: *Anno 741. Carolus Maior domus diem obijt, tres filios relinquens*, Carolomannum, Pipinum *atque* Grifonem: *quorum* Grifo *ceteris natu minor matrem habuit* Suanichildam, *neptem* Odilonis *Ducis Baioariorum. Hæc illum ad ſpem totius regni concitauit, in tantum vt ſine dilatione Laudunum occuparet, ac bellum fratribus indiceret. Qui celeriter exercitu collecto, Laudunum obſidentes, fratrem in deditionem accipiunt.*

Exinde Carolomannus Grifonem *ſumens in nouo caſtello, quod iuxta Arduennam ſitum eſt, cuſtodiri fecit.*

Hacte-

Hactenus ex Annalibus Laurisheimenſibus, qui ab anno 741. vſque ad an. 829. à monacho Laurisheimenſi, in diœceſi Wormatienſi, ſunt conſcripti: vt ex rebus geſtis anni 774. collegimus. Sunt ij Coloniæ an. 1521. ab Hermanno Nuenario primùm publicati, cum Eginharto de vita Caroli Magni. Conradus Geſnerus, in Bibliotheca ſua, auctorem vocat *Herimbertum*, Petrus Diuæus *Heribertum*, Marquardus Freherus *Adelmum* monachũ Benedictinum nũcupat. Nos titulo Annaliũ Laurisheimenſium deinceps citabimus. *Anno*

Ceterùm ex *Suanichilda*, Odilonis Ducis filia, ſeu nepte, vt alij volunt, Martello nati ſunt filij,

Carolomannus Princeps Auſtraſiæ, Alemanniæ & Thuringiæ, poſtea monachus Caſſinenſis. *Martelli proles.*

Pipinus Princeps Neuſtriæ, Burgundiæ, & Prouinciæ, pòſt Francorũ Rex.

Grifo Dux XII. Comitatuum, inter Sequanam & Iſaram.

Præter quos & hi quoque liberi, ſed neſcio an ex Suanichilda, ipſi fuerunt,

Bernardus, pater S. *Adalardi* & *VValachi*

Anno *chi* Comitum, pòſt Abbatum Corbeienſium, *Berneri* ſeu Bernarij, *Gundradæ* ſanctimonialis Pictauij ad S. Radegundem, & *Theodradæ* Abbatiſſæ Sueſſionenſis, in monaſterio B. Mariæ.

REMIGIVS Epiſcopus Rotomagenſis, quem nonnulli Ægidium per errorem nuncupant.

HIERONYMVS, pater Fulradi Abbatis: quod ex Theodulfi Aurelianenſis verſibus Sirmondus collegit, in Notis ad Capitula Caroli Calui tit. 10.

HILTRVDIS ſiue Altrudis, vxor Odilonis Bauariæ Ducis, mater Taſſilonis.

LANDRADA quam Iac. Meierus Abbatiſſam nuncupat.

Wolfangus Lazius adiungit inſuper *Chrodegangum* Epiſcopum Metenſem: ſed errat. Nam is patrem habuit *Sidramnum*, potentem in Haſbania virum, & matrem *Landradam*. A pueritia in aula Martelli enutritus, Referendarius eiuſdem fuerat, & regnante Pipino, poſt Sigebaudi Metenſis Epiſcopi mortem, ad illam cathedram eſt deuectus: vt Andreas Quercetanus in Hiſtoria ſua Burgũdica rectè notauit.

Poſt

Poſt Theodericum Franciæ Regem *Anno*
regnat Hildericus annis decem. *Sigeb.*

Leo Iſaurus Imp. Conſtantinopoli- 741.
tanus, qui ſacrarum imaginum cultum
primus eſt niſus tollere ex orbe Chri-
ſtiano, impellentibus Iudæis, ex inteſti-
norum dolore moritur, die 18. Iunij. Ea
res ipſi cognomen *Iconomachi* dedit. Sed
adfuit vltor Deus. Nam Gregorius II.
& Gregorius III. ex ordine Pontifices
maximi indictis Concilijs, cùm decre-
uiſſent imagines ſacras, ad iuuandam
imperitæ multitudinis memoriam, in
Eccleſia retinēdas eſſe, ipſumque Leo-
nem anathemate percuſſiſſent, popula-
ribus eius ſacramento ſolutis, Romani,
Campani, Rauennates, & Pentapolitani
à Leonis imperio defecerunt.

Obijt autem hoc ipſo anno Grego- 741.
rius III. Papa, IV. Kalēdas Decēbris: cui
ſucceſſit Zacharias, VIII. Idus Decēb.

Leo Iſaurus moriens filium reliquit 741.
ſe deteriorem, *Conſtantinum Copro-
nymum*, ex eo dictum, quòd infans
dum ſacra baptiſmi aqua ablueretur,
lauacrum ſtercore inquinarat. Is gran-
dior factus ſacra omnia (quod Pa-

 triarcha

Anno triarchia Conſtantinopolitanus prædixerant) polluit, non Diuorum templis, non ſacris reliquijs, non B. Mariæ virginitati parcens.

742. Beda presbyter moritur VII. Idus Maij. Vide epiſtolam diſcipuli eius apud Baronium, an. 731.

S. Erquēbodus primùm Abbas Sithienſis, pòſt Epiſc. Teruanenſis moritur, vt quidam ſcribunt: ſuccedit Adalgerus.

Carolomannus & Pipinus *Hunaldum* Aquitaniç Ducem bello ſuperant, & Alamannos, duce Theobaldo, rebellare conantes comprimunt.

743. Anno 743 Kalendis Martijs Liptinis ſeu Liſtinis (qui hodie vicus eſt Hannoniæ, *Leſtines*, haut procul à Binchio opido, in eoque veteris palatij rudera monſtrantur) Synodus eſt celebrata, præſente *Carolomanno* Auſtraſiæ Principe, aut vt alij ſcribunt, præſente *Pipino* eius fratre. Ego ſuſpicor vtrumque præſentem fuiſſe.

Huic Synodo *Georgius* Sedis Apoſtolicæ Legatus, S. *Bonifacius* Moguntinus S. *Abel*, Remenſis, *Grimo* Rotomagenſis, & *Hartbertus* Senonenſis, Archiepiſcopi inter-

interfuerunt. Georgium Legatum A-poſtolicum (quod a Nicolao Serario, in Hiſt. Moguntina, & alijs hactenus ignoratum) interfuiſſe, conſtat, ex Epiſtola Epiſcoporum Cariſiaci congregatorum, ad Ludouicum Galliæ Regem an. 858. ſcripta, & à Sirmondo, cum Capitulis Caroli Calui, edita: in qua ſic legitur: *Caroli Martelli filius Pipinus Synodum apud Liptinas cõgregare fecit, cui præfuit, cũ S. Bonifacio, Legatus Apoſtolicæ Sedis Georgius nomine. Nam Synodum ipſam habemus.* *Anno*

Theoduinus Abbas Laubienſis villam *Fontanas*, ad Sabim, hodie Sambram fluuium, impetrat à Carolomanno, Liptinis 6. Februarij, anno ſecundo regnante Hilderico. *Fulcuinus.* 743.

Leodici in baſilica S. Petri corpus S. Huberti è terra leuatur, præſente Carolomanno.

Carolomannus & Pipinus Odilonem Baioariorum Ducem prælio ſuperant. *Annal. Pith.*

S. Bonifacius, ex incertæ ſedis Archiepiſcopo, per Zachariam Papam fit Mogũtinus Archiepiſcopus & Moguntiæ Synodum habet: cui inter- 745.

Anno fuerunt *Abel* Remenſis, *Burchardus* Herbipolenſis, *VVillibaldus* Eichſtatenſis, Epiſcopi, *VVerbetus* & *VVera*, forte *VVetta* ſeu *VVittanus*.

Circa eadem tempora S. Bonifacius ad Fuldam amnem, in ſilua Buchonia, locum à Carolomanno & Pipino impetrat, eumque ad vſus monachorum aptare coëpit.

Carolomannus & Pipinus, Saxonum regione vaſtata, capiunt caſtrum *Obſburg*, Sigeberto *Haſcoburg*, hodie Oſnaburgum niſi fallor. *Annal. Pith.*

746. S. Florebertus Epiſcopus Leodicēſis moritur: ſuccedit Fulcharius.

747. Carolomannus, relicto Auſtraſiæ principatu, Romam vadit, ibique a Zacharia Papa in monachum attonſus, primùm in Soracte monte, cœnobium fundauit, deinde ad montem Caſſinū, S. Benedicti domicilio celebrem, ſeceſſit. *Ann. Pithæani.* Hæc ipſa narrant Sigebertus & Annalium Lauriſheimenſium conditor ad an. 746.

747. Soracte, Soractis, Soractes, aut etiam Sorax, mons eſt in Etruria, prope Tiberim, in finibus Veientum & Faliſco-

liſcorum, olim Apollini ſacer, vt Virg. *Anno*
lib. 11. Æneidos, Silius lib. 7. & 8. Plinius lib. 7. cap. 11. ſcribunt. Poſtea exploſo idolorum cultu, & nefariæ ſuperſtitionis nube diſcuſſa, S. Silueſtri Papæ primùm ſeceſſu, ac latebra (feruente perſecutione) deinde templo etiam celebris, mutato nomine, vt opidum ad eius radices Tiberi imminens, ſic mons ipſe *S. Silueſtri* à Chriſtianis eſt dictus. Hodie tam proximum opidum, quàm mons, S. Hediſtij, vulgò *S. Reſti*, corrupto vocabulo, appellatur: eique beatiſſimo Chriſti martyri, quem accolæ religiosè colunt, & venerantur, ad radices montis infra opidum eccleſia conſtructa cernitur, diſtans ab Ariniano circiter tria millia paſſuum.

Florent in Gallia ac Germania multi Antiſtes præclari, in his 748.

Reginfridus Rotomagenſis Epiſcopus.

Deodatus Bellouacenſis.

Rembertus Ambianenſis.

Heliſæus Nouiomenſis ac Tornacenſis.

Fulericus aliàs Fulcharius Tungrẽſis

ſeu

Anno ſeu Leodicenſis.

David Spirenſis.

Aithericus Teruanenſis ſeu Morinenſis.

Treuuardus Cameracenſis.

Burchardus Wirtzenburgenſis ſeu Herbipolenſis.

Senobaudus Laudunenſis.

Romanus Meldenſis.

Agilolfus Colonienſis.

Heddus Strasburgenſis ſeu Argentinenſis.

Ad hos Antiſtites Zacharias Papa iſto anno epiſtolam miſit, quæ inter Epiſtolas S. Bonifacij Moguntini Archiepiſcopi legitur, edita à Serario, qua eundem Bonifacium, vt Sedis Apoſtolicæ legatum, ipſis commendat.

748. Gripho Carolomanni frater in Baioariam fugit. *Ann. Pith.*

749. Pipinus in Baioariam pergens, Taſſilonem nepotem ſuum, ex Hiltrude ſorore ſua natum, Ducem ibi conſtituit, Griphone & Lanfrido inde eductis

750. Pipinus Griphoni in partibus Neuſtriæ dat XII. Comitatus. Sed is nec ibi ſecurum ſe eſſe ratus, ad Waifarium Aqui-

Anno

Aquitaniæ Ducem ſeceſſit. Sic Annales Pithæani; ſed Lauriſheimenſis ad an. 748. iſta referunt.

S. Hilduardus Epiſcopus circa hunc annum Dikeluennæ in Flandria moritur; inde ſæuientibus Normannis, Teneramundam ſub annum 846. tranſlatus. *Meyerus.*

Pipinus, miſſa Romam Legatione, Zachariam Papam orat decerni, quis iuſte Rex eſſe debeat, an is qui ſecurus domi ſedeat, an ille qui curam totius regni ſufferat. *Annales Pithæani.* 751.

Scriptor Annalium Lauriſhemenſium hæc anno 749. facta narrat; addens *Burchardum* Wirtzburgenſem Epiſcopum, & *Folradum* presbyterum Capellanum à Pipino Romam miſſos fuiſſe.

Hoc ferè tempore *VVibertus* Comes, eiuſque coniux *Ada* Lætienſe monaſterium ad Helpram. fl. ſecundo lapide ab Auenna Hannoniæ opido fundarunt.

Zacharias Papa ex auctoritate S. Petri Apoſtoli mandat populo Francorũ, vt Pipinus qui poteſtate regia vtebatur, nomi- 752.

Anno nominis quoque dignitate frueretur. Sic Hilderico Rege, qui vltimus Merouingorum fuit, depoſito & in monaſteriũ miſſo, *Pipinus* in vrbe Sueſſionẽſi à S. Bonifacio Moguntino Archiepiſcopo in Regem vnctus eſt. *Ann. Pithœani.* Eadem in Annalibus Laurisheimenſibus ad an. 750. narrantur: Onuphrius ad an. 751. refert. Vide Serarium lib. 3. Hiſt. Moguntinæ.

Pipinus Rex.

Fuit autem Hildericus miſſus ad monaſterium Sithienſe ſeu Bertinenſe: vt apud Iperium in Chronico Bertinenſi, itemq́ue in Chron. Fontanellenſi ms. legitur. In poſteriore additur, *Hilderici filium Theodericum anno 751. in monaſterio Fontanellenſi collocatum, & clericum effectum fuiſſe.*

752. Zacharias Papa moritur die 15 Martij: ſuccedit Stephanus III. die 27. Martij.

Aiſtulfus (cui Rachis frater Longobardiæ regnum legauit) Rauenna potitus, Exarchatum à Narſete inſtitutum exſtinxerat. Succeſſu itaque elatus, in Pontificiam ditionem, anno 753. iuxta Annales Pithæanos, populabundus irrupit.

Stepha-

Stephanus III. Papa auxilium petiturus ad Pipinum Regem in Galliam contendit. Pontifici venienti ad tria paſſuum millia Rex obuiam proceſſit, Ad eiuſdem conſpectum mox equo deſilijt, eumque procumbens, cum coniuge, liberis ac regni proceribus excepit, clero ac populo innumerabili occurrente. Equi denique Pontificij frænum tenens, eum deduxit ad regiam. Hiemauit autem Pontifex in S. Dionyſij monaſterio prope Lutetiam. Anaſtaſium Bibliothecarium & Baronium lege. *Anno 753.*

Eo ipſo tempore ex Italia venit & *Carolomannus*, monachus Caſſinenſis, ad Pipinum fratrem, ſed coactus ab Aiſtulfo Longobardorum Rege. *Ann. Pith.*

Pipinus Rex hoc ipſo anno donat *Adoni* affini ſuo terram, vbi Scalda Tilam ſeu Dilam excipit, dictam Francis Maſlinas: ſi verum eſt diploma, quod Grammaius citat in ſua Machlinia. *Ado.*

De eodem Adone in vita S. Rumoldi Epiſcopi, Machlinienſium patroni, hæc leguntur:

B. Ru-

Anno S. Rumoldus. B. Rumoldus *Roma reuerſus, Galliaſq́ ingreſſus in eas partes ſe deponit, vbi Scaldis fl. aſtum maris in Rupelam vſque remittit. Locum incolæ* Machliniam *dicunt, propter maris* malinam *&* ledonam, *quæ certis temporibus, cum corniculantis Lunæ conſonantia, nunc acceſſum, nunc receſſum faciunt, nec vltrà quàm ad huius loci fretum, vel damna vel lucra ſua commutant.*

Nobilium ibi quidam, Odo, *ſeu* Ado *nomine, Comitatum gerebat, cum æquè moribus & genere nobili coniuge. Qui ſolita religione virum mox viſum hoſpitio inducunt, atque ad commanendum poſtulant, & impetrant. Felices ambo tali hoſpite, ad cuius ſcilicet ingreſſum diuina iucundati ſunt benedictione. Iuxta tempus & diem à ſancto prædictum de prius ſtereli filius naſcitur: exceptus homini Dei præſentatur: qui ſuſceptum baptiſmate abluit, &* Libertus *nomen imponit.* *S. Libertus.*

In Diuiſione regni, an. 870. inter Carolum Caluum Franciæ, & Ludouicum Germaniæ, Reges, facta, *Malinas* & *Ledi*, hoc eſt, Machlinia & Lira opida nominantur: quæ quidem nomina ſua à *Malina & Ledone* hoc eſt, à maris *Malina Ledo.*

maris acceſſu & receſſu, accepiſſe tra- *Anno*
duntur. Prius opidum ad Demeram,
alterum ab Netam fl. eſt ſitum: nec
longè vltra ea opida æſtus maris perci-
pitur. Codicem noſtrum Donationum
piarum cap. 20. plura de his ſi voles,
lege.

Sub eodem Pipino Rege, in agro *S.Gum-*
Rienſi,floruit *S. Guntmarus* ſeu *Gumma-* *marus.*
rus,Lirani opidi patronus: de quo in
Actis eius grauiter à Theobaldo ſcriptis
hæc leguntur:

Gummarus *præclara ſtirpe ortus, apud*
Emblehem *Rienſis prouinciæ vicum,natus*
eſt & enutritus. Qui ad aulam Regis Pipi-
ni *perductus à parentibus ſuis,ab illo quidem*
ſuſceptus eſt, ſed maluiſſet vtique Deo ſerui-
re.

Non vlla incitante libidine, ſed cogente
Rege, vxorem duxerat Guimariam *ſeu*
Grimuaram *nomine, longè à ſuis moribus*
diſcrepantem: nam quantum ille humanita-
te, tantum illa crudelitate redundabat. Cùm
ergo iuſſu Regis ad expeditionem ſe pararet
vir ſanctus, domus ſuæ totiuſquè familiæ cu-
ram ei reliquit, admonens vt erga ſubiectos
multa vteretur manſuetudine.

Sed

Anno *Sed illa quadam belluina feritate poſt eius abſceſſum cæpit ſæuire in ſuos, falsò illis quaſdam affingens culpas. Atque ſub hoc prætextu auferebat eis boues & omnẽ poſſeſſiunculã.*

Annis ſeptem exactis, cùm dimiſſus à militia rediret exercitus, S. Gummarus quoque remeauit ad ſua: eademq́ue hora iuſſit pecus omne è paſtu reduci, & ſingulis, quod ſuum erat, reſtitui.

Hic cùm ad lumina Apoſtolorum tenderet, arborem ad vſum tentorij ſucciſam, importunè cum eo expoſtulante arboris domino, ſuis precibus integram reſtituit: ac dehinc diuina admonitione, intra Netæ *ambitum, iubetur oratorium conſtruere: vbi vitam in multa ſanctitate finiuit.*

In meſſe ſiti deficientibus, baculo terram fodit: & erupit fons largiſſimæ aquæ, qui adhuc viſitur in Emblehem*: alijſq́ue multis miraculis claruit in vita & poſt mortem. Locus quietis nunc* Lira *dicitur, olim* Niueſdunt *&* Ledo.

Hactenus Theobaldus in vita ſancti Gummari, quam Liræ ms. vidimus. Oratorium à ſancto viro ſtructum eſt hodie templum & inſigne Canonicorum collegium: de quo ſic Baldericus lib. 2. cap.

2. cap. 48. in Chron. Cameracenſi : *Guntmarus illuſtris laicus monaſterium Canonicorum ſtruxit, ibique ſepultus diem reſurrectionis exſpectat.* *Anno*

Primo lapide à Lira vicus *Emblehem* 753.
fonte S. Gummari etiamnum clareſcit: & in agro vicino rudera ac fundamenta vetuſtæ arcis vidimus, quā olim Gummarus incoluiſſe dicitur. Putatur ea per Normannos euerſa, qui & venerabilem presbyterum *Fredegerum*, in altari Deo ſacrificantem, circa an. 872. Liræ peremerunt. Martyrij ac cædis locus ibidem hodieque monſtratur, in vetuſto S. Petri ſacello, cui contiguum olim fuit monialium cœnobium, prædijs S. Gummari dotatum, quod ijdem Normanni vaſtarunt.

In loco, quo arborem ſuccisam S. Gummarus ſuis precibus integram reſtituit, vetus & inſigne D. Virginis ſacellum viſitur Liræ, quod *Ioannes Malderus*, Epiſcopus Antuerpienſis, anno 1613. curæ Dominicanorum ſodalium, iure ciuitatis tunc donatorum, commiſit.

Pipinus iterum regiones Saxonum 753.

S deua-

Anno deueſtat: in qua expeditione *Hildigarius* Colonienſis Archiepiſcopus à Saxonibus interimitur. *Ann. Pith.*

Gripho Pipini frater, cùm in Italiam pergeret, in valle Maurienna, à comitibus fratris ſui occiditur. *Ann.*

754. Stephanus Papa, cùm ageret in S. Dionyſij monaſterio prope Pariſios, petente Pipino Rege, canonizationem S. Suitberti cõmiſit *Hildolpho* Treuerenſi, *Bonifacio* Moguntino, Archiepiſcopis, & *Fulchario* Leodicenſi Epiſcopo: vt Lutgerus Epiſcopus Monaſterienſis teſtatur in epiſtola ſua, quæ apud Surium exſtat I. Martij.

Exinde miraculosè ſanatus idem Pontifex, *Pipinum* & filios eius, *Carolomannum* & *Carolum*, vnxit in Reges Francorum, V. Kal. Auguſti. Demum in Italiam redijt, duce Hieronymo, Pipini Regis fratre.

754. S. Bonifacius vltimò in Friſiam ſe confert, & pro cathedra Vltraiectina, quam poſt obitum S. Willibrordi, Agilolfus Archiepiſcopus Colonienſis ſibi vſurpare conatus fuerat, ad Stephanum III. Papam ſcribit epiſtolam, quæ exſtat

ſtat in noſtro Codice donationum pia- *Anno*
rum.

Carolomannus monachus, Pipini 755.
Regis frater, Viennæ in Gallia moritur. *Ann. Pith.*

S. Bonifacius Archiep. Mogũtinus & Vltraiectinus, Batauorũ, Friſiorũ, aliorumque Germaniæ populorum Apoſtolus, in villa *Dockum* (quæ hodie opidum eſt diœceſis Leouardienſis, in Friſia Occidenrali) martyrio coronatur. Ita Baronius & Serarius in Hiſtoria Moguntina: ſed Annalium Pithæanorum ſcriptor, Sigebertus, & alij plures ad annum ſuperiorem hæc referunt. Succedit Lullus.

Pipinus Rex Alpes tranſgreſſus Hai- 756.
ſtulfum Longobardorum Regem Papię incluſum obſidet, Rauennam cum Exarchatu (quæ nunc *Romania* dicitur) itemque Pentapolim, quæ Anconam & alias quattuor Piceni vrbes continet, reddere compellit, & per Folradum, S. Dionyſij Abbatem, miſſum ſuum, S. Petro Apoſtolo, ac Stephano Papæ eius Vicario, tradit, *Ann. Pith.*

Ad hunc Fulradum exſtat epiſtola

Anno 756. aurea S. Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini, quam præſcius martyrij ſui paulò ante obitum ſcripſit. Ex ea ſtatum Eccleſiæ per eumdem S. Bonifacium apud Germanos conſtitutæ licebit agnoſcere.

Bonifacius *gratia Chriſti Epiſcopus, cariſſimo conſacerdoti* Fulrado *presbytero. Deprecor vt meo verbo glorioſum & amabilem Regem noſtrum* Pipinum *ſalutes, & vt illi referas, quod mihi, & amicis meis ſimiliter eſſe videtur, quòd vitam iſtam temporalem citò debeam finire. Propterea deprecor magnitudinem Regis noſtri, pro nomine Chriſti filij Dei, vt mihi nunc viuenti indicare & mandare dignetur, circa diſcipulos meos, qualem mercedem noſtram de illis facere voluerit. Sunt enim penè omnes peregrinij quidam presbyteri per multa loca, quidam monachi per cellulas noſtras, & infantes ad legendas litteras ordinati: ſunt etiam aliqui ſeniores, qui longo tempore mecum viuentes laborauere, & me adiuuabant.*

De his omnibus ſollicitus ſum, vt poſt obitum meum non diſpergantur. Et propterea hoc fieri maximè peto, quia presbyteri mei prope Marcam paganorum pauperculam

vitam

vitam habent: panem acquirere ad manducandum poſſunt, ſed veſtimenta ibi inuenire non poſſunt, niſi aliunde conſilium & adiutorium habeant. Etſi pietas Chriſti hoc vobis inſpirauerit, per hos miſſos meos præſentes aut per litteras pietatis veſtræ hoc mihi mandare non dedignemini, vt eò lætior in mercede veſtra vel viuam vel moriar. Exſtat epiſtola apud Baronium, & Serarium, digna quæ legatur.

An. 756. Rex Pipinus palatiũ ſuum tenuit in Compendio: huc *Taſſilo* venit Dux Baioariorum, & per ſacramenta multa iurauit Pipino auunculo ſuo, & filijs eius fidelitatem. *Regino.*

Haiſtulfus Rex moritur; ſuccedit Deſiderius: vt in Annal. Pithæanis legitur. Sigebertus, Anaſtaſius, & Baronius ad annum 756. referunt.

Conſtantinus Imp. Pipino Regi, inter cetera munera, Organum muſicum mittit. *Ann. Pithæani.* Inde primus Organorum in templis vſus apud Francos, Belgas, ac Germanos.

Stephanus Papa moritur VI. Kal. Maij: ſuccedit Paulus die 28. menſis eiuſdem. *Baron.*

Anno 758. Chrodegangus Metenſium Epiſcopus, Pipini Regis ex Landrada ſorore nepos, claret in Gallia, qui Gorziam cœnobium fundauit in Metenſi parochia. Ita Sigebertus in Chronico. De Chrodegangi parentibus vide ſupra, vbi de obitu & liberis Caroli Martelli egimus.

759. S. Gengulfus claret in Burgundia, qui etiam martyrij claruit gloria. *Sigeb.*

760. Pipinus Rex Paſcha in Iopilia villa ad Moſam celebrat. *Ann. mss.* Eſt ea villa ſita haut procul à Leodico, & nomen retinet.

761. Fulcarius Epiſcopus Leodicenſis moritur: ſuccedit Agilfridus, qui primus vitam S. Lamberti per Godeſcalcum Canonicum Leodicenſem ſcribi mandauit: exſtatque apud Chapeavilhum tomo 1. De geſtis Pontificum Leodicenſium.

761. Synodus habetur in villa Duria, præſente Pipino Rege. *Regino.*

Eodem anno Pipinus, cum Carolo filio, Burbonem, Clarmontem & Bituricam capit. Ita Regino: ſed Annales Pithœani anno ſequenti.

Taſſilo,

Taſſilo, nepos Pipini, de exercitu Regis ſe ſubducens, ad Baioarios ſeceſſit: Quare anno proximo Pipinus habuit placitum ſuum in Wormatia: vt Regino loquitur. Anno 763.

Chrodegangus Epiſcopus Metenſis, corpora SS. martyrum *Gorgonij*, *Naboris*, & *Nazarij* Roma in Galliam tranſtulit. Gorgonium in Gorzia, Naborem in Hiliriaco cœnobio, Nazarium autē collocauit in Laurisheimenſi monaſterio, quod *Canthuirus* Comes a ſe fundatum Metenſi eccleſiæ anno ſuperiore tradiderat. 764.

Pipinus Natalem Domini celebrat Aquiſgrani. *Regino, Ann.* 765.

Cæleſtinus Scotus, Abbas Blandinienſis, obijt Rotnaci. *Chron. ms. Gādenſe.*

Pipinus Rex Paſcha Aquiſgrani celebrat. *Regino. Ann.* 766.

Pipino præſente, in villa Gentiliaco prope Pariſios, Synodus celebratur pro controuerſijs inter Romanos & Græcos de S. Trinitate, & Sanctorum imaginibus. Ita Regino; ſed Sigeb an. 766. 767.

Paulus Papa moritur: Conſtantinus quidam ſedem inuadit. *Baron.*

Anno Pipinus Rex Francorum, interfecto Waifario, Eudonis filio, Aquitaniæ
768. Duce, Pariſios redit &, VIII. Kal. Octobris moritur: ſuccedunt filij eius *Carolus*, pòſt cognomento *Magnus*, Nouiomi VII. Idus Octobris, & *Carolomannus* Sueſſione coronatus.

Ita Regino & Sigebertus: etſi Annales Pithæani obitum eius ad an. 765. referant.

768. Cęterùm Pipino ex Bertą coniuge hi fuerunt liberi,

Pipinus, qui obijt puer bimulus.

Carolus cognomēto *Magnus* Francorum Rex & Imperator.

Carolomannus Rex Burgundiæ & Prouinciæ, dominus Alſatiæ & Alemanniæ obijt an. 771. ſepultus Remis ad S. Remigium.

Ægidius monachus in mōte Soracte.

740. *Rothaidis* } obierunt in iuuenili ætate, Metis ſepultæ, in monaſterio S. Arnulfi.
Adelhaidis

Giſla Abbatiſſa.

Lazius Pipino ſecundam coniugem adſignat ſed falsò.

Carolus Magnus celebrat Natalem

Domini Aquiſgrani. *Regino.* *Anno*

Carolus Magnus Paſcha celebrat in *Leodico* vico publico: inde ſynodum habet Wormatię & Natalem Domini celebrat Moguntiæ. *Regino ms.* 770.

Berta, Caroli Magni mater, in Italiam profecta, connubium procurat inter ipſum & Deſiderij Lōgobardorum Regis filiam. Id hoc anno contractum, anno ſequenti reſciſſum eſt, quòd ipſa clinica, & ad matrimonium inhabilis haberetur. Reginonem & Baronium lege. Diſplicuit id S. Adelhardo, ideoque Corbeiam ſeceſſit: vt in huius vita legitur.

Carolus Paſcha celebrat in *Hariſtallio*, ad Moſam, haut procul à Leodico. Inde ſynodum habet ad Valentianas ſeu Valentinianas, Hannoniæ nunc opidum, ad Scaldim. *Regino*, & *Ann. Pith.* 771.

Carolomannus Rex pridie Nonas Decembris in villa Salmontiaco moritur, & Remis ſepelitur. *Idem* & *Sigeb.*

Carolus hoc anno Paſcha & Natalem Domini celebrauit Hariſtallij. *Reg.*

S. Amalberga virgo moritur Tamiſiæ ad 772.

Anno ſitæ ad Scaldim, inde Gandauum pòſt tranſlata ad montem Blandinium. Faſtos noſtros vide.

773. Carolus Magnus, Paſchate Hariſtallij celebrato, Theodonis villâ, opidum nunc Ducatus Luxeburgenſis, ad Moſam, proficiſcitur. Indeque in Italiam contra Deſiderium, Regem Longobardorum, ab Hadriano Papa euocatus, Papiam & in ea clauſum Deſiderium obſidere cœpit. *Ann. Pith. & Regino.*

774. Carolus Papiam & Deſiderium Regem in deditionem accipit, & regnum Longobardorum obtinet. Deſiderium & vxorem eius, cum filia, ſecum in Franciam deducit: quem paulò pòſt in exilium miſit ad Agilfridum Leodicenſem Epiſcopum. Adalgiſus Deſiderij filius Conſtantinopolim fugit. *Reg. Sig. & Ann. Pith.*

775. Carolus Rex Synodum habet in villa quæ dicitur Duria. *Regino.* Hanc Pithœani Annales, triennio pòſt, vocant *Duriam caſtrum, Coloniæ ciuitati contiguum.* Niſi fallor, deſignatur Dura, opidum Ducatus Iuliacenſis, veteribus Marcodurum.

S.Ru-

S. Rumoldus Epiſcopus & Mechliménſium patronus ab impijs occiditur. *Ex ms. Lipſ.* *Anno* 775.

Conſtantinus Copronymus Imp. Conſtantinopolitanus 14. Septembris moritur: ſuccedit filius Leo IV. Porphyrogenitus dictus, quaſi in purpura natus, quod à patre adhuc infantulus in ſocietatem Imperij eſſet adſcitus.

Carolus Magnus Natalem Domini celebrat Heriſtallij. 776.

Carolus Paſcha celebrat Nouiomagi in Geldria, & Paderbornæ in Weſtphalia Synodum habet: quò tres Saracenorum proceres, Regi ſuo rebelles, ex Hiſpania venerunt, auxilium petituri. *Ann. & Reg.* 777.

Expeditione in Hiſpaniam contra Saracenos ſuſcepta, Carolus Cæſarauguſtam occupat, Pompelonem deſtruit, Vaſcones & Nauarros ſubigit. Sed in reditu magna clade ad Pyrenæos montes afficitur. Interim Saxones, Windichindo duce, Werdam, Dauentriam & vicina loca vaſtant. *Ann. Pith. Reg. & Sig.* 778.

Carolus cum exercitu Hiſpaniam ingreſ- 778.

Anno ingreſſus, venit Pompelonem, deinde Cæſarauguſtam. Obſidione territi Saraceni, immenſum auri pondus & obſides dederunt. Saracenis Pompelone eiectis, muriſque dirutis, Carolus in Franciam reuertitur. Ita Regino, cui Sigebertus & Ann. Pith. ſubſcribunt.

In hoc bello Hiſpanienſi contra Saracenos Carolus, cùm per ſe, tum per Legatos ſuos ſemper triumphauit: præterquam quòd ſemel in Pirenæis montibus Vaſcones, poſitis inſidijs, vbi opacitas ſiluarum erat, in nouiſſimum agmen irruerunt. Quo in prælio Ruthlantus ſeu Rolandus Britannici littoris Præfectus cum pluribus occubuit: vt Eginhartus in Caroli M. vita narrat. De Rolando iſto variæ exſtant fabellæ, in manibus vulgi, varijs linguis conſcriptæ.

Rolandus.

779. Carolus Magnus cùm Natalem Domini, & Paſcha Heriſtalij ad Moſam, haut procul à Leodico celebraſſet contra Saxones ac Weſtphalos proficiſcitur eoſque ad obſequium cogit. *Reg. Sig. Ann.*

Carolus M. Albim fl. tranſit, ipſoq; procu-

procurante Bardogauenſes & Norduiæ *Anno*
tæ baptizantur. *Sigeb.*

Taſſilo Dux Baioariæ contra Carolum M. rebellat, hortatu vxoris ſuæ, quæ erat Deſiderij Longobardorum Regis filia, & exilium patris ſui per maritum ſuum vindicare tentat. *Sig.*

Leo Imp. C P. tyrannidis ſuæ contra 780.
Orthodoxos anno quinto, manifeſtas diuino Numini pœnas dedit. Cùm namque coronam auream, gemmis inſignem, ex templo ſublatam capiti ſuo impoſuiſſet, ſtatim peſtilenti abſumptus febre abſumitur. Et ne dubia morbi cauſſa foret, in eius capite carbunculi exſtiterunt. Succeſſit filius *Conſtantinus Porphyrogenitus*, cũ *Irene* matre.

Carolus M. orationis cauſſa Romam 781.
venit, ibiq; Paſcha celebrat, & filios ſuos ab Hadriano Papa, *Pipinum* in Regem Italię ſeu Longobardię & *Ludouicum* in Regem Aquitaniæ vngi procurat. *Sig.*

Carolus Roma digreſſus cùm veniſſet Mediolanum, filiam eius Giſlam ibi baptizauit Thomas Archiepiſcopus. *Annal. Lauriſh.*

Taſſilo Dux Baioariæ, procurante 781.
Hadria-

Anno Hadriano Papa, cum Carolo M. in gratiam redit: qui ex Vrbe reuerſus à Taſſilone iuramentum fidelitatis Wormatiæ accepit. *Regino.*

782. Carolus M. in loco, vbi Lippia fl. oritur, prælio Saxones rebelles vincit. Hic legatos *Sigefridi* Danorum Regis, & quos *Caganus* & *Iugurrus*, Hunorum Principes, ad ſe miſerant, audiuit. *Ann. Pith.*

Carolo in Galliam profecto, Widichindus cum Saxonibus iterum rebellat contra Francos; & à Carolo in Saxoniam redeunte ſibi metuens, ad Normannos fugit. *Chron. Lauriſheimenſe.*

S. Willehadus I. Epiſcopus Bremenſis Romam proficiſcitur.

783. Carolus Magnus Paſcha (vt & antea Natalem Domini) in Theodonis villa, nunc opido Ducatus Luxeburgenſis, ad Moſam, celebrat.

Berta mater Caroli M. moritur IV. Idus Iulij. Idem Carolus Faſtrada coniugem Wormatiæ ducit.

784. Carolus M. Natalem Domini celebrat Heriſtallij. *Regino* & *Ann. Pith.*

Agilfridus Epiſcopus Leodicenſis & Abbas

Abbas Gandenſis circa hunc annum *Anno*
moritur: ſuccedit in Epiſcopatu Ger-
baldus.

Saxones tandem ſubacti baptizan- 785.
tur, cum Duce ſuo VVitichindo. *Reg.*

Carolus M. Paſcha Romæ celebrat: 787.
inde rediens, Antiphonarium Hadriani
Papæ ſecum in Gallias adfert, & ſcho-
las inſtituit. *Ann. Pith.*

Nicæna II. ſynodus, VII. oecumenica
celebratur.

Synodus in villa *Ingelheim*, prope 788.
Moguntiam habetur, Carolo Magno
præſente. Ad hanc venit & Taſſilo Ba-
uariæ Dux, qui de crimine læſæ maie-
ſtatis conuictus, à Carolo M. in mona-
ſterium Lauriſhamenſe, detruſus eſt,
cum filio Theodone, ſtirpis vltimo.

Ceterùm Taſſilo ſeu Thaſſilo extra
omnem controuerſiam religioſiſſimus
ſeu Rex (nam & regium nomen ſibi
vſurpauit) ſeu Princeps fuit. Natus eo-
dem anno, quo Carolus Magnus, quar-
to decimo ætatis anno, rudimentum
Martis in *Pipini* caſtris poſuit; proxi-
mo anno ſe gentemque totam in Pipini
clientelam dedit, quem altero & vice-
ſimo

Anno ſimo deſeruit, neſcio quomodo, vel à Pipino, vel officijs aulicis offenſus, & rupto primùm fœdere domũ ad *Vtilonem* patrem refugit, vxorem dein *Luitburgam*, Deſiderio Longobardorum Rege natam, duxit, cùm annum ageret octauum ſupra viceſimum.

Suſcepit ex coniuge geminos virilis ſtirpis liberos, *Gunterum*, ab apro in venatione interemptũ, & *Theodonem* ſtirpis vltimum, ab Adriano Pontifice Romæ ſacro fonte luſtratum. Tanta fuit Taſſilonis pietas, vt ipſe filium Romam portaret, vt à ſummo orbis parente Chriſtianis ſacris imbueretur.

Hoc verò offendit Taſſilo, quod pactis non ſteterit cum Pipino & Carolo Magno initis; quin & arma contra mouere, Luitpurga inſtigante, ſæpiùs conatus, tandem regno & poteſtate exutus, reuſque maieſtatis, veniam ea conditione impetrauit, vt in monachum attonſus, priuatam cum filio vitam coleret.

At pietas erga cæleſte Numẽ & omnes cælites fuit in Taſſilone ſingularis. Quis ex Boiorum Principibus plura cœno-

cœnobia condidit, quis deſita inſtaurauit, Taſſilone? Ille *Cremiſſam*, ille *Thierhauptum*, idem *Matſeum*, *Chiemſeum* geminum virorum ac virginum à fundamentis excitauit. Idem *S. Valentini* ſacrum corpus Tridento Bătaua, *S. Corbiniani* Maijs Frinſingam, *B. Viuilonis* Laureacenſis Archiepiſcopi Bataua ſumma cum religione tranſtulit, *Bataua* ciuitaté Epiſcopo cum fundis & prædijs ampliſſimis conſecrauit: *Salisburgenſem* eccleſiam donis plurimis auxit. *Anno*

Denique vitam in Lauriſſa nobili cœnobio, humili tectus cultu, ſanctiſſimè finiuit. Cui ſi ſcriptores Francici fuere paulò iniquiores, mirum videri non debet, cùm Taſſilo Regibus blandire nollet, & patriam in libertatem aſſerere conaretur. Quod ſi non potuit, magnis tamen exſtitit auſis: quem etſi in Diuos relatum non legimus, cœnobiorum tamen monumenta Beatum nuncupant. Sic ferè Matthæus Raderus in ſua Bauaria ſancta.

Exſtat hodieque Thaſſilonis ſepulcrũ Lauriſſæ, non procul à Wormatia,

Anno quod monaſterium, vulgò Laurisheimenſe nuncupatum, à *Cancore* Comite ante annos ampliùs viginti ædificatum diximus.

788. Carolus ex Bauaria in Belgicam reuerſus Natalem Domini Aquiſgrani celebrat.

789. Carolus Coloniæ ſuper Rheno pontes duos cōſtruit & munit, & Sclauiam ingreſſus, eam ſibi ſubigit.

790. Alcuinus Caroli M. magiſter floret in Gallia.

791. Anno 791. Carolus M. Francis, Alemannis, Baioarijs, Saxonibus, Turingis & Friſonibus ſtipatus Pannoniam ingreditur. Hunnis fugientibus, omnem eorum regionem vſque ad *Raba*.fl. ferro & igne deuaſtat *Ann. Pith.*

792. Pipinus, Caroli M. ex concubina filius, gibbo deformis, contra patrem coniurat, & conuictus in Prumienſe monaſterium detruditur, vbi & obijt.

793. Francicorum Annalium fragmentum ab anno 741. vſque ad annū 793. (quos Regino Prumienſis ſecutum ſe fatetur) deſinit, exſtatque apud Caniſium ex ms. codice Bibliothecæ Bauaricæ

ticæ tom. 3. Lect. antiquarum. *Anno*

Carolo M. præſente Frãcofurti conuentus ſeu ſynodus multorum Epiſcoporum habetur: de qua vide Baronium. 794.
Ibidem obijt Faſtrada eius coniux. *Regino. Annales Pith.*

S. Gummarus Liræ in Brabantia patronus moritur, qui eo in opido collegium Canonicorum fundauit. 794.

Carolus M. Aquiſgrani baſilicam rotundam exſtruit, columnis marmoreis Roma & Rauenna aduectis. *Sigeb.* 795.

Hadrianus Papa moritur 26. Decembris, cui eodem die ſufficitur Leo III. *Baron.*

Carolus Aquiſgrani Pipinum filium ex Pannonia reducẽ lætus excipit. *Ann.* 796.

Carolus Aquiſgrani *Abdellam*, Saracenorum in Hiſpania Regem, excipit, quem & paulò pòſt cum filio ſuo Ludouico in Hiſpaniam remittit. Pipinum item in Italiam mittit. *Ann.* 797.

Irene mater filium Conſtantinum Imp. Cõſtantinopolitanum oculis priuat, qui die tertio pòſt moritur. *Baron. ex Theoph.*

LeoPapa, à ſuis malè tractatus, Ro- 799.

Anno ma Paterbornam in Saxoniam ad Carolum venit: à quo honorificè exceptus, cum præſidio militari poſtea Romam eſt remiſſus. *Ann.*

S. Suitbertus à Leone III. Papa in Diuos refertur ſeu canonizatur, vt vulgò loquuntur, Werdenæ in diœceſi Colonienſi, præſentibus multis Epiſcopis, in his *Gerbaldo* Leodienſi, & *Folquino* Morinenſi. Alij ad poſterius Leonis iter, hoc eſt, ad an. 804. referunt.

Benedictinorum monaſteria ſæculo octauo fundata, apud Germanos inferiores.

E*Pternacenſe* monaſterium, in Ducatu Luxeburgenſi, à S. Willibrordo Archiepiſcopo Vltraiectino fundatū, dotante *Pipino Herſtallio*, eiuſque coniuge *Plictrude*, & *S. Irmina* Dagoberti Galliæ Regis filia. *Echternach.*

Latienſe, ſecundo lapide ab Auenna, Hannoniæ opido, *VVibertus* Comes eiuſque coniux *Ada* excitarunt. Horum filia *S. Hiltrudis* quieſcit Lætijs. *Lieſſy.*

Gor-

Gorzienſe in Lotharingia funda- *Anno*
uit *Chrodegangus* Epiſcopus Metenſis: teſte Sigeberto in Chronico anno 758. *Gorze.*

S. Saluy monaſterium, prope Valentianas, in Hannonia Carolus Magnus Imp. ædificauit. *S. Saulue.*

Canonicorum collegia ſæculo octauo incohata, aut fundata.

S. *Martini* & *S. Saluatoris* collegia Vltraiectina excitauit *S. VVillibrordus* Archiepiſcopus, dotante Pipino Herſtallio.

S. Lamberti & *S. Petri* collegia, in vrbe Leodicenſi, *S. Hubertus* Epiſcopus excitauit. *Liege.*

Amanienſe, in diœceſi Leodienſi, *S. Oda*, vxor Boggis Aquitaniæ Ducis, an. 711. fundauit.

VVerdenſe monaſterium, nunc Canonicorum collegium, in diœceſi Colonienſi *S. Suitbertus* Epiſcopus ædificauit, dotante Pipino Herſtallio. *Keyſers VVerdt.*

Anno *Eikenſe* monaſterium, nunc Canonicorum collegium, initia ſua debet *Adelardo*, viro nobili & *Grinuara* eius coniugi. *Maeſeyck.*

Suſterenſe nobilium virginum Canonicarum collegium initia ſua fert accepta S. Willibrordo.

Beliſienſe, in diœceſi Leodicenſi, S. Landrada prima illius loci Abbatiſſa fundauit quæ & ibidem quieſcit.

800. Carolus M. Moguntiæ Synodum celebrat.

Carolus Romam 24. Nouembris ingreditur, & 25. Decembris in die Natali Domini à Leone Papa coronatur Imperator Romanorum. *Eginh. Baron.*

801. S. Saluius Epiſcopus prope Valentianas, Hannoniæ vrbem, cum ſocio occiditur, & quieſcit ibidem in ſui nominis cœnobio, quod eſt monachorum inſtituti Cluniacenſis; vulgò *Sainct Saulue.*

802. Ieſſe Epiſcopus Ambianenſis, & Helingaudus Comes à Carolo Conſtantinopolim mittuntur ad procurandum coniugium cum Irene Græcorum Imperatrice. Sed his Conſtantinopoli exiſten-

exiſtentibus Nicephorus Patricius Im- *Anno*
perium inuadit *Theoph.* Irene compre-
henſa in Lesbum inſulam relegatur.

Carolus in Baioariam abit: ibi ad Sa- 803.
lam fl. legatos Nicephori cum ſuis
Conſtantinopoli venientes audit. De-
nique fœdus inter Carolum & Nice-
phorum initur.

Alcuinus philoſophus, Abbas S. 803.
Martini Turonenſis moritur: vt Odo-
rannus monachus S. Petri viui apud
Senones, teſtatur.

Bellum Saxonicum anno 771. in- 804.
cohatum, cùm annos triginta tres du-
raſſet, hoc demum anno quarto poſt
octingenteſimum eſt finitum. Plures ex
eis baptizati ſunt anno belli quinto &
ſexto, ac tandem anno belli decimo
quarto (is eſt Chriſti 785.) ipſe etiã Wi-
tichindus Saxonum Dux ſacro fonte
ablutus.

Sæpiùs, vt ex Reginone & alijs con-
ſtat, ac præſertim annis 778. & 795. iu-
gum excutere ſunt conati. Nec ceſſa-
runt donec Carolus Magnus anno 804.
omnibus in poteſtatem redactis, decem
hominum millia ex ijs, qui vtramque

Anno Albis fl. ripam incolebāt, cum vxoribus ac liberis aliò trāſtulit, & per varia Galliæ ac Germaniæ loca diſtribuit: vt Eginhartus Caroli Cancellarius in eius vita commemorat.

804. Anno 804. (inquit Regino) Imperator Aquis hiemauit, æſtate verò in Saxoniam perrexit omneſque qui trans Albiam in Wihmodi habitabant Saxones, cum mulieribus & infantibus tranſtulit in Franciam, & pagos Tranſalbianos Abrotidis dedit.

Hæc totidem ferè verbis in Annalibus, Pithœanis ſeu Fuldenſibus, & apud Sigebertum in Chronico narrantur.

Leo Papa ad Carolum M. Remis agentem venit: Cariſiaci ad Iſaram, *Creſsy ſur Oyſe*, Natalem Domini cum ipſo celebrauit, donatuſque magnis muneribus poſt dies octo per Baioariam reuerſus eſt Romam. Cauſſa aduentus eius hæc fuit: perlatum erat ad Imperatorem æſtate præterita Chriſti ſanguinem Mantuæ repertum fuiſſe: propter quod miſit ad Papam, petens, vt de rei veritate inquireret. Qua occaſione, primò in Longobardia quaſi ad inquiſi-

quiſitionem iſtam faciendam ſe con- *Anno*
tulit,inde ad Imperatorem vſque per-
rexit. *Ann. Pith.*

Hic Chriſti ſanguis etiamnum reli-
gioſè adſeruatur Mantuæ in baſilica S.
Andreæ. In cuius honorem *Vicentius*
Mantuæ Dux an. 1608. ordinem eque-
ſtrem Redemptoris inſtituit, Paulo V.
Papa approbante.

Oſnaburgenſis in Weſtphalia Epiſ- 804.
copatus per Carolum Magnum funda-
tur ac dotatur. Diploma exſtat apud
Crantzium & in noſtro Codice Dona-
tionũ. Primus Epiſcopus Oſnaburgẽſis
fuit S. Wiho, Leouardiæ in Friſia Occi-
dentali natus: vt Bernardus Furmerius
in Annalibus ſuis Friſicis tradit.

Carolus Aquiſgrani Theodoniſvil- 805.
lam, inde Metas & Vogeſum montem
petit: vbi venationibus ſe oblectauit.
In Theodonis villa denique hiemauit,
ibique filios Pipinum & Ludouicum
excepit.

Conuentus in Theodonis villa à Ca- 806.
rolo habetur, qui & tribus filijs ſuis
regnum teſtamenti tabulis partitur.
Reg. Ann. Baron.

Caro-

Anno 808. Carolus quadrageſimalis ieiunij tempus Nouiomagi ad Rhenum tranſigit, & Paſcha ibidem celebrat. *Reg.*

809. Carolo præſente, Aquiſgrani concilium menſe Nouembri celebratur.

810. Gerbaldo Leodicenſi Epiſcopo ſufficitur Walcandus ſiue Waltgandus, qui Andaginenſe S. Huberti cœnobium in Arduenna poſtea conſtruxit.

Claſſis Normannica CC. nauium in Friſiam appellit cui occurrere dum parat Carolus, claſſem è Friſia ſoluiſſe, & *Godefridum* Normannorum ſeu Danorum Regem à ſuis cæſum accipit. *Reg. Ann.* Godefrido ſucceſſit filius Hemingus.

811. Carolus Aquiſgrani, in cõuentu Epiſcoporum, Teſtamentum de rebus mobilibus condit: quod inter alios ſignarunt Waltgandus Leodicenſis, Ieſſe Ambianenſis, Theodulfus Aurelianenſis, Bernoinus Veſontionenſis, & Arno Salisburgenſis Epiſcopi, item Adalongus Abbas Vedaſtinus.

811. Ad claſſem viſitandam Carolus Bononiam petit, & inde Gandam ad Scaldim venit. Aquaſgrani reuerſus, Carolum

lum filium morte ſublatum 4. Decem- *Anno*
bris dolet. *Reg. Ann.*

S. Amandi Tungrenſis Epiſcopi cor- 812.
pus in Elnonenſi monaſterio eleuatur
præſente Lothario.

Nicephorus Imp. Græcorum moritur: cui Stauratius filius annuus Imperator, & huic Michael Curopalata eſt ſuffectus.

Amalharius Treuerenſis Epiſcopus 813.
à Carolo Conſtantinopolim mittitur
ad pacem cum Michaele Imperatore
firmandam.

Ludouicus cognomento Pius, Caroli filius, iubente patre, proclamatur Imperator.

Moguntinum, Remenſe, Turonenſe, Arelatenſe & Cabillonenſe concilia celebrantur, Carolo agente.

Carolus Magnus Imp. moritur A- 814.
quiſgrani V. Kal. Februarij; vbi & ſepelitur. Imperator fuit multis nominibus felix: quòd Imperium Romanum ad Frācos & Germanos tranſtulerit, quòd orbem terrarum magnitudine rerum geſtarum nominiſque gloria impleuerit, quòd poſtea cælo adſcriptus inter
cælites

cælites vt Diuus coli cœperit.

De vxoribus ac liberis Caroli Magni hîc quædam libet attexere, ad lucem hiſtoriæ noſtratis. Habuit autem legitimas coniuges quattuor, videlicet N. *Deſiderij* Longobardorum Regis filiam, *Hildegardem*, *Faſtradam*, & *Lutgardem*. Ex prima & quarta nullas habuit proles. Ex *Hildegarde*, Immæ filia, nati ſunt ei liberi,

Carolus Rex Alemanniæ & partis Burgundiæ: à quo genus duxerunt Comites Veromanduorum, ſi Genealogiæ S. Arnulfi Metenſis Epiſcopi, à Pithæo editæ, credimus. Nam Regino eos deducit à Pipino, Rege Italiæ, eiuſdem Caroli fratre.

Pipinus Rex Italiæ, pater Bernardi & quinque filiarum (teſte Eginharto) Romæ baptizatus, & ante baptiſmum dictus Carolomannus.

Ludouicus cognomento *Pius*, Francorum Rex & Imperator.

Lotharius infans obijt.

Rotrudis ſeu *Rotarudis*, vxor Conſtantini Imp. Conſtantinopolitani.

Berta, vxor Angilberti, poſtea Abbatis

batis monaſterij S. Richarij, mater *Anno*
Harnidi & Nithardi: quorum poſterior ſcripſit libros quattuor De diſſenſionibus filiorum Ludouici Pij, ad annum vſque 843. à Pithæo editos.

Giſla baptizata Mediolani per Thomam Archiepiſcopum.

Hildegardis } obierunt infantes, ſepultæ Metis ad S. Arnulfum.
Adelhaidis }

Ex FASTRADA, quam anno 783. duxit, natæ ſunt *Theodrada* & *Hiltrudis* filię.

Varias inſuper concubinas habuit, ex quarum prima, cuius nomen ignoratur, genuit *Pipinum Gibboſum*, monachum Prumienſem; ex ſecunda pariter anonyma *Rothaidem*.

Ex tertia *Mathalgarde*, *Rothildem*: ex quarta *Gerſuinda* Saxonica, *Adaltrudem* procreauit.

Ex quinta, nomine *Regina*, nati ſunt ei duo filij,

S. Drogo Metenſis Epiſcopus, & *Hugo Magnus*, dictus Abbas, Dux Burgundiæ.

Ex ſexta *Adalinda* ſeu *Adaluide* filium habuit Theodericum.

Caro-

Anno Caroli Magni res præclarè geſtas Eginhartus eius Cancellarius deſcripſit: ex quo pauca hæc habe, de regno Francorum per ipſum mirificè aucto:

Carolus regnum Francorum, quod magnum quidem ſuſceperat, ita nobiliter ampliauit, vt penè duplum illi adiecerit. Nam cùm priùs non ampliùs, quàm ea pars *Galliæ*, quæ intra Rhenum & Ligerim, Oceanumque & mare Balearicum iacet, & pars *Germaniæ*, quæ intra Saxoniam & Danubium, Rhenumque ac Salam fluuium, qui Thuringos & Sorabos diuidit, à Francis, qui Orientales dicuntur, incolitur, & præter hæc *Alemanni* atque *Baioarij* ad regnum Francorum pertinerent; ipſe primò *Aquitaniam* & *Vaſconiam*, totumque Pyrenæi montis iugum, & vſque ad Iberum amnem (qui apud Nauarros ortus, & fertiliſſimos Hiſpaniæ agros ſecans, ſub Dertoſæ ciuitatis mænibus Balearico mari miſcetur) deinde *Italiã* totam, quæ ab Auguſta Prætoria vſque in Calabriam inferiorem, in qua Græcorum ac Beneuentanorum conſtat eſſe confinia, decies centum & eo ampliùs

paſſuum

paſſuum millibus longitudine porrigi- *Anno*
tur; tum *Saxoniam*, quæ quidem Germaniæ pars non modica eſt, vtramque *Pannoniam*, & oppoſitam in altera Danubij ripa *Daciam, Iſtriam* quoque & *Liburniam* atque *Dalmatiam* (exceptis maritimis ciuitatibus, quas ob amicitiam, & iunctum cum eo fœdus, Conſtantinopolitanum Imperatorem habere permiſit) deinde omnes barbaras nationes, quæ inter Rhenum ac Viſtulam fluuios, Oceanumque & Danubium poſitæ Germaniam incolunt, ita perdomuit, vt eas tributarias effecerit. Inter quas ferè præcipui ſunt *VVelatabi*, *Sorabi*, *Abotriti*, & *Boemani*: cum ijs namque conflixit, ceteras, quarum multò maior eſt numerus, in deditionem accepit.

Auxit etiam gloriam regni ſui quibuſdam Regibus ac gentibus per amicitiam ſibi conciliatis. Adeò namque *Adelfonſum*, Galæciæ atque Aſturicæ Regem ſibi ſocietate deuinxit, vt is cùm ad eũ vel litteras vel legatos mitteret, non aliter ſe apud illum, quàm proprium ſuum appellari iuberet.

Scotorum

Anno *Scotorum* quoque Reges ſic habuit ad ſuam voluntatem per ſuam munificentiam inclinatos, vt eum numquam aliter, quàm dominum, ſeque ſubditos ac ſeruos eius pronuntiarent.

Cum AARON Rege Perſarum (qui excepta India, totum penè tenebat Orientem) talem habuit in amicitia concordiam, vt is gratiam eius omniũ, qui in toto orbe terrarum erant, Regum ac Principum amicitiæ præponeret, ſolumque illum honore ac magnificentia ſibi colendũ iudicaret. Ac proinde cùm Legati eius, quos cum donarijs ad Saluatoris noſtri ſepulcrum miſerat, ad eum veniſſent, & ei domini ſui voluntatem indicaſſent, non ſolùm quæ petebantur fieri permiſit, ſed etiam ſacrum illum locum, vt illius poteſtati adſcriberetur, conceſſit, & reuertentibus Legatis ſuos adiungens, inter veſtes & aromata, & cæteras Orientalium terrarum opes, ingentia illi dona tranſmiſit, cùm ei paucos ante annos eum, quem tunc ſolum habebat, roganti mitteret elephantem.

Imperatores etiam Conſtantinopolitani

ſitani *Nicephorus*, *Michael* & *Leo* vltrò *Anno*
amicitiam & ſocietatem eius expeten-
tes, complures ad eum miſere legatos.
Hactenus Eginhartus.

CaroloMagno ſucceſſit filius Ludo- 814.
uicus Pius,qui paternarum virtutum æ-
mulator nihil potiùs habuit, quam vt
ſe patronum Eccleſiæ præberet.

Vulfarius RemenſisArchiepiſcopus 815.
anno 814.in eccleſia Nouiomenſi,reg-
nante Ludouico, Caroli filio, Sy-
nodum habet, cui interfuerunt,

Hildoardus ſeu Hildoaldus Came-
racenſis & Atrebatenſis Epiſcopus,

Erneno ſeu Herminius Siluanecten-
ſis,

Ieſſe Ambianenſis,

Ragimbertus Bellouacenſis : cui
ſucceſſit S. Hildemannus, anno 848.
die 8. Decemb. defunctus,

Grimboldus ſeu Erembaldus Mo-
rinenſis,

Rothardus Sueſſionenſis,

Wendilmarus Nouiomenſis acTor-
nacenſis,

Oſtroaldus Laudunenſis,

Waltarius & Speruus Chorepiſcopi.

Anno Plura vide de hac Synodo apud Flodoardum lib. 2. cap. 4. in Hiſt. Remenſi, & apud Baldericum in Chron. Cameracenſi lib. 1. cap. 27.

815. Harioldus, Regiuoni Heroldus, primus Rex Danorum Chriſtianus, à filijs Godefridi quondam Regis pulſus, ad Ludouicum Pium Imp. venit, auxilium imploraturus.

816. Ludouicus Imp. petente Hildoardo Epiſcopo, eccleſiæ Cameracenſi priuilegium immunitatis ac tuitionis concedit, XVIII. Kal. Maij, anno Imperij ſui tertio, Indictione nona. Diploma exſtat apud Baldericum in Chron. Cameracenſi.

Leo III. Papa moritur: ſuccedit Stephanus, qui Remos veniens à Ludouico Imperatore, in acceſſu, ter ante pedes ipſius proſtrato, honorificentiſſimè excipitur: vt Anaſtaſius narrat. Idem Stephanus Ludouicum Imp. coronauit.

817. Stephanus Papa VIII Kal. Febr. moritur: ſuccedit Paſchalis.

Aquiſgrani, præſente Ludouico Pio Concilium celebratur, & *Regula Canonicorum,*

niscorum, itemque altera *Sanctimonalium* *Anno*
canonicè viuentium (quas hodie Canonicas ſeu Canoniſſas vulgò vocant) conſcribuntur. Prior in tomis Conciliorum edita, & poſterior apud me exſtat manuſcripta. Leo Oſtienſis aſſerit LXXX. Capitula, de recta vitæ Regularium inſtitutione Aquiſgrani conſtituta, apud Caſſinenſes monachos perinde ferè ac Regulam S. Benedicti, obſeruata fuiſſe.

B. Hildegrimus, primùm Catalaunenſis, pòſt Halberſtadienſis Epiſcopus moritur, apud fratrem ſuum germanum S. *Lutgerum*, primum Monaſterienſem Epiſcopum, ſepultus *VVerdena*, quod eſt *VVerdena.*
opidum diœceſis Colonienſis, ac monaſterium Benedictinorum, à Lutgero incohatum, & ab Hildegrimo perfectum.

S. Huberti Leodicẽſis Epiſcopi cor- 817.
pus per Walcandum Epiſcopum, Leodico, vbi hactenus in crypta eccleſiæ S. Petri quieuerat, transfertur Andainum, quod hodie eſt municipium ſeu opidum S. Huberti in Arduenna, cum illuſtri Benedictinorum Abbatia.

Anno Ludouicus Imp. filium ſuum primogenitum Lotharium coronauit, & imperij ſibi ſocium conſtituit, duos alios Reges appellatos, Pipinum Aquitaniæ, Ludouicũ Baioarię præfecit. *Ann. Pith.*

818. Britannia minore debellata, Ludouicus Pius Imp. per Rotomagum, Ambianos, Cameracum, & Heriſtallũ, redit Aquaſgrani. In eo itinere *Irmingardis*, vxor ipſius, moritur Andegaui V. Non. Octobris. *Ann. Pith.*

Bernardus Italiæ ſeu Longobardiæ
818. Rex Ludouici Pij ex Pipino fratre nepos, qui anno ſuperiore cõtra Imperatorem rebellarat, Francorũ iudicio excæcatus moritur, coniurationis ſocij, aut de ea ſuſpecti, in monaſteria detruduntur: in his numerãtur *Drogo, Theodericus* & *Hugo*, Caroli M. naturales filij. Eodẽ tempore S. Adelhardus Abbas Corbienſis, calumnijs impeditus, iuſſus eſt exulare in monaſterio Gemeticenſi.

819. Ludouicus Imp. vxorem ducit Iuditham filiam Vuelfi Comitis in Baioaria. *Ann. Pith.*

819. S. Bonifacij Archiepiſcopi baſilica in cœnobio Fuldenſi ab Haſtulfo Archiepiſcopo

piſcopo dedicatur, & oſſa eiuſdem S. Ann.
martyris transferuntur. *Ann. Pith.*

Ludouicus Imp. monaſterio S. Bauonis Gandenſis cōcedit priuilegium Immunitatis & defenſionis, petente Einhardo Abbate, olim Caroli Magni Cancellario. Diploma exſtat in noſtro Codice donationum.

Normannicæ naues XIII. primùm 820.
Flandriæ littus, pòſt Sequanæ oſtium & Aquitaniam depopulantur.

Ludouicus Imp. conuentum habet, 821.
Aquiſgrani, exinde alium *Nouiomagi* ad Vahalim præſentibus Paſchalis Papæ Legatis, deniq; tertiũ in *Theodoniſvilla*. Quo in loco exiſtens *Lotharius* Ludouici Pij filius, Irmingardẽ duxit vxorẽ. *Ann.*

Ludouicus Imp. Nouiomagi diuiſio- 821.
nem regni fecit inter filios ſuos, deinde in Theodoniſuilla exiſtẽs, omnes ſui tẽporis exules domũ reuocauit. *Ann. Pith.*

Eodem tẽpore S. Adelhardus Abbas Gemetico euocatus magiſterio Corbeienſi eſt redditus: vt legitur apud anonymũ vitę Ludouici Pij ſcriptorem.

Eigil Abbas Fuldenſis cœnobij moritur: ſuccedit

Anno 822. Rabanus Maurus, libris editis clarus, floret.

Lotharius in Italiâ, & Pipinus frater eius ducta etiam vxore in Aquitaniam mittitur. *Ann. Pith.*

823. Gundulfo Metenſi Epiſcopo defuncto ſuccedit Drogo, Caroli M. ex concubina filius. Corbeia Saxonica ad Viſurgim in diœceſi Paderbornenſi fundatur per S. Alardum ſeu Adelhardum: de quo vide ſupra pag. 259.

Adalungus Abbas Vedaſtinus à Ludouico Imp. Legatus Romam mittitur.

S. Vrſmari Epiſcopi & Abbatis Laubienſis corpus è terra eleuatur. *Sigeb.*

823. Ebo Archiepiſcopus Remenſis, cum Halitgario Cameracenſi Epiſcopo ad Danos proficiſcitur: vbi verbum Dei prædicarunt, auctoritate *Paſchalis* Papę, eiuſque ſucceſſoris *Eugenij*: vt Flodoardus lib. 2. cap. 20. narrat. Quod opus Euangelicum poſtea *S. Anſcharius* Archiepiſcopus Hamburgenſis ac Bremenſis, itemque ſucceſſor eius *S. Rembertus*, Thorolti in Flandria natus, perfecerunt.

Legati

Legati à Michaele Græcorum Imperator miſſi, inter alia munera, Ludouico Imp. attulerunt libros *Dionyſij Areopagitæ*, De Hierarchia eccleſiaſtica, qui eodem Ludouico petente ex Græco in Latinum ſunt tranſlati. *Sigebertus*. De hac ipſa re Hilduinus Abbas S. Dionyſij, in epiſtola ad eumdem Imperatorem libris ijſdem præfixa. Anno 824.

Paſchalis Papa moritur die 14. Maij. 824.
Poſt dies quattuor ſufficitur Eugenius. *Baron.* 825.

Wihomarcus Britto Aremoricus Francorum terminos infeſtare non ceſſat, donec ab hominibus Lamberti Comitis occiditur. 825.

Ludouicus Imp. cum filijs Godefridi Danorum Regis pacem, quam ipſi petebant, confirmat. *Ann. Pith.* 826.

Herialdus, Sigeberto Harioldus, Reginoni Heroldus, cum vxore & magna Danorum multitudine Moguntiæ baptizatur, & pars Friſiæ in beneficium ipſi ab Imperatore datur. *Ann. Pithœani.* At Sigebertus hæc ad annum præcedentem refert, vt & trãſlationem oſſium S. Sebaſtiani ex vrbe Roma ad Sueſſiones.

Anno 826. Georius presbyter Venetus, cum Balderico Comite Foroiulienſi veniens, Organum hydraulicum Aquiſgrani conſtruxit. *Ann. Pith.*

827. SS. Marcellini & Petri reliquiæ Roma Sueſſiones, inde Aquaſgrani, pòſt ad S. Saluij monaſterium prope Valentianas tranſlatæ, multis miraculis clarent. *Eginhartus. Baron.*

Anſigiſus Abbas Laubienſis floret, qui edicta Caroli Magni, eiuſque filij Ludouici Pij in ordinem digeſſit. *Sigeb.*

827. Eugenius Papa 11. Augusti moritur: poſt quem Valentinus quadraginta diebus præfuit. Huic Gregorius IV. die 24. Septembris ſufficitur. *Baron.*

Hahtgarius ſeu Halitcharius Cameracenſis Epiſcopus, (qui hortante Ebone Remenſi Archiepiſcopo libellos ſex de remedijs peccatorum & ordine pœnitentiæ conſcripſit) Legatus à Ludouico Pio Conſtantinopolim ad Michaelem Imp. mittitur. Inde rediens SS. Stephani, Coſmæ, Anthimi Nicomedienſis Epiſcopi, & Theodori martyris reliquias ſecum attulit, & in cathedrali baſilica Cameracenſi collocauit:

cauit: vt Baldericus in Chron. lib. 1. cap. 40. narrat. *Anno*

Halitgarij libellos ſupra memoratos edidit Henricus Caniſius tomo 5. Lectionis antiquæ.

Ludouicus Imp. conuentu VVormatiæ habito, *Lotharium* filium in Italiam mittit, & *Bernardum*, Barcinonenſem in Hiſpania Comitem, cubiculo ſuo præficit. Quæ res multas poſtea turbas dedit. 829.

Imperator, VVormatiæ item exiſtens, *Carolo* filio ſuo, ex Iuditha nato, terram Alemannicam & Rhæticam, cum parte Burgundiæ, coram filijs ſuis *Lothario* & *Ludouico* tradidit: qui idcirco ſunt indignati, vt & frater eorum *Pipinus*. Sic ferè Theganus Chorepiſcopus Treuerenſis in vita Ludouici Pij.

In Ludouicum Imp. filij ac proceres Compendij conſpirãt, ob ſuſpicionem adulterij *Iuditha* vxoris illius, cũ *Bernardo* Cubiculario, paulò ante memorato. Quæ conſpiratio tandem ſopita eſt in conuentu Nouiomagenſi. *Ann. Pith.* 830.

S. Fredericus Epiſ. Vltraiectinus apud Friſios 830.

Anno Friſios prædicat contra hæreſim Arianam, qua tunc ea prouincia laborabat.
S. Fredericus. In ſancto opere coadiutor illi *S. Odulphus* presbyter, Orſchoti in Campania Brabantiæ natus, qui Stauriæ, celebri tunc Friſię emporio, monaſterium ędificauit: quod, amotis clericis, Andreas Epiſcopus circa anno 1132. Benedictinis Oſtbrouca euocatis tradidit. Vide Origines noſtras Benedictinas.

831. Ludouicus Imp. Iuditham vxorem Aquiſgrani, ſe purgantem, recipit.

Buno Hirsfeldenſis & Rabanus Abbas Fuldenſis ponunt fundamenta eccleſiæ S. Wigberti Fritiſlarienſis confeſſoris. Ad hunc Bunonem Lupus Seruatus an. 836. ſcripſit vitam eiuſdem S. Wigberti, quam Ioannes Buſæus an. 1602. Moguntiæ edidit.

832. Walcando Epiſcopo Leodicenſi, VI. Idus Aprilis defuncto, Pirardus ſufficitur.

Theodericus Halitgarij in Epiſcopatu Cameracēſi ſucceſſor floret: qui hoc ipſo anno, XVI. Kal. Decemb. ordinationem clericorum fecit in monaſterio Laubienſi. *Baldericus lib.* 1. *cap.* 41.

Hirſau-

Hirſaugiam hoc anno fundatam tradit Lambertus Scafnaburgenſis. *Anno*

S. Anſcharius Bremenſis & Hamburgenſis Epiſcopus, cùm in Flandriam veniſſet, ad monaſterium Thoroltanum, ſibi in vitæ ſubſidium à Ludouico Pio attributum, eodem in loco puerum *S. Rembertum* inuenit, atque in monaſterio Thoroltano inſtituendum curauit. Rectè inſtitutum poſtea comitem habuit, atque in Epiſcopatu ſucceſſorem. Obijt autem Rembertus anno 888. *833.* *S. Rembertus.*

Thorolti, in diœceſi Brugenſi, loco monaſterij, ſupereſt hodie Canonicorum S. Petri collegium, quod poſtea Robertus Friſo, Flandriæ Comes, prædijs auxit. *Thorolt*

Ludouicum Imp. patrem filij oppugnant, atque Imperio ſe abdicare cogunt. Exauctorationis illius Acta exſtant apud Pithæum in XII. Scriptoribus coætaneis. *833.*

Gregorius Papa ad res iſtas componendas Roma in Alſatiam venit, ſed nihil efficere potuit.

Lotharius, Ludouici Pij patris ſui acris perſecutor, fratrũ ſuorum & aliorum

rum

Anno rum fidelium conuentu territus patrem dimittit, & fugit. Relictis item ſedibus ſuis fugerunt *Ieſſe* Ambianenſis, *Heroboldus* Autiſiodorenſis, *Agobardus* Lugdunenſis & *Bartholomæus* Narbonenſis, Epiſcopi, qui Lothario contra patrem adhæſerant. Hildemannus Epiſcopus Bellouacenſis in monaſterio S. Vedaſti detentus, Synodum exſpectauit, *Flodoardus lib. 2. cap. 20.*

834. Ludouicus itaque Imperium recipit, & Lothario filio parcens, eum in Italiam mittit. *Ann. Pith.*

835. Normanni Doreſtadum vaſtant, *Anduuerpiam* ciuitatem, & *VVittham* emporium iuxta oſtium Moſæ fluminis incendunt, & tributum à Friſonibus accipiunt. *Ann. Pithæani.*

Sigebertus in Chronico hæc anno 837. adſcribit, & *Andouerpum* opidum & *VVitlant* emporium nuncupat.

Franciſcus Haræus, in ſuis Brabantiæ Annalibus, ſuſpicatur legendum *VVilitham*, nunc *Geer-Vlitham.*

Anno 635. Synodus habetur Metis in baſilica S. Stephani. Hic Ebo Remorum Archiepiſcopus publicè profeſſus

feſſus eſt Ludouicum Imp. iniuſtè de- *Anno*
poſitum fuiſſe.

Anno eodē apud *Theodonisvillam* Sy- 835.
nodus habetur, in qua idem *Ebo*, tamquam auctor & incentor conſpirationis aduerſus Ludouicum Pium, deponitur Rem fuſe lib. 2. cap. 20. Flodoardus narrat. Synodi ipſius ſeriem, cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum XLIII. qui Ebonem damnarunt, Hincmarus cap. 36. poſterioris operis aduerſus Gotheſcalcum recitat. Inter iudices, quos Ebo ſibi delegerat, fuit & *Theodericus* Cameracenſis Epiſcopus.

Normanni tributum exigentes in 836.
Walcheram inſulam venerunt, ibique *Eggihardum* eiuſdem loci Comitem, & *Zelādiæ*
Hemmingum Halpdani filium, cum alijs *Comes.*
multis XV. Kal. Iulij occiderunt. Doreſtadum iterum vaſtarunt, acceptoque à Friſonibus tributo reuerſi ſunt. *Ann. Pithæani.*

Walacram, *VValcheren*, Comitatus Zelandiæ inſulam primariam, in qua Middelburgū, vrbs hodie Epiſcopalis, an. 838. à Normannis vaſtatam, Sigebertus narrat.

A Zelan-

Anno Hollandi. A Zelandis & Halandis ſeu Holandis, Daniæ populis, qui cum reliquis Normannis ſeu Danis hoc tempore in Germaniam noſtram inferiorem irruperunt, exiſtimo noſtros Zelandos & Hollandos hæc ſua nomina accepiſſe.

Berégarius Dux, Ludouico Pio fidelis moritur. Thegani Treuer. Chorepiſcopi opus De geſtis eiuſdẽ Auguſti, deſinit.

Ieſſe Epiſcopus Ambianenſis in Italia moritur.

S. *Euerardus*, Comes ſeu Marchio, &
837. fundator Abbatiæ Ciſonienſis (quæ eſt Canonicorum regularium in diœceſi Tornacenſi) anno 24. Ludouici Pij Teſtamentum ſuum condidit, lectu digniſſimum, quod nos in Codice donationum cap. 21. publicauimus.

Vxorem is habuit *Giſlam*, eiuſdem Ludouici filiam, ex qua plures vtriuſque ſexus liberos ſuſtulit; inter alios *Berengarium*, qui poſtea Rex Italiæ fuit.

In Ciſonienſi autem monaſterio *Rainardus* Remenſis Archiepiſcopus an. *Ciſoin.* 1129. ordinem Canonicum inſtituit, *Angelone* primo Abbate regulari ibidem collocato.

Opu-

Optima pars regni Francorum *Carolo Caluo* iuueni datur. *Pipinus* Rex Aquitanorum menſe Nouembri moritur, relicto filio ſibi cognomine. *Ann. Pith.* *Anno* 837.

S. Fredericus Epiſcopus Vltraiectinus, Zelandorum Apoſtolus, nobili apud Friſios genere in caſtro Adelenſi prope Franequeram natus, impijs percuſſorum manibus trucidatur, & in Vltraiectina Canonicorum S. Saluatoris baſilica ſepelitur. 838.

Ludouicus Pius, Wormatiæ exiſtens, regnum Francorum inter *Lotharium* & *Carolum* filios ſuos diuidit. Lothario item, qui natu maior erat, dignitatem Imperialem attribuit, *Ludouico* autem Baioariorum prouinciam conceſſit. Inde aſſumpto ſecum Carolo, ad diſponendas Aquitanorum res, in Occidentem ſe contulit. *Ann. Pith.* 838.

Ac *Lothario* quidem pars regni Francorum à Moſa verſus Germaniam, *Carolo* à Moſa verſus Galliam eſt aſſignata.

Ludouicus Rex Baioariæ, partem regni trans Rhenum, quaſi iure ſibi debitam 839.

Anno bitam affectans facto per Alemanniam itinere, Francofurtum venit armatus. Quo comperto pater eius Ludouicus Pius, ex Aquitania veniens, *Drogonem* Archicapellanum & *Adalbertum* Comitem, cum alijs multis præmiſit, ad littus Orientale Rheni tuendum *Ann. Pithæani.* Ipſe vero ſecutus, Paſcha Aquiſgrani celebrauit.

Poſt Paſcha autem, collecto exercitu, filium à finibus regni in Baioariam redire compulit. Maio menſe Imperator ægrotare cepit, & per Mænum fl. nauigio Francofurtũ, & inde in quam-
Lud. Pij mors. dam Rheni fl. inſulam, prope *Ingelheim* delatus, XII. Kal. Iulij diem clauſit extremum, anno Chriſti 840. ætatis ſexageſimo quarto: vt Regino, Flodoardus, Sigebertus & alij rectè ſupputant.

Corpus eius à fratre Drogone Metenſi Epiſcopo, & ſacri palatij Archicapellano, magno cleri ac procerum comitatu, Metas tranſlatum, & in monaſterio S. Arnulfi eſt conditum.

Liberi. Ceterùm Ludouico Pio, ex *Hermengarde* filia Engelrami Comitis (qui fuit nepos Ruthgangi Metenſis Epiſcopi) nati

nari fuere liberi, Anno

LOTHARIVS Imperator.

PIPINVS Rex Vaſconum ſeu Aquitanorum, pater *Pipini* monachi, *Caroli* Archiepiſcopi Moguntini, *Bertæ*, Gerardo Roſſillonio Burgundiæ Comiti nuptæ, & N. nuptæ *Reindardo* ſeu *Regnaudo*, Comiti Ecoliſmenſi.

LVCOVICVS Rex Alemanniæ, & partis Burgundiæ.

Giſla, vxor S. Euerardi Ciſonienſis.

Hildegardis, vxor Theoderici Comitis, vt quidam volunt, Auguſtidunenſis.

Alpais, vxor Begonis Comitis, & Abbatiſſa commendataria monaſterij S. Petri Remenſis, mater *Letardi* & *Ebrardi*.

Ex altera coniuge *Iuditha*, Welfi Comitis Rauensbergenſis filia, Ludouico Pio natus eſt filius CAROLVS cognomento CALVVS, Francorum Rex, ac demum Imperator.

Lotharius, defuncto patre ex Italia in Franciam venit: cui Ebo 840.

X apud

Anno apud Wormatiam occurrit, eiq́ue Lotharius poſt aliquot dies ſedem Remẽſem reſtituit, per edictum Imperiale, quod Flodoardus lib. 2. cap. 20. recitat. Huic edicto ſubſcripſerunt,

Ebo reſtituitur

Drogo Epiſcopus Metenſis.

Otgarius Archiepiſcopus Moguntinus.

Hecti Archiepiſcopus.

Amaluuinus Archiepiſcopus Veſontionenſis.

Audax Archiepiſcopus.

Ioſeph Epiſcopus.

Rodingus Epiſcopus.

Giſelbertus Epiſcopus.

Flotharius Epiſcopus.

Badaradus Epiſcopus.

Hagano Epiſcopus.

Hartgarius Epiſcopus.

Ado Epiſcopus Viennenſis.

Samuel Epiſcopus.

Rambertus Epiſcopus.

Haiminus Epiſcopus Halberſtad.

Rattoldus presbyter.

Amalricus vocatus Epiſcopus Turonenſis.

Actum in *Engilenheim*, palatio publico,

blico, in menſe Iunio, VIII. Kal. Iulij, imperante Lothario Cæſare, anno reuerſionis eius primo, Indictione III. *Anno*

Sicque *Ebo* ſedem Remenſem, poſt ſex annos ſuæ depoſitionis, recepit, & vno circiter anno Epiſcopium tenuit, donec *Carolus*, pulſo Lothario è regno Francorum, ad ſuos eſt reuerſus.

Quod audiens Ebo, relictis Remis, ad Lotharium ſe contulit, & in eius familia manſit; donec vnà, cum Drogone Metenſium Præſule, Romam petijt, vbi à Sergio Papa pallium ſibi tribui poſtulauit, ſed non obtinuit.

Roma digreſſus, Abbatiam ſancti Columbani Bobienſis in Italia, dono Lotharij Imp. poſſedit, donec Legationem in Græciam, ab eodem ſibi commiſſam, exequi detrectauit. Quocirca rebus, quæ ipſi à Lothario datæ fuerant, ablatis, ad *Ludouicum* Germaniæ Regem ſe tranſtulit. A quo Hildesheimenſis Epiſcopus eſt conſtitutus: vbi & obijt anno 851. aut circiter. De eodem plura Flodoardus lib. citato, & Crantzius lib. 1. Metrop. cap. 30. *Ebo moritur.*

Anno Lotharius porrò Wormatia digreſſus, cum exercitu Aquaſgrani venit, & Imperium occupat, *Ludouico* fratri Bauariam, & *Carolo* Aquitaniam ſolummodò relinquens.

841. Exinde tres fratres, in regione Alcedronenſi, iuxta villam Fontaniacum conuenientes, cùm in partiendo regno conuenire non poſſent, cruento inter ſe prælio VII. Kal. Iulij concurrerunt. Lotharius victus Aquaſgrani ſe recepit, vbi nuptias filiæ ſuæ celebrauit: Ludouicus & Carolus caſtris ſui fratris ſunt potiti.

Hoc ipſo anno *Adalbertus* Comes, Lothario adhærens, à Ludouico in Retinenſi territorio cæſus, III. Idus Maij occubuit. *Herm. Contractus in Chron.*

842. Anno ſequenti Lotharius, reparato exercitu, pugnans XVII. Kalend. Aprilis, iterum à fratribus vincitur. Armis poſtea poſitis, Miſſi eorum in Confluente caſtello conuenerunt: ſed cùm in partitione regni conuenire non poſſent, dilato in aliud tempus placito, ſinguli ad ſua reuertuntur. *Ann. Pith.*

De

Deſcripto à primoribus regno, & in tres partes diuiſo, apud *Virdunum* tres fratres Reges conuenientes, regnum inter ſe diſpertiunt. *Ludouicus* Orientalem partem, *Carolus* verò Occidentalem accepit: *Lotharius* mediam inter eos ſortitus eſt portionem. *Ann. Pith.* Anno 843.

LVDOVICO itaque ad Orientem ceſſit Germania omnis Tranſrhenana, cum paucis aliquot cis Rhenum vrbibus, Moguntia, Spira, & Vormatia, propter vini copiam.

CALVO ad Occidentem Gallia obuenit, non vniuerſa, ſed quidquid eius ab Oceano hinc ad Moſam & Scaldim, inde Rhodanum & Ararim porrigitur.

LOTHARIVS Imp. reliquas Galliæ prouincias, quæ inter Moſam, Scaldim & Rhenum, quæque inter Rhodanum, Ararim & Alpes ſitæ ſunt, cum Italiæ regno ſortitus eſt. Ita ex vno triplex Francorum regnum eſt factum: omnes enim Francorum Reges appellabantur.

Anno 4. Caroli Calui Galliæ Regis, 843.

 Indi-

Anno Indictione ſexta, conuentus eſt habitus in villa Colonia, *Couleines*, prope Cenomanos, conſenſu *VVarini* & aliorum procerum. Capitula huius conuentus leguntur in Capitulis Caroli Calui, à Iacobo Sirmondo an. 1623. Lutetiæ editis: ſuntque eadem poſtea in Synodum Meldenſem tranſlata; in qua etiam nunc leguntur apud Binium in tomis Conciliorum.

Sub huius anni finem *Gregorius* Papa obijt: cui anno proximè ſequenti, die 10. Februarij *Sergius* ſucceſſit. *Baron.*

Saraceni ſeu Mauri Beneuentum in Italia occupant, Capuam incendunt, & annis ferè triginta varias Italiæ clades inferunt, Ducibus Beneuentanis inter ſe bello ciuili decertantibus.

Carolus Caluus Aquitaniam, quaſi ad partem regni ſui pertinentem, *Pipino* nepoti ſuo eripere conatur, ſed vincitur non ſemel.

844. Anno 844. Lotharius Imp. filium ſuum *Ludouicum*, vnà cum patruo ſuo *Drogone* Romam mittit, vt is qui iam à patre Cæſar & Rex Italiæ creatus fuerat, Auguſti nomen atque inſignia à Ser-

à Sergio Pontifice impetraret. Qua de re legi poterunt Ado Viennenſis, qui hoc ſæculo floruit, & Anaſtaſius Bibliothecarius. Anno

Annò quinto regni Caroli Calui 844. Indictione ſeptima, menſe Octobri in loco qui dicitur *Iudicium*, haut procul à Theodonis ſeu Theudonis villa, Synodus habetur, cui *Lotharius* Imperator, *Ludouicus* Germaniæ & *Carolus* Galliæ Reges, fratres, interfuerunt. Huic Synodo præſedit *S. Drogo* Metenſis Epiſcopus, qui honos illi habitus eſt, aut vt Vicario Sedis Apoſtolicæ trans Alpes per Sergium II. Papam conſtituto, aut vt patruo à nepotibus. Erat enim Caroli Magni filius naturalis, vt ſupra diximus. Capitula huius Synodi exſtant apud Sirmondum.

Villa porrò Iudicium priſci nominis veſtigia retinet, & vulgò *Iuditz* vocatur. Theodonis villa, Gallis *Thionville*, Germanis *Ditlenhoue*, opidum nunc eſt Ducatus Luxeburgenſis ad Moſellam.

Carolus *Bernardum*, Barcinonenſem Ducem, incautum & nihil ſuſpican-

Anno tem occidit. Pipini duces Caroli Calui exercitum, prope Toloſam ſuperant VII. Idus Iunij: in quo prælio cecedit *Hugo* Abbas, cognomento *Magnus*, patruus Caroli. *Ann. Pith.*

Ceterùm HVGO, Ludouici Pij ex Regina concubina filius, Vedaſtini, Bertiniani, & aliorum monaſteriorum Abbas commendatarius fuit, pro more illius æui. Idem Dux Burgundiæ, *Hugo. I.* non quidem hereditarius, ſed titularis, vt vocant exſtitit. Nam etſi filij plerũque parentibus illa ætate in Ducatibus ac Comitatibus ſuccederent, conſtat tamen eos, arbitro Regum, amoueri ac priuari potuiſſe. Quod in vſu fuit ad annum vſque 980. aut 1000. plùs minùs: quò tempore eæ dignitates cœperunt eſſe perpetuæ atque hereditariæ.

Idem Hugo ex coniuge ſua (cuius nomen ignóratur) duas filias reliquit. Harum prior N. nupſit *Roberto Forti*, Aurelianenſium & Andegauenſium Comiti, cuius poſteri Ducatum Burgundiæ vſque ad tempora Roberti II. Regis tenuerunt.

Altera filia *Petronilla*, Tertullo viro nobili

nobili nupta, mater fuit *Ingergeri* Co- *Anno*
mitis Gaſtineſij.

Robertus porrò Fortis Eudoni (qui fuit frater Guilelmi Comitis Bleſenſis) in Comitatu Aurelianenſi ſucceſſit, & an. 867. in prælio contra Normannos perijt. Liberi ei fuere,

HVGO II. cognomento *Magnus*, & *Abbas*, Dux Burgundiæ, Comes Aurelianenſium & Andegauenſium. *Hugo II.*

Eudo Comes Pariſienſis, Dux Guiennæ & Burgundiæ, ac demum Rex Franciæ.

Robertus, dictus Abbas, Comes Aurelianenſis & Pariſienſis, Dux Burgundiæ, ac demum Rex Franciæ.

N. mater *Adelelmi* militis fortiſſimi, ex *Emenone* Comite Engoliſmenſi, vt putatur.

Hugo II. monaſterij S. Martini Turonenſis & aliorum Abbas commendatarius exſtitit, ac demum an. 887. Aureliæ ſine liberis obijt, in templo S. Germani Autiſiodorenſis conditus.

Hugoni fratri ſuo defuncto EVDO

Comes

Anno Comes Pariſienſis in Comitatu Aure-lianenſi ac Ducatu Burgundiæ ſucceſſit, & an. 888. Regem Franciæ nominari ac coronari ſe permiſit. Obijt demùm Feræ Kalendis Ianuarijs, in monaſterio S. Dionyſij prope Lutetiam inter Reges ſepultus, nulla prole relicta.

Eudoni defuncto frater ROBERTVS, cognométo *Abbas*, in Comitatibus alijſque dignitatibus ſuffectus, an 922. ad regnum ſimiliter euectus eſt, & ab Herueo Archiepiſcopo Remenſi coronatus; *Herberto* Veromanduorum Comite & alijs proceribus id procurantibus, in odium *Caroli Simplicis* & *Haganonis* in aula regia gratioſiſſimi. Perijt Robertus an. 923. in prælio apud Sueſſiones: cui ex *Beatrice* coniuge liberi fuere,

Hugo III. HVGO III. cognomento Magnus & Abbas, Comes Pariſienſis & Aurelianenſis ac Dux Burgundiæ.

Hildebrantis vxor Herberti Veromanduorum Comitis, quæ illi peperit *Herbertum* ſimiliter Veromanduorum Comitem, & ſecundum maritum Ogiuæ, viduæ Caroli Regis, *Eudonem* Vienen-

ńenſem, *Adalbertum* Veromanduorum Comitem, poſt Herberti fratris obitum, & Abbatem commendatarium Montis S. Quintini, *Robertum* Comitem Trecenſem, *Hugonem* Archiepiſcopum Remenſem, & *Athalam* ſeu *Adelam* Arnulfo Magno Flandriæ Comiti nuptam. *Anno*

Emma, vxor Rudolfi ſeu Radulfi Ducis Burgundiæ, ac demum Regis Franciæ.

Hugo, cognomento *Albus*, patri ſuo Roberto in omnibus dignitatibus, excepto regno, ſucceſſit, & *Ludouicum*, Caroli Simplicis filium ex Anglia euocatum, ad regnum euexit, obijtque an. 955. ad S. Dionyſium ſepultus. Ex *Hadeuinda*, Othonis I. Imp. ſorore, ei fuere liberi,

Hugo Capetus Rex Franciæ.

Otho Dux Burgundiæ.

Eudo Dux Burgundiæ.

Henricus Magnus, Dux Burgundiæ.

Beatrix, vxor Frederici Lotharingiæ Ducis, & mater Theoderici pariter Ducis.

Emma

Anno *Emma* vxor Richardi I. Normanniæ Ducis.

Habuit idem Hugo & filium naturalem *Heribertum*, pòſt Epiſcopum Autiſiodorenſem.

De his fuſiùs Andreas Quercetanus in ſua Burgundia, itemque Scæuola & Ludouicus Sammarthani fratres in Genealogia Regum Franciæ,

844. Anno 844. quinto regni eiuſdem Caroli, menſe Decembri, Indictione VII. in Verno palatio Concilium eſt habitum, cui *Ebroinus* Pictauienſis, *VVenilo* Senonenſis, *Ludouicus* S. Dionyſij Abbas, & *Hincmarus* pòſt Remenſis Epiſcopus, interfuerunt.

845. Anno ſexto regni Caroli Calui, menſe Aprili, Indictione VII. Bellouacenſis Synodus eſt habita, à Sirmondo edita: cui interfuerunt,

Wenilo Senonenſis Archiepiſcopus.
Erchanradus Pariſiacẽſis Epiſcopus.
Immo Nouiomagenſis ac Tornacenſis.
Rothadus Sueſſionenſis,
Simeon Laudunenſis,
Lupus Catalaunenſis,

Ragè-

Ragenarius Ambianenſis, *Anno*
Helias Carnutenſis,
Erpoinus Siluanectenſis,
Agius Aurelianenſis,
Hincmarus presbyter & vocatus Archiepiſcopus Remenſis.

Hi omnes Synodo etiam Pariſienſi anno proximè ſequenti interfuerunt, & priuilegio monaſterij Corbeienſis, quod cum Ratberti Abbatis operibus editum legitur, ſubſcripſerunt.

Epiſcopis porrò apud Bellouacos congregatis, an. 845. Hincmarus, ex S. Dionyſij monacho, electus eſt Remorũ Archiepiſcopus: vt Flodoardus in Hiſt. Remenſi lib. 3. cap. 1: fusè narrat. 845. *Hincmarus.*

Normanni regnum Caroli vaſtantes per Sequanam Pariſios vſque veniunt: ſed tam ab ipſo, quàm à terræ incolis accepta pecunia copioſa, diſcedunt. In Friſia quoque tribus prælijs conflixerunt, primùm victi, pòſt ſuperiores effecti. In Saxonia caſtellum *Hammaburg* populati, nec inulti reuerſi ſunt. 845.

Ludouicus Germaniæ Rex XIV. Duces Boemanorũ cum ſuis baptizari iuſſit. Sic *Annales*: quæ omnia Sigebertus

ad

Anno ad annum ſequentem refert.

846. S. Folcoinus ſeu Fulcuinus Epiſcopus Morinenſis floret: quod conſtat ex Corbeienſis monaſterij priuilegio, cui an. 846. cùm reliquis Epiſcopis, in Synodo Pariſienſi ſubſcripſit.

Giſalbertus, Caroli vaſallus, Lotharij Imp. filiam rapit, & in Aquitaniam profectus, in coniugem accipit. *Ann. Pith.*

846. Mauri his temporibus Romam verſus cum exercitu venientes, cùm non poſſent in Vrbem irrumpere, eccleſiam S. Petri vaſtauerunt. *Ann. Pith.* Leo Oſtienſis hanc ipſam & alias Saracenorum deprædationes tunc factas, Caſſinenſis item cœnobij miraculoſam ab ijs liberationem, naufragium denique, quod ijdem in Africam redeuntes, SS. Petro & Benedicto ipſis in mari terribiliter apparentibus, paſſi ſunt, commemorat. Naufragij eiuſdem meminit & Anaſtaſius.

846. Anno 846. *VVenilo* Senonenſis, *Guntboldus* Rotomagenſis, *Vſmarus* Turonenſis, *Hincmarus* Remenſis, *Amalo* ſeu *Amulus* Lugdunenſis, Archiepiſcopi, ſinguli

guli cum Suffraganeis ſuis, Synodos ce- *Anno*
lebrant, & Capitula edunt. Ex quibus
ſunt excerpta ea Capitula, quæ iuſſu
Caroli Calui in villa *Sparnaco* ad Matro-
nam. fl. in diœceſi Remenſi, ſunt rele-
cta, & à Sirmondo edita.

Otgarius Moguntiacenſis Epiſco- 847.
pus XI. Kal. Maij obijt: in cuius locum
Rabanus Maurus V. Kal. Iulij eſt ordina-
tus: qui eodem anno, petente Ludo-
uico Rege, apud Moguntiacum ſyno-
dum habuit circa Kal. Octobris. *Ann. Pith.*

Sergius Papa die 12. Aprilis moritur, 847.
& *Leo IV.* eodem die ſufficitur. Is tribus *Leo IV.*
claſſibus Neapolitana, Amalphitana,
Caietana, quæ Vrbi ſubſidio venerant,
an. 849. fretus, Romanas copias, nul-
la re magis, quàm diuinis myſterijs ar-
matas, in Mauros ſeu Saracenos immi-
ſit: & pij pieque adminiſtrati belli felix
exitus fuit. Nauali pugna Saracenis ad
Oſtia Tiberina ſuperatis, victoria in-
ſignis eſt relata, quæ Populo Rom. an-
tiquam naualis triumphi ſpeciem tri-
buit.

Inde Pontifex S. Petri ædem, re-
fectis

Anno fectis argenteis valuis, quas hoſtes abſtulerant, magnificè exornauit, & vt in poſterum tuta ab incurſionibus foret, mœnibus circumdidit. Noua vrbs Leonina à conditoris nomine appellata, & an. 852. die 27. Iunij ſolemni ritu Deo dicata. Vide Anaſtaſiũ, qui eo tempore Romæ vixit, & Baronium.

Merſen Apud Marſnam, prope Traiectum Moſæ anno 847. menſe Februario conuentus habetur, per *Lotharium* Imperatorem, *Ludouicum* Germaniæ & *Carolum Caluum* Franciæ Reges, fratres. Capitula huius conuentus exſtant in noſtro Codice donationum cap. 15.

Marſna, ſiue vt Regino Prumienſis in Chronico an. 869. vocat, Marſana, hodie *Merſen*, primo lapide à Traiecto Moſæ, olim in Leodicenſi, nunc in Ruremundenſi diœceſi ſita, regium olim palatium habuit: quod *Gerberga* Francorum Regina, vnà cum villa ac prædijs adiunctis, an. 968. dono dedit monaſterio S. Remigij Remenſis: vt conſtat ex eiuſdem diplomate, quod in eodem noſtro Codice reperies.

848. Godeſcalcus presbyter, de Prædeſtinatione

ratione Dei praue ſentiens, & tam bonos ad vitam, quàm malos ad mortem perpetuam ineuitabiliter à Deo prædeſtinatos eſſe affirmans, in conuentu Epiſcoporũ apud Moguntiacum conuincitur, & ad proprium Epiſcopum *Ingumarum* Remos tranſmittitur. Sic *Ann. Pithæani* hoc anno, & Sigebertus proximè ſequenti. Notet autẽ Lector, maximè dãnari illud, quod dixerat, *Ineuitabiliter*: nam omnino per cauſas liberas ſeu Prædeſtinatio ſeu Reprobatio effectus ſuos ſortitur, atque ita nullo modo, quod Godeſcalcus volebat, ineuitabiliter. *Anno*

Godeſcalci errorem ſiue hæreſim annis ſuperioribus Caluiniani, ac præſertim Gomariſtæ in Batauia ab inferis reuocarunt: contra quos multi præſtantes Theologi ſcripſerunt. *Gomariſtæ.*

Boemani, more ſolitò, fidem mentientes, contra Francos rebellant. 849.

Tullenſem Synodum apud Saponarias anno 859. habitam fuiſſe, ſcribit Baronius, cuius & Acta, antea non edita, primus in lucem attulit,

Rorıc natione Nortmannus, qui

Anno temporibus Ludouici Pij, cum fratre *Harioldo*, vicum *Doreſtadum* iure benefi-
VVyck te Dur ſtede. cij tenuit, poſt obitum Imperatoris, defuncto fratre, apud Lotharium de proditione accuſatus, in cuſtodiam miſſus eſt. Vnde fuga elapſus, in fidem Ludouici Germaniæ Regis veniens, annis aliquot inter Saxones, qui Normannis confines ſunt, vixit, collectaque Danorum non modica manu, cæpit piraticam exercere, & loca regni Lotharij, Septemtrionalis Oceani littoribus contigua vaſtare. Denique per oſtia Rheni venit Doreſtadum, opidumque illud occupauit ac poſſedit. Ex quo cum à Lothario, ſine periculo ſuorum, non poſſet expelli, legatis mediantibus, in fidem receptus eſt, ea conditione, vt tributis, ceteriſque negotijs ad Regis ærarium pertinentibus inſeruiret, & piraticis Danorum incurſionibus obſiſteret. *Ann. Pith.*

Eodem anno Normanni, *Godefrido* Duce, per Sequanam aſcendentes, regnum Caroli prædantur. Carolus Godefridum, cum ſuis, in regni ſocietatem ſuſcipit, & terram eis ad inhabitandum

tandum delegat. *Ann. Pithœani.* Ea pars *Anno*
Galliæ hodie Normannia vocatur.

Pipinus iunior Aquitaniæ Rex in pa- 851.
trui Caroli Calui poteſtatem venit, & in Sueſſionenſe S. Medardi monaſterium, frater verò eius *Carolus* in Corbeienſe detruditur. Annales Pithoeani & Regino id anno 581. adſcribunt; Sigebertus anno ſequenti.

Idem Pipinus, duorum monachorum *Aquitania regnum deſinit.* opera, è monaſterio poſtea elapſus eſt, eodem Reginone teſte. Hincmarus addit, ipſum in illa ſua fuga ſeſe paganis, ideſt, Normannis ſociaſſe, atque illegitimas & incæſtas nuptias iniiſſe. Sed è fuga tandem retractum, caſtroque Sil- *Senlis.* uanectenſi ad cuſtodiam denuò incluſum, Regino idem narrat. Cuius hiſtoriæ contextum hoc loco apud Reginonem deprauatum, ex ms. codice S. Arnulfi Metenſis, rectè reſtituit Sirmondus, in ſuis Notis ad Capitula Caroli Calui.

Anno 851. tres fratres, Reges, *Lo-* 851.
tharius, *Ludouicus* & *Carolus*, in Marſna ſecus municipium Traiectum, *Maeſtricht*, ſecundò conuenerunt, & con-

Anno ſenſu Epiſcoporum & aliorum fidelium Capitulis octo ſubſcripſerunt, ſeque ac ſuos eá perpetuè conſeruaturos promiſerunt. Exſtant apud Sirmondum tit. 8. in Capitulis Caroli Calui.

Ebo, ex Remenſi Archiepiſcopo, Hildesheimenſis in Germania Epiſcopus, hoc ipſo anno moritur Hildeshemij. Alij ad an. 854. eius obitum referunt.

852. Theodericus Cameracenſis Epiſcopus corpus S. Vedaſti inuenit Atrebati, & ad facilem tranſlationem in theca collocat, propter crebras Normannorum incurſiones. *Chron. Camerac.*

852 Apud Maguntiacum, præſidente Rabano, eiuſdem vrbis Archiepiſcopo, cum omnibus Epiſcopis atque Abbatibus orientalis Franciæ, Baioariæ & Saxoniæ, Synodus habetur: & illi quidem de abſoluendis quæſtionibus eccleſiaſticè tractatum habebant, Ludouicus verò Germaniæ ac Baioariæ Rex cum Principibus & Præfectis prouinciarum, publicis cauſſis litibuſq; componendis inſiſtebat. *Ann. Pith.*

Anno 853. VI. Kal. Septembris Indictione

dictione I. apud Vermeriam palatium regium, hodie Verberiam, ad Iſaram fl. non procul à Compendio Picardiæ opido Synodus habetur: cui, interfuerunt. *Anno*

Wenilo Senonenſis,
Hincmarus Remenſis,
Paulus Rotomagenſis,
Amalricus Turonenſis,
Teutboldus Lingonenſis,
Pardulus Lugdunenſis ſeu Laudunenſis.
Hucbertus Meldenſis,
Anſegaudus Abrincenſis,
Rothadus Sueſſionenſis,
Immo Nouiomagenſis ſeu Tornacenſis,
Hilmeradus Ambianenſis,
Irminfridus Bellouacenſis,
Erpoinus Siluanectenſis,
Baltfridus Baiocaſſenſis,
Guntbertus Ebroicenſis,
Eirardus Luxouienſis,
Erloinus Conſtantienſis in Normannia,
Hildebrannus Sagienſis,
Godelſadus Cabillonenſis,

Anno Ionas Æduenſis ſeu Auguſtidunenſis,

Braidingus Matiſconenſis,

Agius Aurelianenſis.

Fuit & alia Synodus apud Vermeriam ſeu Vermeriacum palatium an. 870. habita: de qua ſuo loco agemus.

853. Normanni, per Ligerim fl. venientes, Turonenſem vrbem prædantur, & inter alias eccleſiam S. Martini ſuccendunt. *Ann. Pith.*

Sueſſionenſis Synodus ab Hincmaro Archiepiſcopo Remenſi habetur, cui inter alios *Theodericus* Cameracenſis, & *Emmo* Nouiomagenſis ac Tornacenſis, Epiſcopi interfuerunt. *Baron.*

853. Haimo Halberſtadienſis Epiſcopus V. Kal Aprilis defungitur: in cuius locum Hildigrimus Epiſcopus ordinatur. *Ann. Pith.*

853. Anno eodem, menſe Nouembri, Lotharius Imp. & Carolus Caluus Francorum Rex apud *Valentianas*, Hanoniæ vrbem, ad Scaldim, conuentum habuerunt, & Capitula nonnulla publicarunt, à Sirmondo edita.

Erant

Erant autem tunc Valentianæ in ditione Lotharij, vtpote nobis Brabantis cis Scaldim poſitæ: ſed poſtea, in Diuiſione regni Lotharij iunioris, Carolo Caluo ceſſerunt, cum pago Cameracenſi. *Anno*

Carolus Caluus in *Siluaco*, villa regia pagi Laudunenſis, an. 853. menſe Nouembri, Capitula XIII. edidit, & per regnum ſuum à Miſſis ſuis annuntiari & obſeruari præcepit, ſed & Miſſos ſuos, ſicut ſequitur, per regnum ſuum ordinauit.

Miſſi & Pagi per miſſaticos à Carolo Caluo ordinati in Siluaco villa.

H*Incmarus* Epiſcopus Remenſis, *Ricuinus*, *Engiſcalcus*, Miſſi in Remtiano ſeu Remenſi pago, Vongiſo, Stadiniſo, Pertiſo, Barriſo, Camiziſo, Catalaunio, Virtudiſo, Baganſoniſo, Tardaniſo.

Pardulus Epiſcopus Lugdunenſis ſeu Laudunenſis, *Altmarus*, *Teodacrus*, Miſſi in

Anno in Laudunifo, Portiano, Sueſſonico, Vrciſo & Vadiſo.

Immo Epiſcopus Nouiomagenſis ac Tornacenſis, *Adalardus* Abba Vedaſtinus, *VValicaudus*, *Odelricus*, Miſſi in Nouiomiſo, Vermendiſo, Adertiſo, Curtriciſo, Flandra, Comitatibus Engilramni, & in Comitatibus Waltcaudi.

Folcoinus Epiſcopus Teruanenſis ſeu Morinenſis, *Adalgarius*, *Engiſgalcius*, & *Berengarius*, Miſſi in Comitatu Berengarij, Engiſcalchi, Gerardi, & in Comitatibus Reginarij.

Hludouuicus Abba S. Dionyſij, *Irminfridus* Epiſcopus *Bellouacenſis*, *Ingiluuinus*, *Gotſelmus*, Miſſi in Pariſiaco, Melciano, Siluanectenſi, Vircaſino, Bellouacenſi, & Vindoiliſo.

Paulus Epiſcopus Rotomagenſis, *Hilmeradus* Epiſcopus *Ambianenſis*, *Herloinus*, *Hungarius*, Miſſi in Rotmenſi, Tellau, Vitnau, Pontiu, Ambianenſi.

Eirardus Epiſcopus Luxouienſis, *Theodericus* Abba, *Herloinus*, *Hardoinus*, Miſſi in Abrincato, Conſtantino, Bagiſino, Coriliſo, Otlingua Saxonia, & Har-

Harduini, Oxmiſo, & in Liſuino. *Anno*

Dodo Epiſcopus Andegauenſis, *Hrobertus* & *Osbertus* Miſſi in Cenomannico, Andegauenſi, atque Turonico, Corboniſo, & Sagiſo.

Burchardus Epiſcopus Carnutenſis, & *Hrodulfus*, & *Heinricus* Abba, Miſſi in Bleſiſo, Aurelianenſi, Viſduſniſo, Carentino, Durcaſino, Duniſo, Ebricino, Stampiſo, Caſtriſo, Pinceſiſo, Madreciſo,

VVenilo Epiſcopus Senonenſis, *Odo*, & *Donatus*, Miſſi in pago Senonico, Trecaſſino, Vuaſteniſo, Miliduniſo, Moruiſo, Prouiniſo, & in tribus Arciſiſis, & in duobus Brioniſis.

Teutboldus Epiſcopus Lingonenſis, *Ionas* Epiſcopus Auguſtidunenſis, *Iſembardus*, & *Abbo* Abba, *Daddo*, Miſſi in Comitatibus Milonis, & in Comitatibus Iſembardi, Auguſtiduno ſcilicet, Matiſconenſi, Diuionenſi, Cabillono, Hattuarijs, & in Tornedriſo, & in Belniſo, & in Duſmiſo, Comitatu Attelæ, & in Comitatu Romoldi.

Hugo, *Gozſo*, *Niuilungus*, Miſſi in Niuerniſo, Alciodriſo, Avaliſo.

Cete-

Anno

Ceterùm notet hîc Lector, Miſſos & Pagos olim per miſſaticos ſeu miſſatica fuiſſe ordinatos ac diſtributos. Miſſi hodie vulgò *Commiſſarij* nuncupantur.

Miſſi,

Dominici.

Erãt autem varij generis Miſſi. Miſſi Dominici dicebantur, quos Princeps extra ordinem in diuerſas regni partes ad iuſtitias faciendas (ſic enim loquebantur) cum ampliſſima poteſtate mittebat aut conſtituebat.

Diſcurrentes.

Miſſi diſcurrentes dicebantur, qui in prouincias ad certum aliquod negotium mittebantur: iure ſic dicti, quod in miſſaticis ſuis non ſubſiſterent (ſicut maiores Miſſi Dominici, qui ad iuſtitias faciendas erant conſtituti) ſed impoſitum munus celeriter obirent, eoque perfuncti, regrederentur.

Miſſatici.

Miſſaticos ſeu Miſſatica vocabant regiones tractuſque prouinciarum, per quos Miſſorum Dominicorum legatio & poteſtas porrigebatur. Hi miſſatici pro arbitrio Principum maiores aut minores inſtitui ſolebãt, ſemper tamen ampliſſimi erant, & plures pagos comitatuſque continebant.

In hac porrò legatione Carolus Caluus

uus regnum ſuum vniuerſum (excepta *Aquitania*, quæ tunc ſeorſim regebatur, & *Britannia Armorica*, quæ auctore Nomenoio rebellarat) in duodecim regiones ſeu miſſaticos diſtribuit; atque in his duodecim Miſſorum dominicorum collegia conſtituit: quorum ſingula, vt mos erat, Epiſcopum vnum alterumue, aut ſimul etiam Abbatem, & Comitem vnum, pluresue deſignatos habuerunt. *Anno*

Comites autem erant Iudices totius pagi, ſed Vicecomites nonniſi ciuitatis. *Comites*

Pagus verò Comitis, id eſt, Comitatus, Gallicè *Pays*, & *Conté*, diuidebatur in *Vicarias, Centenas, & Decanias*, in quibus iudices erant Vicarij, Centenarij, noſtratibus *Honderſte-man*. Decani.

Ceterùm Caroli M. ac ſucceſſorum ætate, Comites, Marchiones, ac Duces non erãt hereditarij aut perpetui, ſed regendis regni prouincijs ad tẽpus præficiebantur, & ad nutũ amoueri poterãt.

Id liquet ex quinto Aimoini lib. cap. 1. vbi ſic loquitur: *Ordinauit autem Carolus Magnus, per totam terram Aquitaniæ, Comites Abbatesq́, nec non alios plurimos,*

quos

Anno *quos Vaſſos vulgò vocant, ex gente Francorum, quorum prudentia & fortitudini, nulla calliditate, nulla vi obuiare fuerat tutum, eiſq́, commiſit curam regni, prout vtile iudicauit, finium tutamen, villarumque ruralium prouiſionem. Bituricæ ciuitati primò* Humbertum, *paulò pòſt* Strumium *præfecit Comitem: porrò Pictauis* Abonem, *Petragorijs* Widbodum: *Sed & Aruernis* Iterum, *nec non VValahiæ* Bulum: *ſed Toloſæ* Corſonem, *Burdegalis* Seguinum, *Albienſibus* Haimonem.

Hoc accidit an. ſeptingenteſimo nonageſimo tertio. Ea porrò verba *(paulò pòſt Strumium)* demonſtrant, iſtas dignitates & præfecturas fuiſſe temporarias & non perpetuas.

In tertio Miſſatico, vt breuiter id addam, nobis Belgis notandi ſunt pagi, Nouiomiſus, id eſt, Nouiomenſis, *Noyonnois*, Vermendiſus, id eſt, Veromanduenſis, *Vermandois*, Adertiſus, id eſt, Atrebatēſis, *Artois*, Curtriciſus, id eſt, Cortracenſis, *Courtray*, Flandrenſis, *Flandres*.

Cortoriacenſium fit & mentio in Notitia Imperij, vt ſupra oſtendimus.

FLAN-

FLANDRÆ ſeu *Flanderes* & Ludouicus Pius Imp. meminit in Diuiſione regni inter filios ſuos Pipinum, Ludouicum & Carolum, quæ apud Pithæum exſtat. *Anno Flandra.*

Anno 854. menſe Iunio *Lotharius* Imp. & *Carolus Caluus* colloquium habuerunt in *Attiniaco* palatio, ad Axonam fl. in diœceſi Remenſi, & poſtea apud *Leuditum* ſeu Leodicum. His colloquijs *Ludouicus* Germaniæ Rex non interfuit. Cauſſam Annales Pithœani in geſtis anni 853. & 854. narrant; nimirum quod poſt Gosberti Comitis interitum, quem Carolus Caluus iuſſerat occidi, inſtigatus & ad rem regni Aquitaniæ euocatus ab illius propinquis per legatos fuiſſet Ludouicus miſſuque in Aquitaniam à patre Ludouicus filius, vt periculum faceret. Sed cùm à ceteris non ſuſciperetur, is re infecta ad patrem redijt. 854.

Normanni, qui annis XX. regni Francorum fines, per loca nauibus acceſſibilia, cædibus, incendijs ac rapinis crudeliter vaſtauerant, in patriam reuertuntur. Ibi inter *Horuc* Regem Danorum, 854.

Anno norum, & *Guduim* filium fratris eius, orta contentione, ſe mutua cæde mactarunt, Domino ſuorum iniurias vlciſcente, & aduerſarijs digna factis retribuente. *Ann. Pith.*

854. Horum temporum rebus geſtis indocti quidam, & malè feriati homines fabulam de *Ioanna Papiſſa* inſeruerunt, apud Sigebertum Gemblacenſem, Marianum Scottum, & Martinum Polonum. Inſeruerunt, inquam: nam ipſi Chronicorum auctores nihil tale vmquam ſcripſerunt aut ſomniarunt.

Ioanna Papiſſa exploditur.

De *Sigeberto* id certò mihi conſtat: eius namque exemplar autographum Gemblaci in Brabantia noſtra (vbi monachum egit) etiamnum exſtat: ad cuius fidem Chronicon Sigebertinum ego contuli, & anno 1608. typis Antuerpiæ publicaui. Vſus item ſum Aquiſcinctino, Affligemenſi ſeu Lipſiano, & Orteliano codicibus manuſcriptis: in quibus nihil prorſus de Ioanna illa femina ſcriptum repperi.

Quod ad *Marianum Scottum* attinet, Chronicon eius in pargameno, charactere vetuſtiſſimo, ipſius Sigeberti ætate, vt

te, vt exiſtimo, exaratum in bibliotheca Gemblacenſi exſtat, cuius mihi copiam *Ludouicus Sombechus*, illius loci Abbas fecit, quodque publici iuris aliquando faciam, ſi Deus vitam dederit. In eo nulla Papiſſæ mentio. *Anno*

Martinum Polonum nihil tale ſcripſiſſe teſtatur N. vir eruditus ord. Præmonſtratenſis, qui illius Chronicon cum manuſcriptis collatum Coloniæ Agrippinæ annis ſuperioribus edidit. Ex quibus liquet, Sigebertum, Marianum, & Martinum Polonum, tamquam fabulæ huius auctores & adſertores à Baronio alijſque iniuſtè accuſari.

Ceterùm pro veritate ipſa explicāda illud ſuffecerit, *Anaſtaſium* Bibliothecarium, *Adonem* Viennenſem Epiſcopum, *Reginonem* Prumienſem, & alios huius æui ſcriptores monſtrum illud prorſus non nouiſſe. Qui quidem omnes vno ore illud velut explodūt, cùm *Leoni* Papæ *Benedictum* immediatè ſubnectunt.

Anaſtaſij verba ſunt iſta: *Hic Benedictus ob ſanctitatem vitæ, mortuo Leone, vnus dignus ſucceſſor habitus eſt.*

Ado

Anno Ado in Chronico ſuo ſic loquitur: *Pontifex Gregorius moritur, atque eius loco Sergius ordinatur. Illo defuncto, Leo ſuccedit. Quo obeunte Benedictus in Sede Apoſtolica ſubſtituitur.*

Conformiter loquuntur *Regino Otho* Friſingenſis, *Lambertus* Scafnaburgenſis, & *Conradus* Lichtenauius: quorum nulli monſtrum hoc innotuit, vt nec *Aimoino* aut *Flodoardo*, illuſtribus vicinorum temporum ſcriptoribus.

854. De hac re quid *Iuſtus Lipſius*, noſter olim Louanij præceptor, ſenſerit libet apponere. Is in epiſtola ad Franciſcum Swertium an. 1595. V. Kal. Martij data, cuius autographum adſeruo, ſic ſcribit. *De quæſtiuncula, quod petis, ſuper Pontifice Ioanna femina, vt nugantur, vides quid ſentiam, cum appello nugas. Reuera fabella eſt, haud longè ab audacia & ineptijs poëtarum. Vis clarè tu, & conſortes illi rem videre? adite librum Gallicè nuper ſcriptum, & editum Burdigalis, auctore Florimundo Ramũdo, Conſiliario Regio; qui totus eſt in hoc argumẽto. Auctor ipſe ad me miſit, & ita plenè omnia exſecutus eſt, vt nobis nihil reliqui ſit, præter credere & adſentiri.*

Ræmun-

Ræmundi ipſius liber contra errorem popularem de Papiſſa Ioanna, ex Gallico Latinè redditus, eſt in omnium manibus: quem, vnà cum Baronij Annalibus legat, plura qui volet. *Anno*

Anno 855. Lotharius Imp. regnum inter filios tres diſtribuit: Ludouico *Italiam* cum Imperio attribuit, *Lothario* eam Galliæ partem, quæ ab illo Lotharij regnum, *Lothryck*, & Lotharingia exinde eſt appellata, *Carolo* autem natu minimo Prouinciam adſignauit. Ipſe monaſterium Prumienſe, haut procul à Treueris ſitum ingreſſus, ibidem die 27. Septembris piè in Domino obdormiuit, raro contemptæ gloriæ mundanæ exemplo. *Regino.* 855. *Lotharingia.*

Notet hîc lector, Lotharingiam non à Lothario ſeniore, quod Sigebertus, Diuæus, & alij ſcripſerunt, ſed à iuniore ſic dictam fuiſſe. Id Regino Prumienſis in rebus geſtis huius anni, & alij veteres diſertè teſtantur; ratio item ipſa conuincit. Nam Lotharius ſenior non ſolùm Lotharingiam, ſed & Italiam cum Imperio tenuit.

S. Folquinus Morinenſis ac Bono-

Anno nienſis ad mare Epiſcopus an. 855. in *Heclesbeke* Mempiſci vico obijt, ſepultus Audomaropoli in S. Bertini monaſterio, & an. 928. è terra eleuatus: vt in Iperij Chronico ms. Bertinenſi legitur. Vitam eius ſcripſit Folquinus ſeu Fulcuinus, Abbas & Chronographus Laubienſis, qui ab ineunte ætate monachum in S, Bertini cœnobio egerat. Folquino S. *Humfridus* ſucceſſit.

Leo IV. Papa die 17. Iulij moritur: Benedictus III. ſuccedit. Ita Baronius ex Anaſtaſio, Adone Viennenſi, Reginone & alijs.

Hic Benedictus acta Synodi Sueſſionenſis ſuperiore anno habitæ confirmauit: vt Flodoardus lib. 3. cap. 11. teſtatur. Huic Synodo interfuerunt, inter alios,

Wenilo Senonenſis,
Amalricus Turonenſis,
Theodardus Cameracenſis,
Immo Nouiomagenſis,
Ermenfridus Bellouacenſis,
Pardulus Laudunenſis,
Hilmeradus Ambianenſis.

855. Hircarius Leodicẽſis Epiſcopus III. Kal.

Kal. Octobris deceſſit: cui ſucceſſit *Anno*
Franco, anni ſequentis initio.

Rabanus Maurus, Moguntiacenſis 856.
Archiepiſcopus, moritur die 4. Februarij, cùm annos nouem, menſem vnum, & dies quattuor ſediſſet: vt in Ann. Pithæanis, & apud Sigebertũ in Chro. legitur. Ex quibus errorem Trithemij corrige, qui eum anno ſuperiore defunctum ſcribit. Emicuit autem ſuo tempore Rabanus vt fulgentiſſimum doctrinæ ſidus, qui Hebraicæ, Græcæ, ac Latinæ linguarũ peritiſſimus, vniuerſas litteras ſacras feliciter explanauit: vt haberet Germania Doctorem cum alijs illuſtribus comparandum.

Rabano in cathedra Moguntina ſucceſſit Carolus, de quo alibi plurima diximus.

Lotharius Lotharingiæ Rex, Lotha- 856.
rij Imp. filius, an. 855. Thietbergam ſibi matrimonio iungit: vt Regino teſtatur.

Ioannes Becanus in Hiſtoria Vltra- 856.
iectina narrat, *Hungerum* Epiſcopũ Vltraiectinum (cùm diœceſim illam Normanni annis ſuperioribus vaſtaſſent) hoc ipſo anno veniſſe ad Lothariũ Re-

Anno gem, & ab eo accepiſſe monaſterium *Bergenſe* S. Petri, ad Moſæ & Ruræ confluentes ſitum, quod in diuiſione inter Carolum Caluum, eiuſq; fratrem Ludouicum anno 870. facta, *Berg* ſimpliciter nuncupatur. Monaſterij illius fundamenta à *S. VVirone* Epiſcopo, eiuſque ſocijs *SS. Plechelmo* & *Otgero* poſita fuerant, Pipino Heriſtallio Francos moderante, fundumque donante: vt in Faſtis Belgicis fuſè explicuimus.

857. Ludouicus Germaniæ & Baioariæ Rex, menſe Febr. colloquium habuit in Confluente caſtello cum *Lothario* nepote ſuo. Tẽpore verò Quadragẽſimæ placitum habuit apud Vangionum ciuitatem. *Ann. Pith.*

An. 857. XVI. Kal. Martij, præſente Carolo Caluo Rege, Synodus habetur apud Cariſiacum palatium, hodie Creſſiacum, *Creſſy* ad Iſaram fluuium. Synodi huius, à Flodoardo lib. 3. c. 24. memoratæ, Capitula exſtãt apud Sirmondum, per Carolũ Caluum, ad *Hunfridum* Morinenſem Epiſcopum, Folcoini nuper defuncti ſucceſſorẽ, & ad Ingiſcalcum ac Berengarium Comites miſſa.

Ruoruc

Ruoruc Normannus, qui Doreſtado *Anno* præerat, cum conſenſu domini ſui Lotharij Regis, claſſem duxit in fines Danorum, & conſentiente *Horico* Danorum Rege, partem regni, quæ eſt inter mare & Egidoram, cum ſocijs ſuis poſſedit. *Ann. Pith.*

An. 858. regni Caroli Calui XVIII. 858.
Indictione ſexta, XII. Kal. Aprilis apud Cariſiacum palatium (de quo ſuperiore anno diximus) cùm ſuſpectos ſuos Carolus haberet, id egit, vt iteratis inuicem ſacramentis illorum animos placaret, ſibique obſtringeret. Sacramentorum formulę apud Sirmondum exſtāt: cui ſubſcripſerunt,

Hincmarus Archiep. Remenſis,
Immo Epiſcopus Nouiomagenſis ac Tornacenſis,
Irminfridus Bellouacenſis.
Hincmarus Laudunenſis, Hincmari Remenſis nepos, & Parduli ſucceſſor.
Hilduinus Abbas S. Dionyſij.

Comites.

Hungarius, Engilramnus, Iſembardus,

Anno Odo, Osbertus, Ratbodus, Hunfridus, Odalricus, Rodulſus, Engiſchalcus, Herluinus, Hitto.

Eodem ipſo anno menſe Auguſto, vt in Annalibus Pithæanis legitur, Ludouicus Germaniæ Rex cũ exercitu ex Germania in Galliam venit, & Caroli regnum inuaſit. Cui ad Breonam, alijs Briacum, Carolus occurrens, maxima ex parte derelictus à ſuis, pridie Idus Nouembris, (vt Hincmarus in epiſtola 5. notat) gradum referre coactus eſt.

858. Tertio pòſt menſe, redintegratis copijs, Carolus contra Ludouicum prodijt, qui penè iam ab omnibus deſtitutus relicto pago Laudunenſi, in Germaniam eſt reuerſus.

Quo verò tempore Ludouicus in Gallia hæſit, non exiguam partem in *Attiniaco* palatio, ad Axonam fl. in pago Remenſi, exegit. In eo itaque palatio cum eſſet, Epiſcopi prouinciarum Remenſis & Rotomagenſis, Caroli partium ſtudioſi, in Cariſiaco palatio conuentum habentes, menſe Nouembri, auream epiſtolam Ludouico ſcripſerunt, & per *VVenilonem* Rotomagenſem

ſem & *Erchanraum* Catalaunéſem tranſ- *Anno*
miſerunt. Exſtat ea apud Sirmondum
tit. 23. in Capitulis Caroli Calui.

Benedictus Papa moritur, die 16. 858.
Februarij: ſuccedit Nicolaus, cui ad
ſe in caſtra venienti Ludouicus II. Imp.
obuiam progreſſus, pontificium fræno
deduxit equum. *Baron.*

Eodem anno Carolum, Lotharij ſenioris Imp. filium, obijſſe vult Regino: ſed errat, vt in geſtis anni ſequentis oſtendemus.

Ludouico in Germaniam reuerſo, & 859.
operam dante, vt Caroli fratris ac Lotharij nepotis animos, ſuperiore expeditione offenſos, ſibi reconciliaret, decreta eſt ad illum Wormatiæ exiſtenſtem, ex Synodo Metis hoc anno habita, Legatio Epiſcoporum nouem, cum mandatis, vt indulgentiam illis certis legibus offerrent. Legati autem fuere iſti,

Hincmarus Archiep. Remenſis,
Guntharius Colonienſis,
Wenilo Rotomagenſis,
Herſuinus Epiſcopus,
Hildegarius Meldenſis,

Anno Aduentius Metenſis,
Abbo Autiſiodorenſis,
Hincmarus Laudunenſis,
Erchanraus Pariſienſis.

Tullenſi autem Synodo inter alios interfuerunt Arduicus Veſontionenſis, & Franco Tungrenſis, Epiſcopi.

859. Paucis diebus poſt Synodum Metenſem celebrata eſt Synodus XII. prouinciarum apud Saponarias, in ſuburbano vrbis Tullenſis, ſub Principibus *Carolo Caluo*, *Lothario* iuniore, & *Carolo* Prouinciæ ac Burgundiæ Rege, Lotharij iunioris fratre, quem Ciſalpinæ Galliæ, id eſt, vicinæ Alpibus Galliæ Regem appellat Hincmarus, ad Gerardum Comitem ſcribens, apud Flodoardum lib 3 cap. 26 in Hiſt. Remenſi.

Hinc liquet falſum eſſe, quod Regino & alij tradunt, Carolum iſtum peſteriorem an. 858. obijſſe.

860. *Ludouicus* Germaniæ Rex, *Carolus Caluus*, frater eius, & nepos eorum *Lotharius*, cum Epiſcopis & primatibus ſuis, in monaſterio S. Caſtoris, prope Cõfluentes ad Rhenum conuenientes pacem inter ſe & fidelitatem mutuam

ſinguli

ſinguli iuraméto firmant menſe Iunio. *Anno*
Annal. Pithœani. Epiſcopi interfuerunt
iſti,

Hincmarus Remenſis.
Guntharius Colonienſis,
Altfridus Hildesheimenſis.
Salomon Conſtantienſis in Germania.
Aduentius Metenſis.
Atto Epiſcopus.
Franco Tungrenſis ſeu Leodicenſis.
Teudericus Epiſcopus.
Luitbertus Epiſcopus.
Gebehardus Epiſcopus.
Chriſtianus Autiſiodorenſis, Abbonis ſucceſſor.
Vulfadus Abbas Resbacenſis.
Witgarius Abbas.

Primates Laici.

Chuonradus, Eurardus, Adalardus, Arnuſtus, Liutfridus, Rhuodulfus, Erkingarius, Giſlebertus, Ratbodus, Arnulfus, Hugo, Chuonradus, Lintharius, Beringarius, Matfridus, Boſo, Sigerus, Hartmannus, Liuthardus, Richuinus, Wigricus, Hunfridus, Bernoldus, Atto,

Adal-

Anno Adalbertus, Burchardus, Chriſtianus,
Leutulfus, Heſſi, Herimannus,
Rhuodulfus, Sigeardus.

Anno eodem apud *Tuſiacum*, alijs Duſiacum, Tullenſis territorij villam, menſe Octobri, inſignis XIV. prouinciarum Synodus eſt celebrata. Exſtat ea integra apud Baronium in Annalibus Eccleſiaſticis, ſed anno 862. inſerta, cùm ad hunc annum 860. referenda videatur.

860. *S. Hermetis* martyris, Romæ circa an. 132. paſſi, corpus Lotharius Imp. Ludouici Pij filius, Roma Indam (quod nunc eſt monaſterium Benedictinorum prope Aquaſgrani) an. 851. tranſtulerat. Lotharius Imperator, Lotharij Imp. iam nominati filius, idem ſacrum corpus Inda Rotnacum, in Flandriam an. 860 attulit, vnà cum reliquijs *S. Cornely* Papæ & martyris, *S. Cypriani* Epiſcopi Carthaginienſis, & *S. Cæleſtini* I. Papæ. Quo loco etiamnum quattuor iſtorum cælitum lipſana à collegio Canonicorum ſumma veneratione adſeruantur.

Tem-

Temporibus Caroli Calui, non Caroli Martelli,vt vulgò creditum,floruit Gerardus Roſſillonius, Comes nobiliſſimus, qui multa prædia in Burgundia & alibi poſſedit. Patrem habuit *Luithardum* ſeu Luitharium, matrem *Grimildem*, vxorem *Bertam*, Pipini ſenioris Aquitaniæ Regis filiam, liberos *Theodericum* & *Euam*,qui in iuuenili ætate obierunt. Fundauit in Burgundia duo illuſtria monaſteria, Vizeliacenſe *Vezelay*, & Pulterienſe, *Poultieres*, quæ protectioni Sedis Apoſtolicæ ſubmiſit, epiſtola ad Nicolaum Papam miſſa. *Anno* 871.

Exſtat Hincmari Remenſis Archiepiſcopi epiſtola ad hunc Gerardum Comitem ſcripta, apud Flodoardum in Hiſt. Remenſi lib.3.cap.26.

Obijt autem Gerardus poſt annum 870. aut circiter,in Pulterienſi ſuo monaſterio conditus cum vxore; vbi vtriuſque tumulus etiamnum viſitur. Andream Quercetanum in Hiſt. Burgundiæ cap.53.conſule.

Idem Gerardus putatur dominus opidi Lutoſani, *Leuze*, in Hannonia fuiſſe,

Anno fuiſſe, eoque miſiſſe partem reliquiarum S. Mariæ Magdalenæ ex Veceliaco ſeu Vezeliaco, per S. Badilonem Abbatem. Huius rei meminit Baldericus in Chron. Cameracenſi lib. 2. cap. 43.

Normanni monaſterium S. Bertini, & totum penè tractum Morinenſem incendijs vaſtant.

862. Lotharius vxorem ſuam *Theutbergam*, Huberti cognomento Abbatis ſororem, repudiat, *VValdrada* pellice inducta. De quo diuortio, præter conuentus ſeu Synodos varijs locis habitas, & præter Nicolai Papæ aliorumque epiſtolas, exſtat liber Hincmari Remenſis Archiepiſcopi. Res hoc anno incohata, varijs deinceps modis toto ſexennio agitata & protracta, non alium, quàm quem Lotharius vitæ, finem ſortita eſt.

Ac primò quidem Aquiſgrani, in fauorem, Lotharij Regis repudiũ vxoris ſuæ molientis, conuentus ſeu Synodus an. 862. eſt habita, de qua vide Baroniũ.

Nicolaus Papa ad hoc impediendum varias epiſtolas in Galliam miſit.

Anno

An. 862. Carolus, Lotharij ſenioris Imp. filius Burgundiæ ac Prouincię Rex moritur: vt in vetere quodam Chronico ſe legiſſe Sirmondus affirmat. Quod nota contra Reginonem, & alios tradentes, illum ân. 858. obijſſe. *Anno 862.*

Carolomānus, Ludouici Germaniæ Regis filius, qui Carantanis ſeu Carinthijs præerat, Reganesburgum ſeu Ratisbonam venit, & patri ſuo reconciliatur. *Ann. Pith.*

Anno Chriſti 862. regni autem Caroli Calui XXIII. Indictione X. menſe Iulio vel Auguſto, præſente eodem Rege Epiſcopi ampliùs XXX. ex diuerſis prouincijs conuenientes Synodum celebrarunt in loco quem Piſtas vocant ad fl. Sequanam, vbi aliquamdiu ſedes fuit Normannorum. Exſtat ea apud Sirmondum, qui Piſtas in diœceſi Rotomagenſi olim ſitas fuiſſe exiſtimat, adeoque non eſſe Pixiacum, *Poiſſy*, ad Sequanam, vt vulgò creditur. 862.

Ijdem Epiſcopi priuilegio de libertate monaſterij S. Dionyſij ſubſcripſerũt.

Carolus Moguntinus Arhiepiſcopus

Anno pus pridie Nonas Iunij defungitur: Luibertus eiuſdem ſedis honore ſublimatur, pridie Kal. Decemb. *Ann. Pith.*

In regno Lotharij, eò quòd dimiſſa vxore legitima pellicē is duxerat, Metis Synodus congregata eſt omnium Epiſcoporum eius ditionis, præter *Hungarium* Vltraiectenſem, quem ægritudo detinuit. Aderant & Legati Nicolai Pontificis Romani, ſed eos pecunia corruptos fuiſſe Anaſtaſius teſtatur.

A dicta itaque Synodo confirmata eſt expulſio Theutbergæ, & Waldradæ introductio; agentibus præcipuè *Gunthario* Colonienſi, & *Theitgaudo* Treuerenſi, Archiepiſcopis. Sed ijdem Romam miſſi, vt ea Nicolao Papæ probarent, tantùm abeſt vt quod vellent obtinuerint, vt è contra per Pontificem, conuocato Epiſcoporum concilio, depoſiti fuerint, actaque Synodi Metenſis prorſus reſciſſa.

863. Theodericus Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus, an. 863 Nonis Auguſti moritur: vt Baldericus in Chronico tradit.

864. Carolus Caluus Francorum Rex præ-

prædia Gandenſi S. Bauonis monaſterio in Mempiſco, Brachbatenſi & Cameracenſi, aliiſque pagis olim collata an. 864. confirmat, petente Reinhelmo Nouiomenſi ſeu Tornacenſi Epiſcopo, & Adelmo Comite, ſimulque Abbate commendatario dicti monaſterij. Diploma exſtat in noſtro Codice donationum cap. 17. *Anno*

Anno ſuperiore Nonis Auguſti *Theodericus* Cameracenſis Antiſtes è viuis exceſſerat. In defuncti locum Lotharius Rex Lotharingiæ, primò *Gunthertum*, poſteà *Tetboldum*, denique *Hilduinum*, cognatum & Capellanum ſuum, contra ſacros Canones, intrudere eſt conatus. 864.

Sed Hincmarus Remorum Archiepiſcopus, vt Metropolitanus, ipſum cōſecrare noluit, & decimo poſt Theoderici obitum menſe, hoc eſt, anno 864. epiſtolam à me in Codice donationum cap. 16. recitatam, ad Nicolaum I. Papam ſcripſit. Hilduino itaq; expulſo, *Ioannes* an. 866. Cameracenſis Epiſcopus eſt conſtitutus: vt Baldericus lib. cit. cap. 49. commemorat.

Caro-

Anno 864. Caroli Calui filia primùm *Edilulfo* Regi Anglorum nupſerat: vt Acta coronationis à Sirmondo edita declarant. Edilulfo mortuo, cùm Iudith rediiſſet in Galliam, Balduinum Ferreum ipſius nuptias appetétem, patre inſcio, ſed Ludouico fratre, vt ferunt, approbante, volens an. 861. ſecuta eſt.

Balduinus tamen quaſi raptor eſt accuſatus, & metu Caroli Calui, in regno Lotharij delituit, quò ad Carolus Nicolai I. Papæ litteris ac precibus flexus, annuit, vt nuptiæ ſolennes Autiſiodori celebrarentur hoc anno octingenteſimo ſexageſimo quarto: vt ex Hincmari ad Nicolaũ I. epiſtola, quam in Codice donationum cap. 17. recitauimus, colligere licet. Eſt enim ea ſcripta menſe decimo poſt obitum Theoderici Cameracenſis Epiſcopi, quem anno 863. Nonis Auguſti obiiſſe Baldericus lib. citato cap. 47. diſertè tradit.

Quod ergò ſcribunt non pauci, Balduinum vxoré ſuam rapuiſſe, aut furatum fuiſſe, ſic dictum puta, quòd illam ſine patris aſſenſu duxerit. Volentem

tem alioqui, vt dixi, ſecutam fuiſſe, *Anno*
Balduinus ipſe ſemper affirmauit, vt Nicolai Papæ ad Carolum epiſtola 2. teſtatur: *Qui veſtram ſe habere indignationem, eò quod* Iudith *filiam veſtram, illum præ cæteris diligentem, ſine veſtræ voluntatis conſenſu in coniugium elegerit, eamque volentem acceperit, ore proprio retulit.*

865. Anno 865. Arſenius Hortenſis Epiſcopus, Nicolai Papæ legatus, primò Francofurtum, inde Coloniam Agrippinam venit, ibique duos fratres Reges, *Ludouicum* & *Carolum* inter ſe conciliauit. Exinde *Teutbergam*, ſicut ipſi ab Apoſtolico iniunctum fuerat, thoro Lotharij reſtituit, *VValdradam* verò concubinam abduci in Italiam præcepit. *Ann. Pith.* & *Baron.*

865. Franco Tungrenſis Epiſcopus veniam à Nicolao Papa impetrat, pro cauſſa Rothaldi Epiſcopi Sueſſionenſis. *Baron.*

866. Lotharius Rex iuramenti oblitus, rurſum cum Waldrada ab Italia reuocata coniungitur. Ideoque Nicolaus Papa, diuino zelo commotus, ipſam publicè excommunicauit IV.

Anno Nonas Februarij, eaque de re certiores reddidit Epiſcopos per litteras. Lothario autem regni priuationem eſt minatus. *Baron.*

867. Rodbertus, Caroli Calui Comes, apud Ligerim fl. contra Normannos fortiter dimicans occiditur, *alter quodammodo noſtris temporibus Machabæus* : vt Annalium Pithæanorum conditor loquitur. Ex quo liquet quo tempore is vixerit. Perijt eodem tempore ibidem *Ranulfus* Comes, teſte Reginone.

867. Nicolaus Papa Idibus Nouembris moritur: ſuccedit *Adrianus*. Ita Baronius: ſed Annales Pithæani & Regino ad annum ſequentem referunt.

868. Anno 868. in monaſterio S. Arnulfi Metenſis, quod nobiliſſimum olim & patrum noſtrorum memoria fuit in ſuburbano Metenſi, *Ludouicus* Germaniæ, & *Carolus* Galliæ Reges conuenerunt, *Hincmaro* Remenſi Archiepiſcopo, *Luitberto* Moguntino, *VVitgario*, Auguſtano, *Hincmaro* Laudunenſi, *Altfrido*, & *Odone* Bellouacenſi, Epiſcopis præſentibus.

Waſda, nunc Waſia à Ludouico Germaniæ

maniæ Rege datur Theoderico Comiti. Diploma exſtat in noſtro Codice donationum cap. 23. *Anno*

Anno 869. apud Piſtas conuentus Epiſcoporum & aliorum fidelium habetur, præſente Carolo Caluo Rege. De Piſtis, vbi ſitæ fuerint, ſupra diximus. *869.*

Lotharius Imp. anno eodẽ VI. Idus Auguſti Placentiæ in Italia moritur. Sic Annales Pithæani & Regino. Deceſſit autem nulla prole legitima, ſed ſolo *Hugone* filio ex Waldrada pellice relicto. Baronius ad anno 867. Lotharij obitum refert, *869.* *Lotharius Rex moritur*

Hic nuntius ſimulac in Galliam perlatus eſt, *Carolus Caluus*, ad vacuum eius regnum occupandum, Metas aduolauit, ibique ab aliquot vtriuſque regni Epiſcopis, in his *Hincmaro* Remenſi, *Aduentio* Metenſi, *Attone* Virdunenſi, *Arnulfo* Tullenſi, & *Francone* Tungrenſi eſt conſecratus, V. Idus Septembris, in baſilica cathedrali S. Stephano ſacra. Coronationis acta & Adnuntiationes, quæ coronationem anteceſſerunt, Sirmondus edidit. In Adnunciationibus fit

Anno mentio chriſmatis cælitus ſumpti, quo Clodouæus primus Rex Francorum Chriſtianus vnctus, & in Regem eſt ſacratus.

Ceterùm Carolus etſi regni Lotharij poſſeſſionem integram nō retinuit, ſucceſſionis tamen huius epocham ſuis deinceps diplomatibus adiecit.

Anno 870. S. Amalbergæ virginis Tēpſeca, Waſiæ municipio, Gandauū ad Blandinienſe monaſterium transfertur.

870. Ægrè ferente Ludouico Germaniæ Rege, regnum Lotharij, anno ſuperiore in Italia defuncti, vniuerſum à Carolo Caluo vſurpari, inita tandem per vtriuſque Legatos pactione conuentum eſt, vt regnum hoc inter ipſos æquis portionibus diuideretur. In quem finem Legatorum conuentus Aquiſgrani hoc anno pridie Nonas Martij habitus fuit, cui *Lentbertus* Archiepiſcopus Moguntinus, *Altfridus* & *Odo* Epiſcopi, *Adalelmus, Ingelramnus, Luitfridus, Theodericus, Radulfus*, & alter *Adalelmus*, Comites interfuerunt.

Diuiſio porrò facta eſt in Procaſpide ad Moſam fl. inter Heriſtallū & Marſanam,

nam, VI. Idus Auguſti hoc ipſo anno. *Anno*

Hæc eſt portio, quam ſibi Ludouicus Germaniæ Rex accepit,

COlonia, ad Rhenum, *Colen.*
Treueris, ad Moſellam, *Trier.*
Vltraiectum, *Vtrech,* ad Rhenum.
Argentoratum, *Strasburg,* ad Rhenũ.
Baſula, *Baſel,* ibidem.
Abbatia Sueſtre, *Suſteren,* in Ducatu Iuliacenſi.
Berch, *prope Ruremundam.*
Niu, monaſterium, *fortè Huy.*
Caſtellum, *Keſſel,* ad Moſam.
Inda, *S. Cornelis Munſter,* prope Aquaſgrani.
S. Maximini monaſt. prope Treueros
Epternacum, *Echternach,* opidum & Abbatia in Ducatu Luxeburgenſi.
Horreum, virginum monaſterium apud Treueros.
S. Gangulfi, *S. Gengoul.*
Fauerniacum, *Fauerney,* Abb. in Comitatu Burgundiæ.
Polemniacum, *Poligny,* opidũ ibidem.

Anno

Luxouium, *Luxeul*, opidum & Abbatia ibidem.
Lutera, *Lure*, Abbatia in Alſatia.
Balma, *Baulme les Nonnes*.
Offonis villa, *Velleſaux*.
Megemni monaſterium, *Moien Mouſtier*, Abbatia in Loth.
S. Deodati, *S. Diey* in Loth. ad Murtham.
Bodonis monaſteriũ, *fortè Bodonuille*.
Stiuagium, *Eſtiuay*, Abb. in Loth. ad Murtham.
Romerici mons, *Miremont in Lotharingia*, opidum & collegium nobilium virginum Canonicarum.
Morbach, *Murbacum*, Abbatia in Alſatia.
S. Gregorij.
Mauri monaſterium, *Maurmunſter*, Abbatia quarto lapide ab Argentorato, fundata à Mauro S. Pirminij Meldenſis Epiſc. diſcipulo.
Eboresheim, *Abbatia*.
Homowa.
Maſonis monaſterium *Maeſmunſter*.
Homburg.
S. Stephani, in Stra[illegible]burg, ecclesia.

Eren-

Erenſtein. *Anno*

S. Vrſi in Salodoro, *Soleurre*, apud Heluetios.

Grādis vallis, *Grandvaux*, Abb. olim.

Alta petra, *Haulte pierre*, Abb. in Loth.

Inſtina, *fortè*, *Mont Inſtin*.

Vallis cluſa.

Caſtellum Carnonis, *Chaſtelchalon*, Abbatia monialium in ōpido eiuſdem nominis in Burg.

Heribodesheim *Abbatia*.

Abbatia de Aquis.

Hoenchirche.

Auguſtchirche, f. *Auguſta*.

Comitatus Teſtrebant, *Teyſterbant*.

Batua, *Betuwe*.

Hattuariæ, *ad fl. Neers* in Geldria.

Maſau ſubterior de iſta parte, *Onder Maeſlandt*.

Maſau ſuperior, quod de iſta parte eſt, *Opper Maeſlandt*.

Liugæ, de iſta parte Moſæ, *Lieze*.

Diſtrictus Aque[illegible]s, *Aken*, *Aix*.

Diſtrictus Tetis, [illegible]a.

In Ribuarijs Com[illegible] *ad Ruramfl*.

Anno Megenenſium, *Meyen*, prope Andernacum.

Bedagovva, *Bidburg* verſus *Meyen*.

Nitachovva, *ager ad Nitam fl.* Herm. Contractus in Chron. an. 541. Nitenſis pagi meminit.

Sarachovva ſubterior, *ad fl. Sar*, in Lotharingia.

Bleſitchovva, *Blis*, verſus Treueros.

Selme, *Salmenſis* Comitatus ad Saram fl.

Albechovva, *Sar alben*.

Suentiſium, *Sanctoy*, in Lotharingia.

Calmons, *Chaumont* ad Moſellam in Lotharingia.

Sarachovva ſuperior, *Sargou*.

Odornenſe, quod Bernardus habuit, *Darney* in ſilua Voſego.

Solocenſe, *Solieu*, in Burgundia.

Baſiniacum, *Baſsigny*.

Eliſchowe, *ager Aliſienſis vel Elſatius*.

Waraſch, *Comitatus de VVareſco*, in Burgundia.

Saudigum, *Salins* opidum in Comitatu Burgundiæ.

Emaus, *Amauſi tractus*, prope Dolam.

Baſalchovva, *ager Baſileenſis*.

In

In Eliſatio Comitatus *II. Elſaten.* *Anno*
De Friſia duæ partes.

De regno, quod *Hlotharius* habuit ſuper iſtam diuiſionem, propter pacis & caritatis cuſtodiam, ſuperaddimus iſtam adiectionem:

Ciuitatem *Metis* cum Abbatia *S. Petri*, & *S. Martini*, & Comitatu *Moſlenſi*, cum omnibus villis, in eo conſiſtentibus, tam dominicatis, quàm & vaſallorum. De Arduenna, ſicut flumen *Vrta* ſurgit, inter Biſlanc & Tumbas, ac decurrit in Moſam: & ſicut recta via (ſeu militaris per Romanas ſtrata) pergit in Bedenſe, ſecundùm quod communes fideles noſtri rectiùs inuenerint, excepto quod de *Conduſtro* eſt ad partem Orientis trans Vrtam; & Abbatias *Prumiam*, *Stauelo* & *Stabolau*, cum omnibus villis dominicatis & vaſallorum.

Hæc eſt portio, quam Carolus Caluus Francorum Rex de regno Lotharij ſibi accepit.

LVgdunum, *Lion*, ad Rhodanum.
Veſontium, *Beſançon*, ad Dubim.

Vienna

Anno Vienna, *Vienne*.

Tungris, *Tongre*, ad Iecoram.

Tullum, *Toul*, ad Moſellam.

Virdunum, *Verdun*, ad Moſam.

Cameracum, *Cambray*, ad Scaldim.

Viuariæ, *Viuarez*.

Vſetia, *Vſez*, in Gallia Narbonenſi.

Mons Falconis, *Mont Faulcon*, ad Moſam.

S. Michaelis monaſterium & opidum ad Moſam, S. *Miel*, in Lotharingia.

Culdini monaſterium, *Cal mouſtier*, in Burg.

S. Mariæ in Biſontione, *Iuſſanum monaſterium*.

S. Martini in eodem loco.

S. Eugendi, *S. Oyan de Ioux*, nunc *S. Claudij*, in Burg.

S. Marcelli mon. Cabillonẽſe, *Chalon*.

S. Laurentij, *S. Laurens*, in Comitatu Burg.

Leudenſi.

Sennona, *Senone*, Abb. in Lotharingia.

Abbatia Mella.

Melbarium.

Laubiæ, *Lob*, Abbatia ad Sabim.

S. Gaugerici monaſterium prope Camera-

meracum nunc, Canonicorum collegium in vrbe. *Anno*

S. Saluij mon. prope Valentianas.

Criſpinium, *Creſpin* Abb. in Hann.

Foſſæ, *Foſſe*, opidum diœceſis Leodienſis, cum Canonicorum collegio.

Mariliæ ſeu Mareclíæ, *Maroilles*, Abb. in Hannonia.

Hunulficurtis, *Houncourt*, opidum & Abbatia, III. lapide à Cameraco.

S. Seruatij collegium Canonicorum, *S. Seruais à Maeſtricht*.

Malinæ, *Malines*, vrbs ad Demeram fl.

Ledum, *Lier*, opidum Brabantiæ ad Netam fl.

Sunniacum, *Soigny*, Hannoniæ opidū.

Antonium, *Antoin*, prope Tornacum.

Condatum, *Condé*, Hānoniæ opidum, ad Scaldis & Hainæ confluentes.

Merrebecchi, *Meerbeke*, pro Ninouiā.

Tichuinni, *Dickeluenne*, prope Gerardi montem.

Lutoſa, *Leuſe*, in Hannonia.

Calmons, *Calmont*, in d. Leodienſi.

S. Mariæ in Deonanto, *Dinant*, opidū ditionis Leodienſis ad Moſam.

Echa, *Eych*, prope Maſeicam.

Anda-

Anno

Andana, *Andenne*, ad Moſam.

Waſſoi, *VVaſter*, in ſilua Fania.

Altus Mons, Abb. *Haultmont*, in Hannonia, prope Melbodium.

Comitatus Texandriæ, *Kempenlandt*.

In Brachbanto Comitatus IV *Brabāt*.

Cameraceſium, *pays de Cambreſy*.

Hanioum, *Hainau*.

Lomenſis pagus, *pays de Namur*:

In Hasbania Comitatus IV. *Hasbay*.

Maſau ſuperior de iſta parte Moſæ, *Marſlandt*.

Maſau ſubterior, quantum de iſta parte eſt.

Liugæ, de iſta parte Moſæ, & pertinet ad Veſatum *Liege*, *Viſet*.

Scarponnenſe, *Sarponne*, ad Moſellam in Lotharingia.

Virdunenſe, *le Verdunois*.

Dulminſe.

Arlon, in Ducatu Luxeburgenſi.

In Vaurenſi Comitatus II. *Terre de la Vaiure*, ad Carum fl.

Moſminſe, *Mouſon*, ad Moſam.

Caſtricium.

Condruſt, *Condrox*. Condruſij, ſecundo flumine Moſa nauigantibus Huio Leodi-

Leodicum ſunt ad dextram, Haſbani verò ad ſiniſtram. Anno

De Arduenna ſicut flumen Vrta, *Ourt*, ſurgit inter Biſlanc & Tumbas, ac decurrit ex hac parte in Moſam, & ſicut tecta via ex hac parte Occidentis pergit in Bedenſe, ſecundùm quod Miſſi noſtri rectius inuenerint.

Tullenſe territorium, *Toul.*

Aliud Odornenſe, quod Termarus habuit.

Barrenſe, *Barrois.*

Portenſe, *Portian.*

Salmoringum, *Semurre*, in Ducatu Burgundiæ.

Lugdunenſe, *le Lionnoys.*

Viennenſe, *le Viennois.*

Viuariç, *Viuarez*, in Gallia Viennenſi.

Vſetia, *Vſez.*

De Friſia pars tertia.

Diuiſionem hanc regni Lotharienſis inter Ludouicum & Carolum Reges anno 870. factam, fusè explicuimus in noſtro Codice donationum cap. 20.

Apud Vermeriam ſeu Vermeriacum palatium, ad Iſaram fl. prope Compendium opidum, Synodus habetur: de qua Flodoar-

Anno Flodoardus in Hiſt. Remenſi lib. 3. cap. 22,

Ceterùm Epiſcopi Vermeriæ exiſtentes inſigne diploma ediderunt, quo prædia Vedaſtini monaſterij à Carolo Caluo confirmata, & ipſi ſua auctoritate comprobarunt. Diplomati Vedaſtino ſubſcripſerunt,

Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis,
Egil Archiepiſcopus,
Welino Rotomagenſis,
Herardus Turonenſis,
Weſadus Bituricenſis,
Froterius Burdigalenſis,
Ercheuranus Catalaunenſis,
Hildegarius Meldenſis,
Folericus Autricorum Epiſcopus, id eſt, Autiſiodorenſis,
Hilmeradus Ambianenſis,
Helias Epiſcopus,
Æneas Pariſiacenſis,
Rainelmus Nouiomagenſis ac Tornacenſis.
Gunibertus Ebroicenſis,
Ercumbertus Epiſcopus,
Ioannes Cameracenſis,

Gualte-

Gualterus Aurelianenſis. *Anno*
Giſlebertus Carnotenſis,
Hincmarus Laudunenſis,
Airardus Loxouienſis,
Chriſtianus Epiſcopus,
Erminus Siluanectenſis,
Achardus Morinēſis ſeu Teruanēſis,
Odo Bellouacenſis,
Rothardus Sueſſionenſis,
Anſelmus Lemouicenſis,
Iſaac Lingonenſis,
Robertus Nannetenſis,
Abbo Niuernenſis,
Siemudus Cenomanenſis
Hildebrandus Sagienſis,
Bodo Auguſtidunenſis,
Carolomannus Abbas,
Hugo Abbas S. Martini Turonenſis.
Gauſlenus Abbas S. Germani Pratenſis.
Hilduinus Abbas,
Vulfo Abbas,
Berengarius Abbas,
Vulfardus Abbas,
Hildebertus Abbas,
Odo Abbas,
Fulco Abbas.

Anno 870. Anno eodem habita eſt Synodus in ciuitate Colonia, iuſſu Ludouici Germaniæ Regis, VI. die Kalendas Octobris, præſidentibus metropolitanis Epiſcopis prouinciarum, *Luitberto* Moguntiacenſium, *Berthulfo* Treuerorum, *VVilliberto* Agrippinēſium, cum ceteris Saxóniæ Epiſcopis. Vbi cùm plurima ad vtilitatem eccleſiaſticam pertinentia ventilaſſent, etiam *domum S. Petri*, *Dom.* hactenus minimè cōſecratam, dedicauerunt. Feruntur eadem nocte, quando baſilica mane erat conſecranda, voces malignorum ſpirituum auditæ, inter ſe loquentium, & valdè dolentium, ſe ab obſeſſis diutiſſimè ſedibus expellendos. *Ann. Pithaani.* Per domum S. Petri, *Domkercke*, metropolitanam baſilicam Colonienſem intellige.

871. Anno 871. Hadrianus Papa *Ludouicum* Imperatorem, Lotharij Regis nuper Placentiæ defuncti fratrem, coronat Regem Francorum, tanquam legitimum eiuſdem fratris ſui heredem, *Aimoinus & Baronius.* Pro huius Ludouici iure contra patruos idem Pontifex multa egit (vt ex eius epiſtolis varijs datur

datur intelligi) ſed nullo aut exiguo fructu. Nam præualuerunt patrui, *Ludouicus Germanicus* & *Carolus Caluus*, qui iuxta Diuiſionem, ſupra à me productam, regnum inter ſe partiti ſunt, ac tenuerunt. Biennio tamen poſtea Germanicus Ludouico nonnulla conceſſit. *Anno*

Anno 872. menſe Ianuario circa Epiphaniam, Baſilij Græcorum Imperatoris legati cum muneribus & epiſtolis ad Ludouicum Regem Ratisbonam venerunt, atque inter alia non modicam ſalutiferæ Crucis portionem, & cryſtallum miræ magnitudinis ipſi obtulerunt. 872.

Adalgiſus Dux Beneuentanus, à Baſilio Græcorum Imperatore ad defectionem ſollicitatus, *Ludouicum* Imp. Beneuenti in palatio captiuum tenet; nec inde valuit eximi, donec pollicitus eſſet ſeruare, quæ ipſi pacta ſeruanda proditor obtulit. Ita Regino hoc anno, & Sigebertus ſequenti.

Hadrianus Papa moritur Kalendis Nouembris: ſuccedit *Ioannes VIII.* die 14. Decembris. *Baron*. Sunt qui Ioannem VIII. feminam fuiſſe fabulentur:

Anno de quo vulgi errore ſupra ad an. 854 diximus.

An. 873. apud Gundulfi villam, In-
873. dictione V. quinto Idus Septembris, placitum generale habetur, *Ingilberga* Regina, *Formoſo* Portuenſi, & *Gaderico* Veliternenſi, Epiſcopis, Hadriani Papæ legatis, præſentibus. Fuit autem *Gundulfi* ſeu *Gundolfi villa*, Frotario Leuco-
Gundulfi villa. rum Epiſcopo in epiſtola 11. ad Hilduinum, *Gundouilla*, palatium regium ad Moſellam, Tullo Leucorum opido finitimum.

Ludouicus Germaniæ Rex, apud Tridentum cum Engilberta, nepotis ſui Ludouici Imp. vxore loquens, partem regni Lotharienſis, quam in Diuiſione, cum Carolo Caluo an. 870. facta, acceperat, reddit eidem Ludouico. *Aimoin. lib. 5. cap.* 28.

873. Anno Chriſti 873. regni autem Caroli XXXIII. Indictione VI. placitum generale apud Cariſiacum ab eodē Rege habetur, & Capitula XII. ſtatuuntur, quæ leguntur apud Sirmondum.

Carolomannus, Caroli Calui filius, Meldenſis Eccleſiæ clericus ac diaconus,

rum, patris iuſſu, ob varias graſſationes & perduellionem, oculis orbatus eſt, & in monaſterium Corbeienſe detruſus: quod docent Annales Pithœani, Flodoardus lib. 3. cap. 18. Aimoinus lib. 5. cap. 29. & 31. & alij. De latrocinijs autem per Carlomannum, eiuſque aſſeclas perpetratis, præter ea quæ apud Aimoinum & reliquos leguntur, exſtat Hincmari Remenſis epiſtola, ad Remigium Archiepiſcopum & ceteros prouinciæ Lugdunenſis Epiſcopos ſcripta. *Anno*

Anno eodem Normannis ex vrbe Andegauenſi eiectis, Carolus Caluus per Cenomanos peruenit ad Ambianos Kalendis Septembris, indeque ad monaſterium S. Vedaſti, vbi Natalem Domini celebrauit. *Aimoin.* 873.

Anno ſequenti idem Carolus in Purificatione B. Mariæ placitum in monaſterio S. Quintini tenuit, itemque alterum Idibus Iulij in villa Duſiaco. *Aimoin. lib. 5. cap. 31.* 874.

Ludouicus Germaniæ Rex, in Italiam per Alpes Noricas tranſiens, cum *Ioanne* Papa & *Ludouico* Imp. nepote

Anno ſuo, haut procul ab vrbe Verona, colloquium habuit: indeq́ue rediens, cum *Carlomanno* & *Ludouico* filijs ſuis, in villa *Foraheim*, locutus eſt. *Ann. Pith.*

875. Anno 875. Ludouicus Italiæ Imperator circa Kalendas Auguſti moritur, & Mediolani in baſilica S. Ambroſij ſepelitur, nulla virili ſtirpe relicta. *Ann. Pithæani.*

Quæ fama patruos eius, *Carolum Caluum* Franciæ, & *Ludouicum* Germaniæ Reges, ad certamen pro Imperio accendit. Ceterùm Ioannis VIII. Pontificis Rom. prudentia & auctoritate oriens incendium eſt reſtinctum. Contentio ab armis ad ius reuocata, coactoq́ue Epiſcoporum concilio, Imperium Caluo, omnium conſenſu, delatum.

Hemmam Reginam Ludouici Germaniæ Regis vxorem an. 875. poſt Natalem Domini defunctam tradit Aimoinus.

Ludouico Imp. ac Rege Italiæ vita *Carolus Caluus Imp.* functo, *Carolus Caluus* Romam profectus, Imperator die Natalis Chriſti exeuntis anni 875. à Ioanne VIII. Pontifice

tifice eſt conſecratus. Inde Ticinum, hodie Papiam, repetens, conuentum ſeu Synodum habuit mẽſe Februario anni 8 7 6. in qua Imperator ab Italici regni Epiſcopis eſt acclamatus, & Capitula X V. per Sirmondum publicata edidit. Ticinenſi Synodo ſubſcripſerunt, *Anno* *Ticinẽſis ſynodus.*

Anſpertus Archiep. Mediolanenſis,
Ioannes Epiſcopus Aretinus,
Ioannes Ticinenſis,
Benedictus Cremonenſis,
Teudulfus Dertonenſis,
Adalgaudus Vercellenſis,
Azo Eporedienſis,
Gerardus Laudenſis,
Hilduinus Aſtenſis,
Ratbornus Auguſtanus,
Leodoinus Mutinenſis,
Hildradus Albenſis,
Bodo Aquenſis,
Sabbatinus Genuenſis,
Eilbertus Comenſis,
Adelardus Veronenſis,
Paulus Placentinus,
Andreas Florentinus,

Anno Reginerius Abbas,

Bozo Dux, & ſacri palatij Archiminiſter, atque Imperialis Miſſus.

Bodradus Comes palatij.

Comites.

Richardus, Walfridus, Liutfridus, Albericus, Suppo, Hardingus, Cunibertus, Bernardus, Aitboldus.

Ex his Epiſcoporum ſubſcriptionibus patet, quinam eo tempore limites fuerint regni Italici: de quo Carolum Sigonium conſule.

Pontigonenſis ſynodus. Carolus Caluus Ticino in Franciam reuerſus, apud Pontigonem, villam ſeu palatium regium in pago Catalaunenſi, alteram eodem anno ſynodum habuit: in qua Imperium illi pariter à Ciſalpinis confirmatum eſt, & recepta Capitula, quæ Ticini fuerant promulgata. Pontigonenſi ſynodo ſubſcripſerunt,

Ioannes Tuſcanenſis Epiſcopus, Ioannis VIII. Papæ Legatus.

Anſegiſus Senonum metropolis Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis per Ioannem VIII. Vicarius in Gallia ac Germania conſtitutus.

Ioannes Aretinus Epiſcopus, Apoſtolicæ

ſtolicæ ſedis Legatus. *Anno*

Hincmarus ArchiepiſcopusRemenſis,

Aurelianus Lugdunenſis,

Frotarius Burdigalenſis,

Ottramnus Viennenſis,

Ioannes Rotomagenſis,

Bertmundus Ebrodunenſis Archiepiſcopus·

RagenelmusTornacenſis ac Nouiomenſis.

Walterus Aurelianenſis,

Gerboldus Cabillonenſis,

Giſlebertus Carnotenſis,

Hildeboldus Sueſſionenſis,

Roſtagnus Arelatenſis Epiſcopus,

Iſaac Lingonenſis.

Lantbertus Matiſconenſis,

Ingeluuinus Pariſiacenſis,

Geroldus Ambianenſis,

Abbo Niuernenſis,

Ioannes Cameracenſis & Atrebatenſis,

Hadebertus Siluanectenſis,

Odo Bellouacenſis,

Ratbertus Valentinus,

Bernarius Gratianopolitanus,

Adalgarius Auguſtidunenſis, Anno

Hemico Dienſis,

Aimarus Ruthenenſis,

Theotarius Gerundenſis,

Hugo Abbas S. Martini Turon.

Albuſtus Abbas monaſterij Ferrarienſis, quod vocatur Bethleem.

Hilduinus Abbas & Bibliothecarius.

Vulfardus Abbas,

Gauſlenus Abbas S. Germani Pratenſis, & Archicancellarius.

Ceterùm Tilius & alij, qui ſubſcriptionum iſtarum hactenus meminerunt, plerique omnes Synodi Ticinenſis ſubſcriptiones appellarunt, manifeſto errore, cùm ad Synodum Pontigonenſem pertineant; vt rectè Sirmondus obſeruauit.

Inter Galliæ Epiſcopos ne quis miretur Theotarium *Gerundenſem* in Hiſpania Epiſcopum nominari, ſciat illis temporibus, videlicet poſt Caroli Magni & Ludouici Pij victorias, Regum Francorum imperio cùm hanc, tum vicinas alias eiuſdem tractus ciuitates paruiſſe. Quarum Epiſcopi proindè & Galliæ placita Synodoſque frequentabant,

Anno tabant, & controuerſias ſuas vel apud Archiepiſcopum Narbonenſem, cui erant attributi, vel in publicis conuentibus agitabant.

Sic ex eodem Hiſpaniæ tractu Adelhulfus *Barcinonenſis*, Audeſindus *Roſcellenſis* & Wiſadus *Vrgelitanus*, Epiſcopi, Synodo Tuſiacenſi anno 860. & alij alijs ſubſcripſerunt.

876. An. 876. Friſiones Occidentales, (quos hodie Hollandos Boreales, à ſitu regionis, vocamus) cùm Normannis dimicant, victores exiſtunt, omneſque theſauros, quos plurima loca ſpoliando congregauerant, auferunt, atque inter ſe diuidunt. *Ann.Pith.*

Ludouicus Germaniæ ac Baioariæ Rex, cum exercitu ſuo, regnum Caroli anno ſuperiore vaſtarat. Cùmque Natalem Domini in Attiniaco palatio celebraret, à primoribus regni eiuſdem placatus, in Germaniam per Treueros initio anni 876. redijt, & in palatio Franconofurt dies Quadrageſimæ & Paſcha celebrauit: vbi & certo nuntio *Emmam* vxorē ſuam, apud Reginsburch palatium, nuper poſt Natalem Domini obijſſe

obijſſe, & in eccleſia S. Emeramni ſepultam fuiſſe, comperit. *Aimoinus.* *Anno*

Eodem anno Ludouicus Rex IV. Kal. Septembris in palatio Franconofurt diem clauſit extremum, in Laurisheimenſi S. Nazarij monaſterio conditus. Ex coniuge ſua Hemma ſiue Emma tres filios, *Carolomannum, Ludouicum* & *Carolum* reliquit. *Lud. Germ. Rex moritur.*

Caluus, Ludouici morte comperta, regnum illius inuaſit, ac primùm quidem Aquenſe palatium petijt, indeque cum exercitu profectus, in Colonia Agrippinenſi conſedit. Occurrit illi cum exercitu Ludouicus, Ludouici nuper defuncti filius, & non longè ab Andernaco caſtello VIII. Idus Octobris, prælium cum eo commiſit Inito certamine, *Reginarius* Comes, qui regium vexillum ferebat, primo impetu cecidit: demum Carolus videns ſuos cædi & fugere, & fuga ſibi ipſe conſuluit.

Ludouicus, poſt Caroli fugam, Aquaſgrani perrexit, & rebus ritè diſpoſitis, cum triumpho Francofurtum redijt. Sequenti menſe *Carolomannus, Ludouicus*, & *Carolus*, Ludouici Regis filij,

Anno filij, paternum inter ſe regnum diuiſerunt. Carolomannus, vt Regino loquitur, *Baioariam, Pannoniam & Carnuntum, quod corruptè Carantanum dicitur, nec non regna Sclauorum, Boheimenſium & Marahenſium*, Ludouicus *Orientalem Franciam Thuringiam, Saxoniam, Friſiam, & regni Lotharij partem*, Carolus *verò, poſt dictus* Craſſus, *Alemanniam, & ciuitates aliquas ex regno Lotharij ſortitus eſt.*

877. An. 877. Pro Normãnis qui in Sequana erant, Caroli regnũ vaſtãtibus, Exactio fuit cõſtituta, & multa pecunia cùm à clero, tũ à populo ijs ſoluta, vt ab ipſius regno diſcederent. Exactionis exẽplar à Sirmondo editum libet hîc ſubnectere, vt miſerum illius æui ſtatum agnoſcas.

Vnuſquiſq; Epiſcopus, qui habet Abbatiam, aut Abbas, qui ſimiliter habet Abbatiam, aut Comes, qui æque habet Abbatiam, de ſuo manſo indominicato, ſimiliterq; & de vaſallorum, accipiat de manſo indominicato denarios XII. de manſo ingenuili quattuor denarios, de cenſu dominicato, & quattuor de ſua facultate, de ſeruili verò, duos denarios de cenſu & de ſua facultate duos.

De omnibus verò eccleſijs, vnuſquiſque Epiſco-

Epiſcopus, vel Abba, de ſua ſolummodo po- Anno
teſtate accipiant de presbyteris à quocumque plurimùm ſolidos quinque, & de vnoquoq; iuxta quod poſſibile fuerit; ita vt à quo plurimum, quinque ſolidos, à quo minimum quattuor denarios.

De eccleſijs verò quas Comites, & vaſſalli dominici habent, ſeu de illis, qui cum ſeniore noſtro pergere debent, ſiue qui remanſerint, Epiſcopus, in cuius parochia conſiſtunt, ſecundum prætaxatum modum accipere procurabit. De eccleſijs verò Imperatricis Epiſcopus ſimiliter accipiet prætaxato modo.

Anno incarnationis Dominicæ D. CCC. 877.
LXXVII. Nonis Maij, in Compendio palatio, de aliqua, ſed non de tota parte regni, quod domnus Imperator Carolus habuit, antequam iunior Hlotharius defunctus fuiſſet, hæc conſtituta eſt Exactio Nortmannis, qui erant in Sequana, tribuenda, vt à regno eius recederēt.

Ceterùm hæc Exactio, vt Aimoinus docet parti tantùm Franciæ, quam Caluus ante mortem Lotharij habuit, & Burgundiæ indicta eſt. Populi verò trans Sequanam agentes in Neuſtria, tributum Nortmannis, qui in Ligeri erant, perſoluerunt.

Manſus

Anno

Manſi genus triplex.

Manſus porrò fundus eſt cum certo agri modo. Manſorum hîc triplex genus diſtinguitur, *Indominicatus*, *Ingenuilis* & *Seruilis*. Manſum dominicatum vel dominicum appellabant, proprium & peculiarem domini manſum, quem dominus ipſe excolebat, cuiuſque fructus percipiebat: cùm ingenuilis ſeruiliſque manſi fructus colligerent coloni manſuarij, quibus concedebantur, cenſu tantùm retento, & alijs conditionibus, quæ in manſo ingenuili leuiores erant, in ſeruili grauiores.

Leguntur ſimili modo & agri dominicati, id eſt, proprij, item terræ, villæ, cortes & vineæ indominicatæ: vt eruditè Sirmondus explicuit.

Similis autem Exactio & an. 861. pro Normannis fuit indicta, ſuntq; ijs tunc numerata quinq; millia librarũ argenti, quæ de regno ſuo, ne depredarentur, exigi Caluus præcepit: vt ex ms. Chronico monaſterij Montis Dei, apud Normannos, idẽ Sirmondus commemorat.

Hoc ipſo anno Carolus Caluus monaſterij Haſnonienſis, (quod tunc erat monachorum ac monialium, diſtinctis

in clauſtris habitantium)in Comitatu Atrebatenſi & pago Oſtrebanto ſiti prædia confirmauit, petente filia eius *Ermentrude*, Abbatiſſa Haſnonienſi,niſi fallor, commendataria. Calui diploma in Codice noſtro donationum cap. 22. exſtat.

Anno Haſnō.

Anno eodem Caluus ſecundò Romam profectus, regnum Italiæ potiùs vidit tranſeundo, quàm potitus ſit fruendo. Ex Vrbe in Lāgobardiam reuerſus, *Boſoni*, Richildis, vxoris ſuæ fratri, *Hermingardem* neptem ſuam, Ludouici Imp. filiam matrimonio iunxit,eumque Prouinciæ Regem creauit. Papiæ exiens, intellexit *Carlomannum* cum exercitu Langobardiam introijſſe. Padum igitur tranſiens, & in Galliam feſtinans, priuſquam Alpes attingeret, in loco *Barios* dicto, prope Vercellas, pridie Non. Octobris moritur, hauſta potione venenata, quam illi à *Sedechia* medico Iudæo porrectam fuiſſe, ferebatur. Corpus eius primùm Vercellis in baſilica S. Euſebij ſepultum, inde poſt annos ſeptem ad S. Dionyſij monaſterium propè Lutetiam tranſlatum fuit.

Carolus Caluus moritur.

Anno fuit. In imperio, itemq́ue regno Francorum ſucceſſit filius eius *Ludouicus* cognomento *Balbus*. Ita Regino, Annales Pithæani, Aimoinus & Baronius.

Lud. Balbus Imp.

Ceterùm etſi natura timidus, alieni appetens, & luxu faſtuoſus fuerit Caluus, hominum tamen eruditorum fautor exſtitit. Teſtis Ericus monachus in vita S. Germani Autiſiodorenſis: *Quid*, inquit, *Hiberniam memorem, contempto pelagi diſcrimine, penè totam cum grege Philoſophorum ad littora noſtra migrantem? quorum quo quiſque peritior eſt, vltrò ſibi indicit exilium, vt* Salomoni *ſapientiſſimo famuletur ad votum. Hinc eſt, quòd cùm ſit perantiqua ſententia*, Silent leges inter arma, *hoc tamen tam belli quàm pacis tempore apud te plurimum ſemper obtineat dignitatis. Ita vt meritò vocitetur* Schola palatium, *cuius apex non minùs ſcholaribus, quàm militaribus conſueſcit quotidie diſciplinis. Quidquid igitur litteræ poſſunt, quidquid aſſequuntur, tibi debent.*

Ludouicus Germaniæ & Auſtraſiæ Rex Aquiſgrani Natalem Domini celebrat. *Ann. Pith.*

Ceterùm cùm in Italiam Caluus iter ador-

adornaret regnumque Ludouico filio *Anno* per abſentiam ſuam adminiſtrãdum relinqueret apud Cariſiacũ Capitula politiæ plena edidit, ex quibus hæc habe:

Monaſterium à nobis Compendio in honore S. Mariæ conſtructum, à filio noſtro & fidelibus noſtris eo tenore, quo cœpimus, honoretur.

Si aliquis Epiſcopus antequam reuertamur obierit, Archiepiſcopus ipſi Sedi viſitatorem ſecundum ſacros canones deputet, qui vnà cum Comite ipſam eccleſiam, ne prædetur, cuſtodiat, vſque dum ipſius Epiſcopi obitus ad noſtram notitiam perueniat. Si Abbas vel Abbatiſſa obierit, Epiſcopus in cuius parochia monaſterium illud eſt, vnà cum Comite monaſterium illud cuſtodiat, vſque dum noſtra iuſſio inde fiat.

Ex Epiſcopis aſſiduè ſint cum filio noſtro aut *Ingilunnus* Pariſienſis, aut *Reinelmus* Tornacenſis, ſiue *Odo* Bellouacenſis, ſiue *Hildeboldus* Sueſſionenſis. Ex Abbatibus aſſiduè ſint cum eo *VVelpho*, *Gauſlinus* monaſterij SS. Vincentij & Germani prope Lutetiam Abbas, &

Anno

Folc. Ex Comitibus verò, aut *Tendericus*, aut *Balduinus*, ſiue *Chunradus*, ſeu *Adalelmus*, alternatim cum eo conſiſtent, & quanto ſæpiùs pro noſtra vtilitate potuerint, *Boſo* & *Bernardus*.

Si verſus Moſam perrexerit, ſint cum eò *Franco* Epiſcopus Tungrenſis, *Ioannes* Epiſcopus Cameracenſis, *Arnulfus* Comes, *Giſlebertus*, *Letardus*, *Matfridus*, *VVidricus*, *Gotbertus*, *Adalbertus*, *Ingelgerus*, *Rainerus*, vnà cum prædictis.

Si vltra Sequanam perrexerit, *Hugo* Abbas S. Martini in ſuburbano Turonenſi, *VValtherus* Epiſcopus Aurelianenſis, *VVala* Autiſiodorenſis, *Giſlebertus* Carnotenſis, & ceteri noſtri fideles illius partis.

Adalardus Comes palatij remaneat cum eo, cum ſigillo, & ſi ipſe pro aliqua neceſſitate defuerit, *Gerardus*, ſiue *Fredericus*.

In quibus ex noſtris palatijs filius noſter morari, vel in quibus foreſtibus, id eſt, ſiluis, venationem exercere non debeat. *Cariſiacus* ad Iſaram penitus cum foreſtibus excipitur. *Siluacus* cum toto Laudunenſi ſimiliter, *Compendium* cum

cum *Cauſia*, alijs *Coriaſilua*, ſimiliter. *Sal-montiacus* ſimiliter. *Anno*

In *Odreia* villa, ſiue *Audriaca*, inter Ambianos & Atrebates ſita, porcos non accipiat: & non ibi caciet, id eſt, venetur, niſi in tranſeundo. In *Attiniaco* parum caciet. In *Verno* porcos accipiat tantùm.

Arduenna penitus excipitur, niſi in tranſeundo: & villæ ad ſeruitium noſtrum ſimiliter. In *Ligurio* porcos & feramina, id eſt, feras accipiat. *Hariſtallium* (ad Moſam prope Leodicum) cum foreſte penitus excipitur. In *Lens*, & *VVara* & *Aſtinido*, & feramina & porcos capere poteſt.

In *Rugituſit*, in *Scadcbolt*, in *Launiſ*, tantummodo in tranſitu, & ſicut minùs poteſt. In *Criſiaco* ſimiliter. In *Liſga* porcos tantùm accipiat.

Adelelmus de foreſtibus diligenter ſciat, quot porci & feramina in vnaquaque à filio noſtro caciata fuerint.

Si Comes de iſto regno obierit, cuius filius nobiſcum ſit, filius noſter ordinet de his, qui eidem Comiti plùs familiares propinquiores fuerunt, qui cum miniſterialibus ipſius comitatus, & cum

Anno Epiſcopo, in cuius parochia fuerit ipſe comitatus, ipſum comitatum præuideant, ſiue regant, vſque dum nobis renuncietur, vt filium illius, qui nobiſcum erit, de honoribus illius honoremus.

Si autem filium paruulum habuerit, idem filius eius cum miniſterialibus ipſius comitatus, & cum Epiſcopo, in cuius parochia conſiſtit, eumdem comitatum præuideant, donec obitus præfati Comitis ad notitiam noſtram perueniat, & ipſe filius eius, per noſtram conceſſionem, de illius honoribus honoretur.

Si verò filium non habuerit, filius noſter cum ceteris fidelibus noſtris, ordinet, qui cum miniſterialibus ipſius comitatus, & cum Epiſcopo proprio ipſum comitatum præuideant, donec iuſſio noſtra inde fiat. Et pro hoc ille non iraſcatur, qui illum comitatum præuiderit, ſi eumdem comitatum alteri, cui nobis placuerit, dederimus, quàm illi qui eum eatenus præuidit. Similiter & de vaſſallis noſtris faciendum eſt. *Hactenus ex dictis Caroli Calui Capitulis.*

877. Hoc ipſo anno 877. VI. Idus Decembris

cembris *Ludouicus II.* cognomento *Balbus*, Caroli Calui filius, Compendij ab Hincmaro Reméſi Archiepiſcopo Rex conſecratur ac coronatur. De hac coronatione vide Aimoinum lib. 5. cap. 36. *Anno Lud. Balbus Rex.*

Fuit is iuſtitiæ ac religionis amans, ſed neſcio quo vitio, duabus vxoribus *Anſgarde* & *Adelaide* impeditus. Harum tamen priorem, ex qua *Carolomannus* & *Ludouicus* ſunt geniti, repudiauit, ſeu iuſſu patris, quod indicat Regino, ſeu impulſu Epiſcoporum quod conſtat, antequam Rex conſecraretur.

Eodem tempore habita eſt Synodus 877. in Neuſtria, in qua Ludouici Regis Legati querelas expoſuerunt aduerſus *Hugonem*, Lotharij Regis pridem defuncti filium naturalem, qui audita Caroli Calui morte, Lotharingiam infeſtabat. Quare mandato Synodi Hincmarus litteras monitorias ad Hugonem ſcripſit, quæ apud Flodoardum exſtant.

Idem Hincmarus ad Ludouicum nuper Regem creatum inſignem ſcripſit epiſtolam à Ioanne Buſæo inter alias editam, *De ordinandis regni principijs,*

Anno *proponens ei exempla prædeceſſorum ſuorum, & inſtruens eum per capitula de iuſto regni regimine & honore ſanctæ Dei Eccleſiæ, ceteriſque ſibi ac regno neceſſarijs rebus*: vt Flodoardus lib 3. cap. 19. loquitur.

878. Anni 878 initio, *Lambertus* Widonis filius, Comes Spoletanus, & *Adelbertus* Bonifacij filius, Marchio Tuſciæ, Romam occupant, & Romanos proceres in verba *Carolomanni* (qui defuncto Carolo Caluo, Italiam an. 876. intrarat, teſte Reginone) iurare cogunt. *Ioannes VIII.* Pontifex, conſcenſis nauibus, per mare Thyrrenum in Galliam venit, & à *Boſone* Comite Arelatenſi, eiuſq; cõiuge *Hermengardæ* humaniſſime excipitur. Inde Trecas profectus, menſe Auguſto Synodum habuit: cui præter ipſum Pontificem ſubſcripſerunt,

Walbertus Portuenſis Epiſcopus,
Petrus Foroſempronienſis,
Paſchaſius Epiſcopus,
Hincmarus Remenſis Archiep.
Anſegiſus Senonenſis,
Aurelianus Lugdunenſis,
Sigebodus Narbonenſis,
Roſtagnus Arelatenſis Archiep.

Adalar-

Anno

Adalardus Turonenſis,
Teudericus Veſontionenſis,
Ottramnus Viennenſis Archiep.
Iſaac Lingonenſis Epiſcopus,
Gerboldus Cabillonenſis,
Agilmarus Aruernenſis,
Bernerus Gratianopolitanus,
Abbo Niuernenſis,
Ottulfus Auguſtæ Tricorum Epiſcopus, ideſt, Autiſiodorenſis,
Giſlebertus Carnotenſis,
Walefridus Vcecienſis,
Hildeboldus Sueſſionenſis,
Teutherus Gerundenſis,
Ingeluuinus Pariſienſis,
Edelulfus Laudunenſis,
Adelbertus Siluanectenſis,
Berno Catalaunenſis,
Maricus Biterrenſis,
Ecfridus Pictauienſis,
Abbo Magalonenſis,
Frodoinus Barcinonenſis,
Arnaldus Tullenſis.

Synodi huius acta, quinque ſeſſionibus diſtincta, ex bibliotheca S. Mariæ Virdunenſis deſumpta, exſtant Pariſijs apud Sirmondum, cum reliquis Galliæ

Anno Concilijs breui ſperamus, edenda.

Lud. Balbus Imp. Ab eodem Pontifice Ioanne VIII. Trecis exiſtente, VII. Idus Septembris, *Ludouicus Balbus* in Imperatorē eſt coronatus: vt Aimoinus lib. 5. cap. 37. narrat. Exinde Pontifex, acceptis cōtra Saracenos auxilijs, in Italiam redijt, *Boſone* Prouinciæ Rege ac Comite Arelatenſi, cum coniuge comitante, mandato eiuſdem Lud. balbi, qui ob corporis imbecillitatem, ex nupero morbo contractū, comitari non poterat.

Conuētus Furonēſis. Anno eodem, Kalendis Nouembris in loco, qui vocatur *Furonis*, inter *Ludouicum Balbum*, & *Ludouicum*, Ludouici Germanici filium, facta eſt conuentio, cuius Capitula Sirmondus edidit. Annalium Pithœanorum conditor narrat Balbum menſe Octobri, Aquaſgrani perrexiſſe, & haut procul inde colloquium cum Ludouico habuiſſe. Aimoinus lib. 5. cap. 38. tradit Balbum veniſſe Hariſtallum, ipſoſque Reges apud Marſnam conueniſſe. Ex quibus liquet, *Furonos*, ſeu Furonenſem villam illo in tractu fuiſſe. Retinet ea hodieque nomen vetus, & *Feron* vulgò nuncupatur, Latinè

nè *Forum Comitis*: quo in loco Comites olim Dalemienſes ſedem habuerunt, atque etiamnum primarium eſt tribunal illius tractus. *Anno*

Eſt autem *Foron*, municipium amplum, ſecundo lapide à Traiecto Moſæ & quarto ab Aquiſgrani ſitum exſtantque ibi foſſæ & aggeres, cum ruderibus fundamentorum veteris caſtelli, in colle, quod *Opde Saele*, vocant. In valle eſt locus *Steenboſch* nuncupatus, vbi hodieque rudera plurimorum ædificiorum ſuperſunt. *Foron.*

Poſt conuentum Furonenſem *Lud: Balbus* per Arduennam tranſiens, in *Longlaro* Natiuitatem Domini celebrauit, aliquādiu in Arduenna demorans, indeque iter agens, circa Purificationem S. Mariæ ad *Pontigonem* venit; & volens ire Auguſtidunum, ad comprimendam rebellionem *Bernardi* Marchionis, vſque ad Trecas perrexit. Sed quia ingraueſcente infirmitate ſua (dicebatur enim veneno infectus) longiùs ire non potuit, filium cognominem ſibi *Ludouicum* baiulationi ſeu tutelæ *Bernardi* Comitis Aruernici ſpecialiter committens, 878.

Hugonem

Anno. *Hugonem* Abbatem, & *Boſonem* & *Bernardum* cum filio ſuo, ſed & *Theodoricum*, cum ſocijs ſuis, Auguſtidunum miſit; quatenus ipſum Comitatum ad opus *Theoderici*, cui antea illum dederat, euindicarent. Ipſe autem cum magna difficultate, per *Adiodrum*, fortè *Iotrum*, monaſterium, Compendium venit, & ſentiens ſe ab infirmitate liberari non poſſe, per *Odonem* Bellouacenſem Epiſcopum & *Albinum* Comitem, coronam, ſpatham, ac reliquum regium apparatum filio ſuo *Ludouico* ex Anſgarde nato, miſit; mandans illis, qui cum eo erant, vt eum in Regem ſacrari ac coronari facerent. Ipſe autem IV. Idus Aprilis, die Paraſceues, veſperi obijt, & vigilia Paſchæ in eccleſia S. Mariæ ſepultus fuit. Sic ferè Aimoinus & Flodoardus.

Lud. Balbus moritur

Carolus Simplex.

Ludouicus Balbus moriens *Adelaidem* coniugem grauidam reliquit, ex qua illi natus poſtumus *Carolus* cognomento *Simplex*.

Regnum interea Francorum occuparunt *Carolomannus* & *Ludouicus*, ex Anſgarde repudiata nati: qui *Hugone* Abba-

Abbate, alijſque regni proceribus agentibus, per Epiſcopos in Ferrarienſi monaſterio, conſecrati ac Reges ſunt coronati: vt Aimoinus lib. 5. cap. 39. narrat. *Anno*

Ludouicus Germaniæ & Auſtraſiæ Rex, audita Balbi morte, Virdunum venit, & tranſmiſſo Moſa, Franciæ fines occupauit. Cui occurrerunt duo memorati fratres, cum valido exercitu: ſed intercurrentibus vtrimque Legatis non pugna cōmittitur, ſed pax initur. Adoleſcentes fratres portionem regni Lotharij, quam auus paterq́; tenuerant, Ludouico conceſſerunt, addita Vedaſtina apud Atrebates Abbatia. *Regino.*

Facta pactione, cùm Rex in regnum ſuum reuerteretur, obuiam habuit Normannorum ingentem multitudinem, qui ad Scaldim fl. longo tempore reſederant. Hos cum ingenti præda ad claſſem redeuntes, in ſilua Carbonaria, nunc Hannonia, in loco qui vocatur *Thimnin (* fortè *Thuin*, quod eſt opidum ad Sabim) aggreſſus, pluſquam quinque millia ex eis proſtrauit. In quo prælio *Hugo*, Ludouici Regis ex pellice filius, cecidit. Sic Regino hoc anno: ſed An-

nales

Anno nales Pithæani anno ſequenti. Ego Reginonem deinceps ſequar, qui hoc ipſo tempore vixit.

879. Balduinus Ferreus Flandrię Comes moritur, & in S. Bertini monaſterio, erga quod liberalis admodum fuerat, ſepelitur. Filios reliquit, ex Iuditha Caroli Calui filia, *Balduinum Caluum*, ſuum in Flandriæ Comitatu ſucceſſorem, & *Rudolphum* Comitem Cameracenſem.

Rotardus ſeu Rotradus Cameracēſis & Atrebatenſis Epiſcopus à Fulcone Remenſi tūc ſuffraganeo, pòſt eiuſdem vrbis Archiepiſcopo, conſecratur.

879. Milo monachus in monaſterio S. Amandi claret, cuius nepos ac diſcipulus fuit Hucbaldus. Vtriuſque ſcripta ſunt in manibus eruditorum.

880. Anno 880. *Carolomannus* & *Ludouicus* Lud. Balbi ex Anſgarde filij, regnū paternum apud Ambianos menſe Martio diuiſerunt: vt Chronicon Floriacenſe docet. Ludouicus *Frāciam* & *Neuſtriam*, Carolomannus (quem natu maiorem fuiſſe Regino ſcribit) *Burgundiam* & *Aquitaniam* eſt ſortitus.

Ludo-

Ludouico poſt biennium mortuo, menſe Auguſto, an. 882. Carlomannus Franciā quoq; & Neuſtriā adeptus eſt. *Anno*

Carolomannus Baioariæ Rex, paralyſi diſſolutus, VII. Nonas Auguſti diem clauſit extremum. Ex concubina filium reliquit *Arnulfum*. Ludouicus cùm fratrem obijſſe intellexiſſet, Ratisbonam veniens, Baioariam occupauit: *Arnulfo* autem Carantanum conceſſit, quod ei pater iampridem attribuerat. *Regino.*

Carolus Craſſus Alemannia egreſſus, primò Langobardiam, pòſt reliquam Italiam in deditionem accipit, & Romam veniens à *Ioanne VIII.* Papa coronatur Imperator, die Natali Domini. *Car. Craſſus Imp.*

S. Landrada virgo ex monaſterio Beliſia transfertur Gandauum.

Normannorum claſſis, Vahalim fl. ingreſſa, Neomagum palatium regium occupant & exurunt. 881.

Eodē anno, menſe Nouēbri, pars alia Normannorum cum *Godefrido* &, *Sigefrido* Regibus conſederunt in loco, qui dicitur *Haſlou*, iuxta Moſam, & primo

qui-

Anno quidem impetu loca finitima depopulantes, *Leodium*, *Traiectum* & *Tungrenſem* vrbem, incendio vaſtarunt. Secunda incurſione, Ribuariorum, qui nunc Iuliacenſes, finibus effuſi *Coloniam Agrippinam*, *Bonnam*, *Tulpiacum*, *Nuſſiam*, *Aquenſe palatium*, *Indam*, *Malmundarium*, & *Stabuletum* monaſteria in fauillas redegerunt. *Regino*.

S. Libertus, Adonis Machliniæ domini filius, Trudonopoli à Normannis occiditur.

Baldericus in Chronico Cameracenſi narrat Cameracum & Atrebatum eodem tempore à Normannis vaſtata fuiſſe. *Ann. Pithœani* diſertè Cameraci, à Normannis hoc anno vaſtati, meminerunt.

881. Theodericus Abbas Vedaſtinus cum corpore S. Vedaſti ac monachis ſuis ad Bellouacos ſe contulit.

882. An. 882. Normanni, Arduennam percurrentes, *Prumiam* monaſterium ipſo die Epiphaniæ Domini ingrediūtur, & incendio vaſtant, cum omni vicinia: *Treuerenſem* vrbē capiunt Nonis Aprilis die Cœnæ Domini: *VValonem* Epiſcopum

pum Metenſem occidunt in prælio. *Anno* *Regino.*

Ludouicus Germaniæ & Auſtraſiæ Rex XIII. Kalendas Aprilis Francofurti moritur, in Laurisheimenſi monaſterio iuxta patrem conditus. Habuit ex Luitgarda coniuge filium vnicum *Ludouicum*, qui puerulus è feneſtra cecidit ac perijt. *Regino.*

Carolus Craſſus Imp. ex Italia redit, regnum fratris ſui defuncti occupat, & cum Normannis tranſigit. Godefrido Normannorum Regi *Giſla*, Lotharij Regis filia ex Waldrada, in vxorem datur, eidemq́; Friſia prouincia ab eodem Craſſo attribuitur, qui & *Godefridum* Chriſtianis ſacris imbutum ex fonte baptiſmali ſuſcepit. *Regino.*

Ioannes VIII. Papa moritur: ſuccedit Marinus.

Anno 882. iuxta Flodoardi calculũ, 882. aut iuxta Baronij calculum, anno proximè ſequenti, *Hincmarus* Remorum Archiepiſcopus, cùm annis 37. præfuiſſet, variaque ſcripſiſſet, è viuis exceſſit Succeſſit *Fulco*, olim Bertinenſis, pòſt Vedaſtinus Abbas.

Hugo

Anno 883. Hugo Lotharij Regis ex Waldrada pellice filius, à *Stephano*, *Rotberto*, & alijs Comitibus adiutus, ſpe recuperandi regni paterni, Lotharingiam vaſtat, non minùs quàm Normanni.

Bertulphus Treuerorum Epiſcopus IV. Idus Septembris moritur: cui anno ſequenti VII. Idus Aprilis ſucceſſit *Ratbodus*, qui X. Kal. Maij *Rupertum* Metenſem Epiſcopum conſecrauit.

884. Marinus Papa 18. Ianuarij moritur: ſuccedit Hadrianus.

Normanni, qui ab *Haſlou* receſſerant, per fl. Sonum ſeu Somonam in Franciam irrumpunt. Exinde pecunia à Carolomanno Rege accepta, è regno diſcedunt.

Carolomannus, ab apro in venatione læſus, paulò pòſt moritur, & ad S. Dionyſium ſepelitur.

Normanni, cognita Regis morte, protinus in Franciam reuertuntur. Franci Carolo Caluo Imp. ſeſe ideo ſubmittunt, *Hugone Abbate* ac ceteris proceribus id procurantibus.

Normanni, qui in Denemarcam venerant, *Godefrido* Rege adſentiente, Rhenum

Rhenum nauigijs aſcendunt, & *Duiſ-* *Anno*
burgo opido occupato, munitionem eo
in loco, more ſolito, conſtruunt, & in
ea reſident tota hieme.

Normanni à Somo exeunt, & rurſus 884.
in regnum Lotharij reuertentes, in lo-
co, qui dicitur *Louen*, caſtra metati ſunt.
Regino.

Hugo, Lotharij ex Waldrada filius, 885.
contra Imperatorem rebellare cogi-
tans, legatos in Friſiam mittit ad Go-
defridum Normannorum Regem, cui
Giſla ſoror ipſius nupſerat. Godefri-
dus *Gerolphum* & *Gardolphum*, Comites
Friſonum, legatos ad Cæſarem dirigit.
Denique poſt varias legationes vltrò
citroque miſſas, *Godefridus* dolo in Ba-
tauia confoſſus trucidatur, cum omni-
bus Normannis in eadem inſula re-
pertis. Non multis pòſt diebus, *Hugo* *Hugo.*
quoque dolo capitur, & iuſſu Impera-
toris excæcatur, atque in monaſterium
S. Galli mittitur. Idem Zundibolchi
Regis temporibus, in Prumienſi mo-
naſterio, manu Reginonis Chronogra-
phi attonſus, ibidem non multos poſt
annos obijt, ac ſepultus eſt: vt ipſemet

 Regi-

Anno Regino teſtatur. Hæc ipſa Sigebertus an.886.narrat.

Porrò Gerolfum iſtum fuiſſe patrem Theoderici I. Hollandiæ Comitis, Ianus Douſa lib. 5. Annalium Hollandiæ ſuſpicatur. Codicem noſtrum Donationum piarum cap. 23. conſule.

Hadrianus Papa moritur 9. Maij: Stephanus V. ſuccedit.

Macarius & coniux eius *Gundrada*, procurante Ioanne Epiſcopo Cameracenſi, varia prædia pagi Condruſiorum donant Eccleſiæ cathedrali Cameracenſi. Diploma donationis Baldericus in Chronico lib. 1. cap. 52. recitat. Huic Ioanni in Epiſcopatu ſucceſſit *Rotradus*.

886. Anno 886. Normanni rurſus in regnum Lotharij reuertentes, in loco, qui *Louanium.* dicitur *Louen*, caſtra ſtatuunt, ſcilicet in vtriuſque regni confinibus. *Regino.*

887. Normanni Louanio diſcedunt, & per Sequanam inuecti, Pariſios obſident, *Henricum* Ducem cum exercitu à Carolo Imp. miſſum, dolo occidunt. *Normannia.* Tandem Carolus partem Galliæ, quæ hodie *Normannia* dicitur, ipſis concedit.

Inde

Inde in Germaniam abiens menſe Nouembri à regni primatibus exau-ctoratur, & *Arnulphus* nepos eius, Carolomanni ſcilicet filius, ad regnum euehitur: vt fusè Regino cõmemorat. *Anno* *Arnulfus Rex.*

Poſt Rotradum *Dodilo* Cameracenſis Epiſcopus XVI.Kal. Aprilis ordinatur: vt Baldericus in Chron. Cameracenſi teſtatur. Quod, calculo Romano, ad annum præcedentem pertinere videtur. 887.

Hugo Abbas Aureliani moritur: Ducatus eius *Odoni*, Rudberti filio, ab Imperatore traditur, qui tunc Pariſiorum Comes erat, & cum *Gozilino* Epiſcopo eam vrbem contra Normannos tuebatur. *Regino.*

Anno 888. Carolus Craſſus Imp. pridie Idus Ianuarij moritur, & in Augia monaſterio ſepelitur, relicto filio *Bernardo*, quem ex pellice ſuſceperat. Regnum eius varias in partes diſcerpitur. *Berengarius* Longobardiam, *Rodulphus* Burgundiam, *Odo* Comes reliquam Franciam occupat. Libet hæc paulò fuſiùs verbis ipſius Reginonis explicare. 888. *Car. Craſſus moritur*

Anno Berengarius. Pars vna Italici populi *Berengarium*, filium Euerhardi, qui Ducatum Foroiulianorum tenebat, Regem ſibi ſtatuit,
Guido. altera *Guidonem*, Lamberti filium, Ducem Spoletanorum, regia dignitate ſimiliter ſublimandum decreuit. Ex quibus diſſenſionibus grauiſſimæ ſtrages ſunt ſubſecutæ. Ad extremum Guido victor Berengarium regno expulit, qui ad Arnulphum Regem ſe contulit, eius patrocinia contra hoſtem expoſcens.

Galliarum interea populi in vnum congregati, cum conſenſu Arnulphi,
Odo. *Odonem* Ducem, Ruperti filiũ, Regem ſibi creant, qui contra aſſiduas Normannorum deprædationes indefeſſus propugnator exſtitit.

Rudolphus Burg. Rex. Per idem tempus *Rudolphus*, Conradi filius, Hugonis Abbatis nepos, prouinciam inter Iuram montem & Alpes Poeninas occupat, & primoribus apud S. Mauritium congregatis, Regem ſe appellari iuſſit: quod cùm nuntiatum
888. eſſet *Arnulpho*, illicò exercitum contra ipſum eduxit: ſed nec ipſe, nec filius eius Zuendiboldus, loca inacceſſibilia, quibus ſe incluſerat, vnquam penetrare po-

re potuerunt. Sic ferè Regino. *Anno*
Eodem anno Normanni, relicta 888.
Lutetia, Burgundiam vaſtarunt, & Senonenſem vrbem obſederunt, nec tamen expugnare potuerunt. *Regino.*

S. Rembertus Archiepiſcopus Hamburgenſis, Thorolti in Flandria natus, moritur.

889. Hungari Pannoniam occupant, & Carantanorum, Marahenſium, ac Bulgarum fines crebris excurſionibus infeſtant. Normanni relictis Senonibus Pariſios iterum obſident, Trecas incendunt, Virdunum, Tullum ac loca vicina depopulantur. *Regino.*

Luidpertus A. Moguntinus moritur, & *Sunzo* monachus Fuldenſis ſubrogatur, Poppone Thuringorum Duce & Arnulfo Rege annuente. *Idem.*

889. Franco Leodienſis Epiſcopus Abbatiam Laubienſem ſibi ac ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis hoc ferè tempore impetrat.

890. An. 890. Arnulfus Rex *Zundebodo* ſeu *Zundebolcho*, Marahenſium Sclauorum, id eſt, Morauorum, Regi conceſſit Ducatum Bohemenſium, qui hac-
 tenus

Anno tenus Principem ſuæ cognationis ac gentis habuerant. Denique filium eius, quem ex pellice ſuſceperat, é ſacro fonte leuauit, & Zundebolchum appellauit. *Regino.*

Normanni tertiò Pariſios obſident, & vrbe fruſtra oppugnata, in Britanniam Aremoricam tendunt, quam & vaſtant.

Williberto Colonienſi Epiſcopo defuncto Hermannus ſufficitur.

891. Anno 891. Normanni in regnum Lotharij claſſem tranſvehunt, & circa Leodium Moſam tranſeunt. Pugnatur ad torrentem *Gulid* VI. Kalend. Iulij: Chriſtiani ſuperantur, & in prælio occumbunt *Sunderoldus* Moguntinus Archiepiſcopus, & *Arnulfus* Comes.

Audita noſtrorũ clade, *Arnulfus* Rex ex Bauaria in Belgicam venit, Rhenoque tranſmiſſo ad littora Moſæ caſtra ſtatuit. Normanni ſuper fluuio, qui *Thilia* dicitur, ligno & terræ congerie, more ſolito, ſe communiunt. Arnulfus cum ſuis hoſtes pedeſtri prælio aggreſſus, eos vſque ad internecionem deleuit: itá vt ex innumerabili multi-

multitudine vix reſiduus eſſet, qui ad claſſem aduerſum nuntium reportaret. Sic ferè Regino hoc anno, & Sigebertus anno 895. Sed priori, qui hoc ipſo tempore viuebat, potiùs credendum putamus. Anno

In hoc prælio prope Louaniū, quod Thilia ſeu Dilia fl. interſecat, centum Normannorum millia cecidiſſe, Helmoldus narrat. In memoriam tantæ victoriæ etiamnum quotannis ſuplicatio ſolemnis Louanij habetur. 891.

Hatto fit Moguntinus Archiepiſcopus. Stephanus Papa moritur: ſuccedit Formoſus.

Anno 892. menſe Febr. Normanni, qui ad naues remanſerant, Moſam traijciunt, Ribuariorum pagum ingreſſi, Bonnam vſque perueniunt, Prumienſe monaſterium ſpoliant, Arduennam intrantes, cuncta vaſtant: cum ingenti deniquè præda ad claſſem redeunt, oneratiſque nauibus, cum omnibus copijs, tranſmarinas regiones repetunt, *Regino*. 892.

Per id tempus *Farabertus* Abbas Prumienſis curam paſtoralem ſua ſponte,

Anno per conceſſum Arnulfi Regis depoſuit, & ego (*Regino* ſcilicet) quamuis indignus, per electionem fratrum, in regimine ſucceſſit: in quo tamen non diu immoratus, æmulis agentibus, *Richarium*, Gerhardi & Mathfridi fratrem, ſuſtinui ſucceſſorem.

Notet hîc lector ætatem Reginonis: cuius Chronico, præ reliquis omnibus, quoad res geſtas horum temporum, idcircò quàm maximè fidendum exiſtimamus.

893. Odone Rege in Aquitania commorante, Francorum primores ab eo deficiunt, & *Fulcone* Archiepiſcopo Remenſi, *Heriberto* & *Pipino* Comitibus agentibus, *Carolus Simplex*, Ludouici Balbi ex Adelheide filius Rex coronatur in vrbe Remenſi, V. Kalendas Februarias anni 893.

Carolus Simplex Rex.

893. Odo rebus in Aquitania compoſitis, in Franciam reuertitur, & cum *Rodeberto* fratre, Carolum Simplicem fugat. Carolus in Burgundiam ſecedit, & Arnulfi Regis auxilium contra Odonem expoſcit. Sicque alternatim alter alterum fugat, & multæ fiunt rapinæ ac cæ-

ac cædes vtrimque. *Anno*

Carolus Simplex Francorum Rex 894.
prædia ac poſſeſſiones Eccleſiæ Leodienſis confirmat, *Francone* Epiſcopo petente. Diploma, Attiniaci anno 894. VI. Kalendas Octobris datum, recitat Chapeavillius tomo 1. rerum Leodienſium.

Arnulfus Rex, à *Berengario* Italiæ Rege interpellatus, ad ferendum auxilium contra *VVidonem* ſimiliter Italiæ Regem, mittit *Zuendeboldum* filium ſuum cum exercitu in Italiam. Exinde Arnulfus Longobardiam ingreſſus, Bergomum vrbem armis cepit. *Regino.*

Lãbertus Rex Italiæ.

Guido, qui Italiam regebat, & Imperatoris nomen tenebat, moritur. *Lambertus* filius eius regnum obtinet & Romam veniens diadema Imperij à Formoſo Papa impetrat. *Idem.*

Zundibolchus Rex Marahenſium 894.
Sclauorum è viuis exceſſit: cuius regnum filij pauco tempore tenuerunt, Hungaris omnia depopulãtibus. *Idem.*

Apud Triburias Synodus habetur, cui XXVI. Epiſcopi, præter Abbates, interfuerunt.

Arnulfus

Anno Zuendiboldus Rex Lotb. Arnulfus Rex conuentum publicum Wormatiæ celebrat, & *Zundibolchum* ſeu *Zuendiboldum*, filium ſuum, regno Lotharij præficit, ac Lotharingiæ Regem creat. *Regino.*

895. Odo Francorum Rex cum magnis muneribus ad Arnulfum Wormatiæ agentem venit: à quo honorificè ſuſceptus ac dimiſſus eſt.

896. *Arnulfus Imp. moritur* Arnulfus Rex ſecundò Italiam ingreſſus, Romam venit, & à Formoſo Papa creatur Imperator. Lamberti mater, quæ ad præſidium Vrbi à filio relicta fuerat, cum ſuis latenter aufugit. Inde reuerſus Arnulfus, paralyſi grauatur: ex qua infirmitate diu langueſcit. Eodem anno *Lambertus*, Guidonis *Lud. Rex.* filius, vita decedit, & *Ludouicus*, Boſonis filius, à Longobardis inuitatus, ex Prouincia in Italiam venit.

897. Anno 897. Formoſo Papa mortuo, Bonifacius diebus XV. ſedem tenuit: cui mox Stephanus eſt ſubrogatus. *Baronius.*

Zuendiboldus Lotharingiæ Rex *Odam* filiam Ottonis ſeu Odonis Francorum Regis in vxorem accipit.

Odo

Odo Francorum Rex, ſeu potiùs tyrannus, die 3. Ianuarij moritur, & ad S. Dionyſium ſepelitur. Primores regni, in vnum congregati, pari conſilio ac voluntate *Carolum Simplicem* ſuper ſe Regem conſtituunt. *Anno 898.* *Car. Simplex Rex.*

Ceterùm pleriq; rerum Gallicarum ſcriptores *Caroli Simplicis* annorum exordium ducunt ab obitu *Odonis* Regis, hoc eſt, à tertio die ante Nonas Ianuarias anni huius octingenteſimi nonageſimi octaui. *Carolus* autem ipſe in diplomatibus ſuis quinquennio altiùs repetit: à die videlicet, quo Remis *Fulco* Archiepiſcopus ipſum vnxit in Regẽ, hoc eſt, à quinto die ante Kalendas Februarias anni octingenteſimi nonageſimi tertij. Quem annum Regino indicat, cùm Regem leuatum ait, ſub finem anni octingéteſimi nonageſimi ſecundi. Nam cùm annos à Chriſti Incarnatione ordiatur, non à Natali; anno cuique primos etiam ſequentis anni menſes adnumerat. Denique Caroli Simplicis regnum ab hoc, quem diximus, Chriſti anno, in eius diplomatibus incohari, facilè perſpiciet, qui eius

Anno eius annos cum Indictionibus comparabit. Exempla qui volet, apud Sirmondum in Notis ad Capitula Caroli Calui reperiet.

Carolus porrò Simplex, quo tempore in Regem confirmatus eſt, integrum regnum ſua in poteſtate non habuit; quia *Odo* Rex, quamdiu vixit, Aquitaniam & Burgundiam tenuit. Mortuo poſt quinquennium Odone, quæ ab illo poſſeſſa fuerant, recepit, regnumque redintegrauit. Atque huius redintegrationis annos regni ſui annis Carolus deinceps in ſuis diplomatibus ſubiunxit.

Anni Caroli Simplicis.

Semper igitur redintegrationis anni, ſolido ferè quinquennio annis regni pauciores ſunt: & ſolidum fuiſſet, ſi *Odo*, qui III. Nonas Ianuarias obijt, ad V. Kalendas Februarias, quo die Carolus Simplex inunctus fuit, vitam produxiſſet.

Ceterùm quo anno regnum Lotharij is receperit, inueſtigandum reſtat. Sigebertus noſter in Chronico, receptum anno 915. notat. Sed ex varijs eiuſdem Caroli diplomatibus Sirmondus

dus rectè concludit, quadriennio ante, *Anno*
hoc eſt, anno Chriſti nongenteſimo duodecimo, regni autem Caroli viceſimo, receptum fuiſſe. Quo nimirum tempore, *Ludouico*, vltimo Francicæ ſtirpis in Germania Rege, ſine liberis defuncto, *Carolo*, vt legitimo heredi, iure licuit non regnum modò Lotharij, ſed Germaniam quoque ipſam, ſi par in armis vis fuiſſet, repetere.

Ad res anni huius 898 reuertamur. 898.
Raginarius Dux, à *Zuendiboldo* Lotharingiæ Rege pulſus, Carolum Simplicem Galliæ Regem Aquaſgrani, & inde Neomagum deduxit. Zuendiboldus Leodium ad *Franconem* Epiſcopum interea venit, ac Moſam cum ſuis tranſijt. Pugna parabatur; ſed intercurrentibus legatis pax eſt firmata, & Carolus in regnum ſuum regreſſus eſt.

Zuendiboldus Rex Eccleſiam Leodienſem prædijs ſeu villis quibuſdam ditat, edito diplomate, quod Chapeauillius recitat.

Eberhardus, Meginhardi filiùs, à 898.
VValtgario Friſone, Gerolfi filio, cùm venatum pergeret, dolo trucidatur.

Ducatus,

Anno Ducatus, quem tenuerat, *Meginardo* fratri ab Imperatore committitur. *Regino.*

898. Inter *Ludouicum*, Boſonis filium, & *Berengarium*, in Italia, de Italiæ regno variè certatur. Ludouicus demum fugat Berengarium, Romam ingreditur, & ibidem coronatus, Imperator appellatur. *Regino.*

Rodulfus Comes pagi Cameracenſis, Balduini Ferrei Flandriæ Comitis filius, partium Caroli Simplicis fautor, *Heriberto* Veromanduorum Comiti, qui pro Odone Rege ſtabat, *Quintinopolim* & *Peronam* opida eripit. Sed Heribertus, ab Odone & Normannis adiutus, ea pòſt recuperauit, *Rodulfo* cæſo in læui prælio. *Meierus.*

Poſt Rodulfum *Iſaacus* Cameracenſium Comes fuit, quem cum Stephano & Fulberto Epiſcopis, varias contentiones habuiſſe Baldericus in Chronico lib. 1. teſtatur. Quod nota contra Meierum, qui Rodulfo ſucceſſorem dare videtur filium *Balduinum* ſeu *Balzonem*, cognomento *Breuem*. Obijt hic an. 973. admodum ſenex, vt vult idem

idem Meierus.

Anno 899 Odilbaldus Vltraiectenſis Epiſcopus moritur, & ſuccedit Ratboldus. *Regino.*

Arnulfus Imp. III. Kalendas Decembris à ſæculo migrat, & honorificè in Odingis ſepelitur, vbi & pater eius tumulatus iacet. *Regino.*

Anno 900. proceres, qui in ſeditione contra Arnulfum ad *Forachem*, in vnum fuerant congregati, *Ludouicum*, eiuſdem Arnulfi filium legitimum, ſibi Regem creant. *Regino.* *Ludouicus Rex.*

Dum hæc in Germania geruntur, inter *Zuendiboldum* & primores regni grauis oritur diſſenſio, propter aſſiduas deprædationes, & quia cum mulieribus & ignobilioribus regni negotia diſponebat, nobilioribus excluſis. Certatim igitur ad *Ludouicum* tranſeunt, eumque in regnum introducunt, & in *Theodonisvilla*, manibus datis, eius dominationi ſe ſubijciunt. *Idem.*

Zuendiboldus incendijs ac rapinis cuncta deuaſtans, à *Stephano, Gerardo*, & *Matfrido* Comitibus circa Moſam in prælio, Idibus Auguſti, interficitur. *Regino.*

Anno *Regino.* Zuendiboldi corpus ſepultum fuit in Suſterenſi nobilium virginum Canonicarum eccleſia, in Ducatu Iuliacenſi: vbi duas habuit filias, *Benedictam* & *Cæciliam*, Suſterenſes ex ordine Abbatiſſas.

Eodem anno Gerardus Comes *Odam*, Zuendiboldi Regis viduam, ſibi matrimonio iungit. *Regino.*

An. 901 Fulco Remenſis Archiepiſcopus, Balduini Flandriæ Comitis factione, à *VVinemaro* Lilerienſi die 17. Iulij occiditur, ob contentionem de Abbatia Vedaſtina apud Atrebates. Flodoardum lib 4. cap. 10. in hiſt. Remenſi & Baronium conſule. Alij Fulconis cædem ad annum ſuperiorem referunt.

Fulconi ſucceſſit *Heriueus*, filius *Vrſi* Comitis Campaniæ, & *Bertæ* ſororis Hucbaldi Comitis. Eius conſecrationi interfuerunt,

Riculfus Sueſſionenſis Epiſcopus,
Dodilo Cameracenſis,
Otgarius Ambianenſis,
Mancio Catalaunenſis,
Rodulfus Laudunenſis,

Otfri-

Otfridus Siluanectenſis. *Anno*

Hungari, Langobardorum fines ingreſſi, incendijs ac rapinis cuncta deuaſtant. *Regino.*

Stephanus Comes, frater Walonis, moritur. *Idem.*

Stephano Papæ ſuccedit Theodorus, & huic poſt dies 20. Ioannes IX. *Baron.*

Anno 903. S. Grimbaldus Hidenſis in Anglia Abbas, antea monachus Bertinianus, moritur. Vitam eius ſcripſit *Gotzelinus* monachus Bertinenſis, à S. Anſelmo Archiepiſcopo Cātuariam ad S. Auguſtini cœnobium euocatus: quo in loco non ſolùm *Grimbaldi*, ſed & vitas *SS. Auguſtini, Laurentij, Suithuni, ErkenWaldi, Iuonis, Eadgithæ, Milburgæ* & *VViteburgæ* deſcripſit. 903.

Franco Leodienſis Epiſcopus V. Idus Ianuarij moritur: ſuccedit Stephanus, qui vitam S. Lamberti poliuit.

904. Berengarius Italiæ Rex ex Baioaria, vbi exularat, à Veronenſibus in Italiam euocatus, Veronam occupat, & Ludouicum Boſonis filium nō ſolùm regno,

Anno ſed etiam oculis priuat. *Regino.*

Anno 905. Conradus Comes filium
905. ſuum *Conradum*, cum armatorum manu, mittit contra *Gerardum*, & fratrem eius *Matfrldum*, eò quòd honores ſuos & *Gebelhardi* fratris ſui, videlicet poſſeſſionem S. Maximini Treuerenſis, & S. Mariæ ad Horreum, violenter inuaſiſſent. *Regino.*

Ludouicus Rex conuentum generalem celebrat apud Triburias villam regiam.

Baltranno Strasburgenſi Epiſcopo *Otbertus* & Luidhelmo Tullenſi *Drogo*, ſuccedunt. Ita Regino Prumienſis Abbas, cuius Chronicon hîc deſinit: Quæ ſequuntur vſque ad annum 967. ab alio ſunt addita. Sigebertus dicit Reginonem perduxiſſe Chronicon ſuum vſq; ad an 910. Vtinam quis illud cum mss. collatum in lucem protulerat.

Ioannes Papa moritur: Benedictus IV. ſuccedit. *Baron.*

907. Anno 907. Bauari cum Hungaris congreſſi, cæduntur: in quo congreſſu *Luidbaldus* Dux occubuit, cui filius *Arnolphus* in Ducatu ſucceſſit: vt legitur

gitur in Appendice Reginonis. Anno

Benedictus Papa moritur, ſuccedit 907.
Leo, cui Chriſtophorus poſt dies 40. ſufficitur. *Baron.*

Anno 908. Hungari Saxoniam & 908.
Turingiam vaſtant. Sergius III. Papa creatur, teſte Baronio.

Ludouicus Germaniæ Rex, Arnulfi filius, Zuendiboldi frater, Aquiſgrani exiſtens, petente *Herimanno* Agrippinenſi, & *Stephano* Leodicenſi Epiſcopis, confirmat prædia, Leodicenſi eccleſiæ à ſuis prædeceſſoribus collata. In diplomate, quod in noſtro Codice donationum reperies, fit mentio *Berengarij* Comitis Lomenſis, aliàs Lomacenſis, ſeu Namurcenſis, & *Albuini* Comitis Traiectenſis ad Moſam.

An. 910. Franci, in Bauariæ & 910.
Franciæ confinibus, cum Hungaris congreſſi, vincuntur ac fugantur. In quo prælio *Gebelhardus* Comes interijt, relictis duobus filijs pueris, *Vdone* & *Herimanno*, qui poſtea clari in Francia exſtiterunt. *Appendix Reginonis.*

Sergius Papa moritur: ſuccedit Anaſtaſius, teſte Baronio.

Anno 911. Anno 911. Ludouicus Germaniæ Rex, Arnulfi Imp. filius, è Caroli Magni ſtirpe vltimus, die 21. Ianuarij moritur: vt in Appendice Reginonis legitur. Baronius & alij id ad annum ſequentem referunt.

Conradus Imp. Ludouico ſucceſſit *Conradus*, è Franconia, vir bello inclytus, Conradi Comitis ab Adalberto occiſi filius, quem Germani proceres electione Regem & Cæſarem ſibi ſtatuerunt.

Anaſtaſio Papæ Lando Sabinus, & paulò poſt Ioannes X. ſuccedit. *Baron.*

912. Anno 912. Otto Dux Saxonum moritur. Hattoni Archiepiſcopo Moguntino defuncto, *Heringerus* ſucceſſit. *Appendix Reginonis.*

913. An. 913. Carolus Simplex Franciæ Rex *Egmondam* Theoderico I. Hollandiæ Comiti donat. atque hoc fuit Hollandici Comitatus initium, vt Douſa ſupputat. Diploma in noſtro Codice donationum cap. 24. legitur.

913. Eodem anno, Indictione prima, die nono menſis Maij, habetur ſignatum diploma *Ragineri* Ducis in Lotharingia potentis, cuius ſupra ad an. 898. niſi fallor,

fallor, mentio facta eſt. Is cùm prædia *Anno*
eccleſiaſtica ſępiùs fuiſſet deprædatus,
tandem pœnitens ampliſſimum lati-
fundium in ſatisfactionem dedit mo-
naſterio S. Matthiæ Treuerenſis, diplo-
mate deſuper edito, quod Fr. Haræus in
Annalibus Brabantiæ citat.

An. 914. potentiores regni Principes 914.
Arnoldus de Baioaria, Burchardus de
Sueuia, Euerardus de Francia, Giſel-
bertus de Lotharingia, & Henricus
Dux de Saxonia ac Thuringia, contra
Conradum Regem meditantes rebel-
lionem, eiuſdem Regis ſapientia ac
fortitudine reducuntur ad gratiam. So-
lus Arnoldus ad Hungaros cum vxore
ac filijs fugiens, vſque ad Conradi obi-
tum apud illos manſit. *Sigebertus in
Chron.*

An. 915. Carolus Simplex, petente 915.
Stephano Leodienſi Epiſcopo, dat
prædia varia Eccleſiæ Leodienſi. Di-
ploma exſtat apud Chapeauillium, &
in eo fit mentio *Dadonis* Virdunen-
ſium Epiſcopi, & *Ragineri* Marchionis,
quem Regino ad an. 898. Ducem vo-
cat.

Anno Balduinus Comes Flandrenſis & Ainardus Epiſcopus Nouiomenſis ac Tornacenſis, corpus S. Gerulphi ex Merendra Trucinium prope Gandauum transferunt. *Meierus.*

916. Hungari, vaſtata Alemannia, Thuringia, & Saxonia, Fuldam vſque anno 916. perueniunt.

917. Anno 917. Hungari Alſatiam & regnum Lotharienſe vaſtant: vt apud Adamum Bremenſem, & in Appendice Reginonis legitur.

Arnolphus, Sigeberto Arnoldus, Dux Bauarorum, contra Conradum Germaniæ Regem rebellat. *App. Reginonis.*

S. Radbodus XIV. Epiſcopus Vltraiectinus, Radbodi Friſiorum Regis genere natus, in Domino obdormit, Dauentriæ ad Iſalam ſepultus. Scripſit varia, quæ Trithemius commemorat.

Rolloni Normannorum Duci ſuccedit paruulus filius Guilielmus, cognomento Longa Spata. *Meierus.*

918. Anno 918. Conradus Rex natiuitatem S. Ioannis in monaſterio Herosfel-

roſfeldenſi celebrat. *Anno*

Balduinus II. cognomento Caluus, Flandriæ Comes, IV. Nonas Ianuarias Gandaui moritur, & in monte Blandinio ſepelitur. Ex Elſtrude, Elfredi Angliæ Regis filia, duos filios reliquit, *Arnulfum* cognomento *Magnum*, ſuum in Comitatu Flandriæ ſucceſſorem; & *Adolphum*, Bononienſium ad mare ac Morinorum Comitem, qui ſine liberis deceſſit. *Meierus.*

Rodulphus Burgundiæ Rex, itemque Arnulphus & Adolphus, Comites, paulò antè nominati, ad *Falcobergam* cum Normannis congreſſi, victoriam referunt non tamen incruentam. *Idem.*

Anno 919. Conradus Germaniæ Rex die 23. Decembris moritur, & in Fuldenſi monaſterio ſepelitur. Mortem ſibi imminere ſentiens, ſceptrum & reliqua Imperij inſignia, ad Henricum Saxoniæ Ducem, hoſtem ſuum, deferri iuſſit. *App. Reginonis.* 919.

Flodoardi Chronicon verè aureum incipit, quo is res ſuorum temporum, continuata ſerie, vſque ad annum 966. (quo & obijt) fideliſſimè deduxit. 919. *Flodoardus.*

Anno Eiuſdem Hiſtoria Remenſis in geſtis anni 948. definit.

Normanni Britanniam, in cornu Galliæ, in ora ſcilicet maritima ſitam, depopulantur. Hungari Italiam & regnum Lotharij deprædantur. Ita Flodoardus in Chronico.

920. *Henricus Anceps Imp.* Anno 920. Henricus Dux Saxoniæ, Othonis Ducis, anno 912. defuncti, filius, conſenſu Francorum, Alemannorum, Bauarorum, Thuringorum, & Saxonum, Rex Germaniæ & Imperator eligitur. *App. Reginonis.*

Arnulfus Flandriæ Comes, caſtrum S. Venantij, expulſis Andegauenſibus, recuperat. *Meierus.*

Carolus Franciæ Rex hoc tempore Lotharingiam occupaſſe putatur, *Giſleberto* Lotharingiæ Duce & alijs proceribus pro Henrico Rege ſtantibus.

Stephanus Leodienſis Epiſcopus XIV. Kalendas Iunij moritur. De ſucceſſione in Epiſcopatu inter ſe contendunt *Hilduinus* & *Richarius*: de qua contentione vide Flodoardum in Chron.

Henricus Rex, contra Arnulphum ſeu Arnoldum Baioariæ Ducem profectus

fectus, eum virtute & ſapientia ad gratiam ſuam inflexit. *Sigeb.* *Anno*

Franciæ proceres ac Comites Regem ſuum *Carolum Simplicem* apud vrbem Sueſſionenſem deſerunt: quia *Haganonem*, conſiliarium ſuum, quem de mediocribus potentem fecerat, dimittere nolebat. Heriueus tamen Remenſis Archiepiſcopus Regi ſuo fidus manſit, eumque menſibus ſeptem fouit, donec cum ſuis proceribus in gratiam rediret. *Flodoardus.* *Hagano*

Inter *Robertum* regni inuaſoré, Odonis Regis fratrem, & *Carolum Simplicem* Regem, graues feruēt diſcordiæ. Henricus Germaniæ Rex Sclauos reprimit. *App. Reginonis.* 921.

Rodulfus montis Lauduni Epiſcopus moritur: ſuccedit Adelelmus eiuſdem loci Theſaurarius. 921.

Synodus apud *Troſleium* habetur, cui præſedit Heriueus Archiepiſcopus Remenſis, præſente Carolo Rege.

Richardus Comes de Burgundia obijt. Rotbertus Comes Normannos, qui Ligerim fl. occupauerant, per quinque menſes obſedit, acceptiſque obſidibus,

Anno dibus, Britanniam, quam vaſtauerant, cum Nannetico pago ipſis conceſſit, qui Chriſti fidem cœperunt ſuſcipere. Erluinus Bellouacenſis Epiſcopus moritur. *Flodoardus.*

Carolus Simplex, Franciæ Rex, cum Henrico Aucupe, Germaniæ Rege pacem firmat (teſte eodem Flodoardo) ea ſcilicet lege, vt regnum Lothárienſe Carolus retineret.

Pactum Bonnenſe. Pactum inter dictos Reges, Bonnæ ad Rhenum, per Legatos initum, extat apud Sirmondum in Capitulis Caroli Calui, & in Codice noſtro Donationum piarum cap. 27.

Ex parte Caroli Simplicis Epiſcopi & Comites iſti pactionem firmarunt:

Herimannus Archiepiſcopus Colonienſis.
Rodgerus Treuerenſis,
Stephanus Cameracenſis,
Bouo Catalaunenſis,
Baldricus Vltraiectinus,

Comites

Anno

Comites ex parte Caroli Simplicis.

Matfredus, Erkengerus, Hagano, Boſo, Waltkerus, Iſaac, Ragenbertus, Theodericus, Adalardus, Adelelmus.

Epiſcopi ex parte Henrici Aucupis Germaniæ Regis.

Herigerus Archiepiſcopus Moguntinus,
Nithardus Epiſcopus Monaſterienſis,
Dodo Oſnaburgenſis,
Ricaudo Wormatienſis,
Honuardus Paderbonenſis,
Notingus Conſtātienſis in Alemannia.

Comites ex parte eiuſdem Regis.

Eurardus, Conradus, Herimannus, Hatto, Godefredus, Otto, Herimannus, Cobbo, Magenhardus, Fridericus, Foldac.

S.Guic-

Anno S. Guicbertus ſeu Wibertus Comes
921. inter nobiles Lotharingiæ claret, qui Gemmelacenſe ſeu Gemblacenſe in Brabantia cœnobium fundauit. Is di-
Giblou. uitijs, nobilitate, & potentia clarus, cingulum mundanæ militię deponens, cingulo ſanctæ religionis in monachico habitu *Gorziæ* ſe accinxit. *Sigeb. in Chron.*

Carolus Simplex varia prædia Maricolenſi in Hannonia monaſterio attribuit ac confirmat, diplomatibus editis, quæ in Codice noſtro donationum exſtant.

Anno 922. Richarius, qui cum Hilduino de Epiſcopatu Leodienſi cer-
922. tabat, & Romam profectus fuerat, domum reuertitur, à Ioanne Papa Epiſcopus ordinatus. Drogoni Epiſcopo Tullenſi ſuccedit Goſlinus. *Flodoardus.*

Berengarius Longobardorum Im-
Rodulfus Italiæ Rex. perator regno à proceribus ſuis deturbatur, & Rodulfus Ciſalpinæ Galliæ Rex ab ipſis in regnũ admittitur. Hungari pro Berengario ſtantes Italiam depopulantur. *Idem.*

Carolo

Carolo Simplice Laudunum regreſ- *Anno*
ſo, *Hugo*, Rotberti filius, poſt Paſcha ad villam *Fimmas* ſuper Vidula venit: vbi Heriuei Remenſis Archiepiſcopi fideles, cum quibuſdam Franciæ Comitibus, obuios habuit. Quo cum eiſdem in pagum Laudunenſium profe-ƈto, propter *Haganonem*, cui Carolus Rex Abbatiam *Rothildis* amitæ ſuæ, ſocrus autem Hugonis, dederat, nomine Calam, nunc *Chelles*, in agro Pariſienſi, idem Rex ſibi metuens, cum *Heriberto* & *Haganone* Lauduno trans Moſam fugit.

Franci *Rotbertum* ſeniorem ſibi Re- *Rober-*
gem eligunt, qui Remis in S. Remigij *tus Rex.*
monaſterio ab Heriueo Archiepiſcopo eſt conſecratus. Heriueus autem poſtridie Kalendas Iulij, hoc eſt, tertio die poſt conſecrationẽ Rotberti, obijt: cui *Seulfus* ſucceſſit. *Flodoardus.* Hugo, Rotberti filius, in regnum Lotharienſe à patre cum copijs miſſus, Carolum abigit ab obſidione Capræmōtis, quod erat caſtrum Giſleberti Ducis, nunc *Chieuremont*, in agro Leodienſi.

An. 923. Rotbertus Rex in regnum 923.
Lotha-

Anno Lotharienſe profectus, in pago Ribuariorum ſuper fl. Rura (deuoluitur is in Moſam, Ruræmondæ in Geldria) cum Henrico Germaniæ Rege colloćutus, pacta & amicitiam cum eo firmat.

923. Normanni Aquitaniam & Aruerniam deprædantur: contra quos *VVillelmus* Dux Aquitanorum & *Ragemundus* pugnant, & XII. hoſtium millia occidunt.

Carolus cum ſuis Lotharienſibus Moſam tranſiens, *Attiniacum* venit, inde Axonam fl. tranſgreſſus, prope vrbem Sueſſionenſem Rotbertum regni inuaſorem aggreditur. Prælium atrox committitur, in quo *Rotbertus* Rex lanceis perfoſſus cecidit. Carolus, ab Hugone Rotberti filio & Heriberto Comite victus, cum ſuis Lotharienſibus trans Moſam fugit. In Rotberti locum

Rodulfus Franciæ Rex. RODVLFVS Burgundiæ Dux, Richardi filius, à Seulfo Archiepiſcopo, aliiſque regni primatibus ſubrogatur, & apud Sueſſiones in monaſterio S. Medardi conſecratur. *Flodoardus.*

Carolus Simplex ad Heribertum cum

cum paucis veniens, ab ipſo in opido S. Quintini ſuſcipitur, indeque ad Caſtellum Theoderici, ſuper Materna fl. deducitur, ibique ſub cuſtodia detinetur. *Idem.* *Anno* *Carol. Simplex capitur.*

Ragenoldus Princeps Normannorum, qui in fl. Ligeri verſabantur, Caroli frequētibus miſſis excitatus Franciam trans Iſaram, coniunctis ſibi plurimis ex Rodomo ſeu Rotomago, prædatur. Exinde in pagum *Atrebatenſem* prædatum progreditur. Cui obuius factus *Adelelmus* Comes, ſexcentos ex eis ſtrauit, ceteris fugatis. *Idem.*

Emma, Roberti Regis filia, Remis à Seulfo Archiepiſcopo conſecratur Regina.

Henricus Auceps, inuitantibus Giſleberto Comite & Rotgario Treuerenſi Præſule, qui necdum ſe Rodulfo ſubdiderant, regnum Lotharienſe, inter Rhenum & Moſellam inuadit.

Alter *Rodulfus*, Ciſalpinæ Galliæ Rex, quem Itali pulſo Berengario ad regnum euocarant, cum ipſo Berengario confligit, eumque vincit. *Rodulfus Italia Rex.*

Dado Virdunenſium Epiſcopus mori-

Anno moritur, cui ſucceſſor datur *Hugo*, procurante Rodulfo.

Anno 924. incipiente, fit exactio per Franciam pecuniæ collaticiæ, quæ Normannis pacto pacis daretur. *Flodoardus.* Exactionum ſimilium exempla vide apud Sirmondum in Notis ad Capitula Caroli Calui tit. 42.

924. Giſlebertum Lotharingiæ Ducem Berengarius Comes Namurcenſis, qui ſororem ipſius habebat pro coniuge, còmprehendit, quem poſtea dimiſit, acceptis obſidibus filijs Ragenarij, qui fuit frater ipſius Giſleberti. Giſlebertus autem dimiſſus terram Berengarij, itemque Ragenarij fratris ſui, & Iſaac Comitis Cameracenſis, vaſtat. Sicque fit grauis contentio inter Giſlebertum & Ragenarium fratrem eius. *Flodoardus.*

Hannoniæ Comites. Quæ vt rectiùs intelligantur, libet hîc pauca de *Ragineris* primis Hannoniæ Comitibus, hactenus minùs obſeruata aut intellecta, enarrare. Iacobus Guiſius, Chronicorum Hannoniæ ſcriptor, & alij eum ſecuti, neſcio quos *Alberones*, *Albones* & ſimiles ſibi Comites

tes finxerunt, quos claſſici auctores veteres prorſus ignorant. Apud Sigebertum in Chronico anno 651. notus eſt *Madelgarius* Dux, qui & *Vincentius* Altimontenſis & Sonegienſis, eiuſque coniux *VValdetrudis* Caſtrilocenſis, cum ſorore ſua *Aldegunde* Melbodienſi. Anno

In Diplomate Ludouici Germaniæ Regis anno 908 dato, quod Chapeavillius tom. 1. rerum Leodienſium recitat, nominatur *Sigehardus* Comes Hainuenſis.

Ragineros porrò quattuor ex ordine inuenio: quod nota cõtra Guiſium, Bochium, Marchantium & alios, qui tres tantùm agnoſcunt, & ex Raginero primo ac ſecundo vnum faciunt. De Ragineris itaque ex Flodoardi Chronico, & vetuſtis diplomatibus hæc diſce.

Raginerus eo nomine primus, quẽ Regino Ducem nũcupat, primùm Zuendiboldi Lotharingiæ Regis amicus, pòſt hoſtis, circa an. 914. obijt: cuius exequijs *Carolus Simplex* Galliæ Rex interfuit: vt in Fragmento veteris *Raginerus I.*

Anno ſcriptoris apud Conradum Abbatem Vrſpergenſem legitur. Ex Albrada coniuge filios reliquit *Giſlebertum* Lotharingiæ Ducem, primum Gerbeſgæ (quæ poſtea Francorum Regina fuit) maritum, *Raginerum Longicollum*, Comitem Hainoenſem, & *Lambertum* Comitem Louanienſem.

Raginerus II. *Raginerus* II. cognomento *Longicollus* ab Othonis Cæſaris fratre *Brunone*, Colonienſi Archiepiſcopo ac Lotharingiæ Duce, in exilium pulſus fuit: vt apud Sigebertum in Chronico, & alios legitur. Obijt circa annum 960. ſuperſtites relinquens filios *Raginerum* III. & *Lambertum*, qui Lothario Regi adhæſerunt.

Errant autem Guiſius & alij eum ſecuti, qui Raginerum hunc Longicollum *Manaſſis* filium fecerunt, cum ex Flodoardi Chronico, & Gerbergæ diplomate Marſanenſi, in Codice Donationum per me edito, conſtet ipſum Ragineri I. Ducis filium, & Giſleberti Loth. Ducis fratrem fuiſſe.

Raginerus III, Raginerus III. Hainoenſem ſeu Montenſem Comitatum recuperauit,

Guarnero

Guarnero & *Ramnoldo*, qui illum tenebant, prope Peronam cum exercitu deletis. Sed ab Arnulfo Flandriæ & Godefrido Arduennæ Comitibus *Raginerus*, eiuſque frater *Lambertus*, qui Lotharingię Ducatum recuperare ſæpe tentarat, denuo pulſi, tandem auxilio *Hugonis Capeti*, poſtea Franciæ Regis, (cuius filiam Hathuidem ſeu Hauidam Raginerus vxorem duxerat) ſuperiores euaſerunt. *Anno*

Lambertus vxorem habuit *Gerbergam*, Caroli Lotharingiæ Ducis filiam & herēdem, adeoque Louanienſem Comitatum tenuit. De his rebus ſic breuiter Sigebertus in Chronico ad annum 977. *Filij Ragineri, vt pro ſe viriliter agerent, animati Francorum auxilio & affinitate (Raginerus quippe Hatuidem filiam Hugonis poſtea Regis, Lambertus verò Gerbergam, filiam Caroli Ducis, duxere vxores) in terra patrum ſuorum relocati ſunt.*

Raginerus IV. Ragineri III. filius Comitatum à patre acceptum pacificè poſſedit. Vxorem habuit filiam *Herimanni* ſeu *Hezcelonis* Comitis, qui re- *Raginerus IV.*

Anno licto in manu Ragineri caſtro Einhamenſi, apud Virdunum in cœnobio S. Vitoni poſtea factus eſt monachus: vt apud Baldericum in Chronico Cameracenſi lib. 3. cap. 10. & in Auctario ad Sigeberti noſtri Chronicon an. 1005. legitur Reliquit filiam vnicam *Richildem*, Comitatus Hainoenſis heredem, quæ primis nuptijs *Hermanno* Comiti, ſecundis autem *Balduino* eo nomine *Sexto* Flandriæ Comiti coniuncta fuit. Quo quidem matrimonio Flandria & Hannonia in vnum veluti corpus coaluerunt.

Ad res geſtas anni 924. reuertamur.
924. Berengarius Italiæ Rex à ſuis interimitur, teſte Flodoardo. Fuit is Berengarij I. Regis nepos ex filia N. Marchioni Eporediæ nupta. Sigonium de regno Italiæ conſule.

Synodus Epiſcoporum Remenſis diœceſis apud Trosleium mẽſe Octobri habetur, Seulfo Archiepiſcopo præſidente: in qua *Iſaac* Comes Cameracenſis, ſolutis argenti libris centum, pro his quæ praue aduerſus Eccleſiam Cameracenſem perpetrauerat, ſatiſ-

ſatisfecit Stephano illius vrbis Epiſco- *Anno*
po; præſente *Heriberto* Veromanduorum Comite,& pluribus alijs Franciæ Comitibus. *Flodoardus.*

Anno 925. Ragenoldus cum ſuis 925.
Normannis Burgundiam depopulatur: cum quo *VVarnerius* & *Manaſſes* Comites, *Anſegiſus* Tricaſſinus & *Goſelinus* Præſules congreſſi, pluſquam octingentos ſternunt. Warnerius ab hoſtibus captus occubuit. Accurrit mox ad ſubſidium *Rodulfus* Rex Burgundiæ, itemque *Heribertus* Comes.

Exinde Rodulfus Rex, fugatis Normannis, Cameracum petijt, & *Giſlebertum*, Lotharingiæ Ducem atq; *Othonem*, circa Moſam exiſtens in amicitiam recepit. *Flodoardus.*

Normanni Rotomago egreſſi pagum Bellouacenſem & Ambianenſem depopulantur; alij Nouiomagum vſq; excurrunt, & ſuburbana ſuccendunt. *Arnulfus* Comes & ceteri maritimi Franci, *Augam* ipſorum caſtrum ad mare ſitum, (ad quod tuendum Rollo Princeps mille Normannos, præter incolas, Rotomago tranſmiſerat) ex-

 pugnant,

Anno pugnant, & mares omnes interimunt. *Idem.*

Henricus Auceps Germaniæ Rex *Tulpiarum* opidū, quod Giſleberti fideles tuebantur, vi capit: nec diu moratus in regno Lotharienſi, ad ſua trans Rhenum regreditur, obſidibus à Giſleberto acceptis. *Idem.*

Seulfus Remorum Archiepiſcopus moritur. Heribertus Veromandorum Comes filium ſuum paruulum, necdum quinquennem, ad eam dignitatem promouere conatur *Idem.*

926. Anno 926. Rodulfus Rex, cum Heriberto Comite, Normannos in pago Atrebatenſi, quodam ſaltu coarctatos, obſidet, eoſque caſtra ſua oppugnantes graui cæde afficit: paulò pòſt, numerata pecunia, pacē cum eis facit, & Laudunum reuertitur. *Flodoardus.*

SS. Remigij, Walburgis, & aliorum Sanctorum pignora, ex ſuis monaſterijs ad vrbem Remenſem deferuntur, metu Hungarorum qui Rheno tranſmiſſo vſque in pagum Vonzenſem excurrebant. *Idem.*

Hugo, Bertæ filius, Rex Italiæ conſtituitur,

ſtituitur, Rodulfo Ciſalpinæ Galliæ, ſeu Burgundiæ nobis Tranſiuranæ Rege expulſo. *Idem*. *Anno*

Ebrardus, vir nobilis Tranſrhenenſis, ab Henrico Aucupe, Germaniæ Rege, in Lotharingiam mittitur, gubernandi & iuſtitiam adminiſtrandi cauſſa, qui Lotharienſes inter ſe proceres ſociat.

Rodulfus, Heluidis filius, & Rotgarius, vitricus eius, Comes pagi Laudunenſis, moriuntur. Hugo Rotberti filius, filiam Eduardi Anglorum Regis, ſororem coniugis Caroli, ducit vxorem.

An. 927. inter *Rodulfum* Regem, & *Heribertum* Veromanduorum Comitem, pro Laudunenſi comitatu, quem Heribertus *Odoni* filio ſuo dari petebat, concedente illum Rege cuidam filiorum Rotgarij, nomine *Rotgario*, ſimultas exoritur. Ita Flodoardus: ex quibus verbis datur intelligi, Comitatus & alias præfecturas illo æuo non fuiſſe hereditarias, ſed pro Regum arbitrio aut defunctorum filijs aut alijs dari ſolitas. Quod notent antiquitatis ſtudioſi, & 927.

Anno ſi, & plura ſi voluerint, legant quæ ſupra diximus.

Heribertus Comes offenſus, vt dixi, legatos ſuos trans Rhenum ad Henricum Aucupem mittit: quibus reuerſis, euocatur ipſe ad colloquium Henrici: ad quod properans cum Hugone, Rotberti filio, pacem cum Henrico firmat, & Carolum Simplicem è cuſtodia dimittit, ſecumque ad S. Quintini opidum deducit *Flodoardus.*

Widricus Metenſis Epiſcopus defungitur. Willelmus Aquitanorum Princeps moritur, teſte Flodoardo.

928. Anno 928. Heribertus Veromanduorum Comes, cum Carolo Simplice Remos venit, & inde litteras mittit Romam ad *Ioannem* Papam, ſignificās de reſtitutione & honore *Caroli*, vt ille ſub excommunicationis interminatione mandauerat, ſe pro viribus decertare. *Flodoardus.*

Sed Punica fuiſſe videtur Heriberti fides: nam eodem anno Heribertus & Hugo ad Henricum colloquij cauſſa ſunt profecti, indeque reuertentes obuiam Rodulfo Regi iuerunt; rurſuſque

que Heribertus ſe illi commiſit, Carolo iterum in cuſtodiam miſſo, vt idem Flodoardus teſtatur. *Anno*

Idem Heribertus Comes munitionem quandam filiorum Lotharij, quam dicunt Moritaniam, ad Scaldim ſl. hodie *Mortaigne*, prope Tornacum vi cepit & diruit. *Flodoardus.*

Ratherius ex monacho Laubienſi fit Veronenſis in Italia Epiſcopus: Hilduinus autem, qui Leodienſem Epiſcopatum olim ambierat, Mediolani creatur Archiepiſcopus, agente Hugone Italiæ Rege. *Sigeb.*

Rodulfus Rex Remos veniens pacem facit cum Carolo, reddens ei Attiniacum, & muneribus illum honorans. *Flodoardus.*

S. Folquini Morinenſis Epiſcopi corpus è terra eleuatur. *Meierus.*

Carolus Simplex Francorum Rex Peronæ in Picardia moritur in carcere, relicto filio *Ludouico*, qui tunc apud 929.
Alſtanum Regem Angliæ auunculum ſuũ profugus verſabatur. Ita Flodoardus in aureo ſuo Chronico: quod nota contra Sigebertum, qui mortem Caroli ad an.

Anno ad an. 926. non rectè refert.

Heribertus Veromanduorum, & 929. Hugo Andegauenſium Comites, contra Boſonem, Rodulfi Regis fratrem proficiſcuntur: Heribertus Victoriacum Boſonis caſtellum capit.

Ioannem Papam hoc anno in carcere obijſſe, ſcribit Flodoardus: quod anno ſuperiori Baronius adſcribit. Ioanni *Leo VI.* ſucceſſit.

Deroldus Ambianenſem, Albero autem Metenſem Epiſcopatum adipiſcitur.

929. Simultas inter Heribertum & Hugonem Comites ſupra nominatos oritur.

930. Anno 930. Rodulfo Rege in Burgundiam regreſſo, Lotharienſes in Franciam cum Duce ſuo Giſleberto obuiam veniunt Hugoni Comiti, & Duagium opidum, nunc Duacum, *Douay*, quod Arnoldus ſeu Arnulfus Flandriæ Comes tenebat, adactum obſidione capiunt. *Flodoardus.*

Leonis Papæ ſucceſſor Stephanus vniuerſæ Eccleſiæ præſidet.

931. Anno 931. Giſlebertus Burgundus, Mana

Manaſſis filius, à Rodulfo Rege deſci- *Anno*
uit, propter *Aualonem* caſtrum, quod Emma Regina ipſi abſtulerat, ſimulque receſſit Richardus, Warnerij filius, ob eamdem cauſſam. Item inter Giſlebertum Lotharienſem & Boſonem ſimultas exoritur. Ita Flodoardus.

Notet hîc Lector duos Giſlebertos, quorum alter in Burgundia, alter in Lotharingia eodem tempore floruit: quæ res Guiſio, Lipſio & alijs errandi occaſionem dedit, vt Giſlebertum Lotharienſem & Raginerum Longicollũ, Hannoniæ Comitem, Manaſſis filios fuiſſe crederent. Fuit enim eorum pater *Raginerus* Dux; mater verò *Albrada*: vt ex diplomate Marſanenſi ſupra an. 924. docuimus.

Rodulfus Rex, cum Hugone & Bo- 931.
ſone, Remenſem vrbem obſidet ac capit. Eam ingreſſus, *Artaldum*, monachum in cœnobio S. Remigij, ad Archiepiſcopatum promouet. *Flod.*

Arnulfus, Flandriæ Comes, Moritaniam ad Scaldim, & Atrebatum capit: Rodulfus Rex cum Hugone Co-

mite

Anno mite Atrebatum obſidet, Heribertus Comes cum auxilio Lotharienſium accurrit, & fiunt induciæ.

Hucbaldus monachus in Elnonenſi S. Amandi monaſterio, diœceſis Tornacenſis, libris editis clarus, moritur.

Stephano Papæ mortuo ſuccedit Ioannes. *Baron.*

932. Anno 932, Henricus Auceps, Germaniæ Rex, confirmat fundationem Abbatiæ Bronienſis, in pago Lomacenſi, quæ nunc S. Gerardi dicitur, ab ipſo fundatore ibi quieſcente, in Comitatu & diœceſi Namurcenſi. Henrici diploma exſtat in Codice noſtro donationum cap. 30.

Arnoldus ſeu Arnulfus, Baioariæ Dux, contra Hugonem Italiæ Regem venit Veronam; ſed cum Hugone confligens vincitur. Ratherius Veronenſis Epiſcopus, quia Baioarijs fauerat, ab Hugone Rege pellitur, & Papiam relegatur. *Sigeb. & Baron.*

Aitardus Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus defungitur: ſuccedit Walbertus Abbas Corbeienſis. Goſberto Laudunenſium Præſule defun-

ſto,

ĉto, Ingrannus, Decanus monaſterij *Anno*
S. Medardi, ordinatur Epiſcopus. *Flodoard.*

Anno 933. Richarius Tungrenſis 933.
Epiſcopus caſtellum quoddam Bernardi Comitis, quod ipſe Bernardus conſtruxerat, euertit.

Henricus Germaniæ Rex, cum Baioarijs & Saxonibus, Hungaros regnum ſuum vaſtãtes ad internecionem delet: quorum triginta ſex millia cæſa referuntur, præter captiuos, & flumine abſorptos. *Flodoard.*

Artaldus Archiepiſcopus Remenſis *Hildegarium* Bellouacenſem, & *Fulbertum* Cameracẽſem Epiſcopos ordinat. *Idem.*

Adololpho ſeu Adolpho Bononiæ Comite, eodemq́; Bertiniano Abbate commendatario, ſine liberis defunĉto, Bononia, Teruana, & Bertiniana Abbatia *Arnulfo Magno* Flandriæ Comiti acceſſerunt. Poſtea tamen Arnulfus, rogatu vxoris, Abbatem Bertinianis dedit. *Meierus.*

Anno 934. idem Arnulfus Comes 934.
Aliſam, filiam Heriberti Veromandui,

Anno dui, ducit vxorem. *Flodoard.*

Emma Regina, Caroli Simplicis vidua, & Ludouici Tranſmarini mater, moritur. *Idem.*

935. Anno 635. Artaldus Archiepiſcopus Remenſis Wicfredum Morinenſis eccleſiæ Præſulem ordinat. *Flodoard.*

Richarius Leodienſis Epiſcopus, hoc ferè tempore, eccleſiam S. Petri in vrbe Leodienſi, à Normannis deſtructam, inſtaurat, & triginta Canonicos in ea collocat.

Boſo, Rodulfi Regis frater, in obſidione caſtri S. Quintini moritur, & Remos delatus ad S. Remigium ſepelitur.

935. Rodulfus Franciæ Rex, Burgũdiæque Dux moritur, & apud Senones ad S. Columbam ſepelitur: ſuccedit *Ludouicus* Caroli Simplicis filius, per Hugonem Comitem ex Anglia reuocatus, vbi diu vixerat apud *Alſtanum* Regem, auunculum ſuum. Coronatus eſt autem Lauduni ab Artaldo Remenſi Archiepiſcopo, præſentibus regni proceribus, cum Epiſcopis XX. & ampliùs.

Ex ſu-

Ex ſupradictis conſtat, duos eodem tempore *Rodulfos* apud Burgundos principatum tenuiſſe. Prior fuit *Rodulfus* Rex Burgundiæ Tranſiuranæ, qui anno 937. obijt; alter *Rodulfus* Dux Burgundiæ Ciſiuranæ, qui anno 936. Rex Fancorum obijt. Vtriuſque ſtemma hîc habe. *Anno*

Stemma Regum Burgundiæ, Alemanniæ & Prouinciæ, ex Conrado Comite prognatorum.

Conradvs, Comes Burgundiæ Tranſiuranæ, ex Hugonis Abbatis ſorore, reliquit *Rodulfum* I. Regem Burgundiæ Tranſiuranæ, & *Adelheidem*, coniugem Richardi Comitis Auguſtidunenſis, ac Ducis Burgundiæ.

Rodvlfvs I. Carolo Craſſo Imp ac Rege Burgundiæ ſine liberis defuncto, ditiones inter Alpes Poeninas & montem Iuram occupauit, an. 888. in Agaunenſi S. Mauritij monaſterio Rex coronatus. Regnum iſtud ſuo ambitu côtinebat Heluetios, & Allobroges ſeu Sabaudos, vocabaturque *Gallia Ciſalpina*, item- *Rodulfus I.*

Anno itemque *Burgundia Iurenſis* ſeu *Iurana*. Rodulfi I. ſucceſſores fuerunt & *Alemanniæ*, itemque *Prouinciæ* ſeu *Arelatenſes* Reges nuncupati, prolatis nimirum regni pomoerijs.

Rodulfus I. anno 912. moriens ex *VVilla* ſeu *Giſla* coniuge reliquit *Rodulfum II.* Burgundiæ, Alemanniæ, Prouinciæ & Italiæ Regem;

VValdradam, Bonifacio Spoleti & Camerini Marchioni nuptam,

VVillam, vxorem Boſonis Marchionis Tuſciæ, qui fuit filius *Lotharij* Comitis Arelatenſis, & ex parte patris frater *Hugonis* Ducis ſeu Marchionis Prouinciæ, ac Regis Italiæ.

Rodulfus II. Berengarium Italiæ Regem anno 923. pepulit, pòſt ab *Hugone* Prouinciæ Duce oppugnatus, cum eodem tranſegit, regnum Italiæ Hugoni cedens, & ſibi regnum Arelatenſe retinens. Idem an. 929. iuxta Sigebertum, lanceam Conſtantini Magni, à Samſone Comite acceptam Henrico Aucupi Imp. dono dedit, ab eoque magnam Sueuiæ ſeu Alemanniæ partem accepit. Obijt an. 937. Agauni ad S. Mau-

ad S. Mauritium conditus; vt Herman- *Anno*
nus Contractus tradit. Ex *Berta*, Burchardi Alemanniæ Ducis filia, nati ſunt ei liberi,

Conradus Rex Burgundiæ, Alemanniæ & Prouinciæ;

Burchardus Epiſcopus Lauſanenſis,

Adelheidis, nupta primùm Lothario Italiæ Regi, pòſt Othoni I. Imperatori, mulier ſanctitatis opinione clara, cuius vitam ſcripſit S. Odilo Abbas Cluniacenſis, coætaneus.

Berta porrò ſecundis nuptijs *Hugoni* Italiæ Regi adhæſit, nullamque ex eo prolem ſuſcepit. Viuebat adhuc anno 953. vt in Appendice Reginonis legitur, pòſt ſepulta Agauni iuxta maritũ.

Conradus Mathildem, Lotharij Franciæ Regis ſororem, habuit vxorem, *Conradus.*
queq ipſi vrbẽ ac ditionem Lugdunenſem attulit in dotem. Ex ea nati liberi,

Conradus, ſine prole defunctus ante patrem;

Rodulfus III. Rex Burgundiæ, Alemanniæ & Prouinciæ;

Giſela, vxor *Henrici* Bauariæ Ducis, mater Henrici II. Imperatoris, *Bru-*

Giſela reliquit, *Henricum III.* Imp. & Regem Burgundiæ; *Lidulphum* ſeu *Lodulphum*, *Mathildem* Henrico I. Franciæ Regi deſponſam, ſed defunctam an. 1034. ante matrimonium contractum. *Anno*

HENRICVS III. Imp. anno 1038. Soloduri apud Heluetios, in baſilica S. Stephani, præſente Conrado patre ſuo, Rex Burgundiæ eſt coronatus: qui ex *Agnete*, Guilielmi Guiennę Ducis filia, inter alios reliquit *Henricum IV.* Imp. & Regem Burgundiæ. *Henricus III. Imp.*

HENRICVS IV. filios habuit *Conradum*, & *Henricum V.* Imp. ac Regem Burgundiæ, ſine prole defunctum. *Henricus IV.*

Stemma Ducum Burgundiæ Ciſurana, ex Richardo Comite Auguſtidunenſi prognatorum.

BEuuo ſeu Beuuinus Comes filios reliquit, *Boſonem* Prouinciæ Regem, & *Richardum* Auguſtiduni Comitem ac Burgundiæ Ducem.

Richardus anno 921. viuere deſijt, vt

Anno Flodoardus in Chronico teſtatur, & ex Adelheide liberos reliquit,

Rodulfum Ducem Burgundiæ, ac demum Regem Franciæ;

Boſonem, Comitem ſuperioris Burgundiæ;

Hugonem, cognomento *Capetum* & *Nigrum*, Ducem ſeu Marchionem Burgundiæ.

Hermengardem, vxorem Manaſſis Comitis, qui fuit pater Giſleberti Ducis Burgundiæ.

Rodulfus. RODVLFVS anno 921. patri in Ducatu ſucceſſit. An. 923. Rex Franciæ eſt coronatus; anno 925. ius cudendæ monetæ *Odoni* Abbati Cluniacenſi conceſſit; anno 931. *Giſlebertum*, Manaſſis filium, nepotem ſuum, ſibi rebellem repreſſit, vt Flodoardus teſtatur; ac demum an. 936. ineunte è viuis exceſſit, apud Senones in monaſterio S. Columbæ conditus. Ex Emma coniuge filium vnicum nomine *Ludouicum* ſuſtulerat, qui ante patrem viuere deſijt.

Hugo Niger. HVGO cognomento *Niger* Rodulfo fratri in Ducatu Burgundiæ ſucceſſit,

& cum altero *Hugone* cognomine *Albo*, Roberti filio, bellum geſſit, eique anno 936. partem Burgundiæ ceſſit. Obijt circa annum 948. improlis. *Anno*

Hugoni auunculo ſuo ſucceſſit GISLEBERTVS, Manaſſis filius, qui filias duas *Leudegardem* & *VVeram* reliquit. *Giſlebertus.*

Manaſſes porrò, Manaſſis Comitis Aualonenſis filius, Abbatiam S. Vincentij in diœceſi Auguſtidunenſi fundauit, vbi & quieſcit cum coniuge ſua Hermengarde.

Giſleberto an. 955. defuncto ſucceſſit gener eius, *Otho* Hugonis filius, & huic fratres eius *Eudo* & *Henricus*. Sic ferè Andreas Quercetanus in ſua Burgundia. *Otho, Eudo, Henricus.*

Ad res geſtas anni 936. redeamus. Ingranno Laudunenſi Epiſcopo ſuccedit *Rodulfus*, eiuſdem loci presbyter. *936.*

Henricus Auceps Imp. & Germaniæ Rex poſtridie Kal. Iulij moritur: Otho I. filius eius ſuccedit. *Flodoardus.* *Otho Imp.*

Ioanne Papa defuncto Leo VII: ſubſtituitur. *Flod.*

Hugo cognomento Albus Roberti filius, cum Hugone Nigro, Richardi

 filio,

Anno filio, pacem init, & Burgundiam inter ſe diuidunt. *Flodoardus.*

Anno 937. Hungari Rheno tranſito Franciam grauiter infeſtant. Adelelmo Siluanectenſi Epiſcopo *Bernuinus*, & Walberto Nouiomagenſi ac Tornacenſi ſuccedit *Tranſmirus*, monaſterij S. Vedaſti Præpoſitus. *Flod.*

Othonem hoc anno coronatum fuiſſe Imperatorem, vult Baronius ex Widichindo.

Conradus Burg. Rex. Rodulfus Iurenſis ac Ciſalpinæ Galliæ Rex obit: cui filius paruulus *Conradus* in regno ſuccedit. Ita Flodoardus, de Rodulfo Transiuranæ Burgundiæ Rege agens. Vide quæ ſupra anno 936. diximus.

938. An. 938. Ludouicus Franciæ Rex Guiſnam caſtrum, in finibus Morinorum, inſtaurare nititur, & cum Arnulfo Flandriæ Comite conſilia communicat. *Flod.*

Hugo Princeps, Rotberti filius, Othonis I. Imp. ſororem, Henrici Aucupis filiam, ducit vxorem. *Flod.*

939. An. 939. *Giſlebertus*, Lotharienſium Dux, & *Eberhardus* ſeu *Euerardus* Franconiæ

coniux Dux, cum *Henrico*, fratre Othonis Regis, aduerſus eumdem Othonem coniurant, dicentes Henrico magis regnum cõpetere, quàm Othoni, eò quod Henricus patre iam Rege natus eſſet, Otho autem ante regnum. Sed *Vdo* & *Conradus*, Herimãni Sueuorum Ducis frater, Othoni fideles, Giſlebertum & Euerardum, ſecurè per regnum prædantes, prope Rhenum ad Andernacum aggreſſi, Euerardum cum plurimis interimerunt. Giſlebertus Rheni vndis abſorptus perijt: reliqui fere omnes aut trucidati aut capti. Henricus, Othonis frater, abiectis armis, Othoni ſe ſubmiſit.

Anno

Giſlebertus Dux moritur

Giſleberti viduam *Gerbergam*, Othonis Imp. ſororem, Ludouicus Francorum Rex ducit vxorem: filiam verò eiuſdem Giſleberti, neptem ſuam, Imperator Bertaldo Baioariorum Duci deſpondet. Sic ferè Flodoardus, Continuator Reginonis, & Sigebertus: quorũ tamen poſtremus Giſleberti cædem ad an. 943. non rectè refert.

In Theodonis villa, Ludouici Pij Imp. capella, inſtar Aquiſgranenſis

 incæpta,

Anno incæpta, ne perficeretur, aut pro munitione haberetur, deſtruitur: vt Continuator Reginonis narrat.

940. Anno 940. Arnulfus Comes Flandriæ, cum S. Gerardo Abbate Bronienſi, corpora SS. Bauonis & Pharaildis Lauduno Gandauum retulit.

S. Gerardus. Fertur per eumdẽ Gerardum XVIII. ſuo in principatu cœnobia reformaſſe: quorum de numero Meierus fuiſſe exiſtimat *Blandinienſe*, *Bauonenſe* ſeu *Gandenſe*, *Vedaſtinum*, *Bertinenſe*, *S. Audomari*, *Marchianenſe*, *Haſnonienſe*, *S. Amandi Elnonenſe*, *S. Martini Tornacenſe*, *Rotnacenſe*, *Turholtanum*, *VVorholtanum*, *S. Richarij*, *S. Vulmari*, *S. Siluini Alciacenſe*, *S. Bertæ Blangiacenſe*, & *S. Amati Duacenſe*. Idem S. Giſleni *Cellenſe* in Hannonia, & alia alibi cœnobia reformauit.

Henricus Dux Loth. Giſleberto Duce mortuo, Lotharienſem Ducatum *Henrico* fratri ſuo Otho Imp. cõmittit. Sed is mox eodem anno à Lotharienſibus expellitur: cui *Otho* Comes in eodẽ Ducatu ſucceſſit. Ita Elodoardus & Continuator Reginonis: quod nota contra Witichindum & Si-

& Sigebertum, qui Giſleberto Othonem immediate ſucceſſiſſe ſcribunt. *Anno*

Henrico itaque ſucceſſit *Otho* ſeu *Odo*, Ricuini filius, vel ſuo nomine, vel tamquam tutor *Henrici* pueri, qui filius fuit Giſleberti Ducis, anno ſuperiore defuncti. *Otho Dux.*

Ego (inquit Flodoardus) *diſponens orationis cauſſa ſepulchrum S. Martini Turonenſis viſere, retentus ſum ab* Heriberto *Comite, fecitq́; me ſub cuſtodia detineri, plenis quinque menſibus*: ex quibus verbis diſcere licet ætatem Flodoardi, qui res horum temporum fideliſſimè deſcripſit.

Berengarius Virdunenſis Epiſcopus ab Artaldo Remenſi Epiſcopo conſecratur. Otho Imp. fert ſuppetias *Hugoni* & *Heriberto* Comitibus Francis contra Ludouicum Regem.

Anno 941. Rotgarius Comes, datis obſidibus, dimittitur à Ludouico Rege, Duagium caſtellum, *Douay*, reddens Arnoldo ſeu Arnulfo Comiti Flandrenſi. *Flodoardus.* 941.

Epiſcopi diœceſis Remenſis, in vrbe Sueſſionenſi conuenientes, *Hugonem* 941.

Anni *nem*, Heriberti Comitis filium, Archiepiſcopum Remẽſem ritè electum eſſe decernunt, indeque Remos profecti ipſum conſecrant, Artaldo exauctorato. *Flod.*

Canonici Montis Falconis, cùm ab Epiſcopo Virdunenſi vexarẽtur, cœnobium ſuum deſerunt, & corpus S. Balderici patroni ſui Remos deferunt. *Idem.*

Ludouicus Rex Burgundiam petens, *Rotgarium* Comitem cum *Hugone Nigro*, ac *Giſleberto*, Manaſſis filio, pacificauit, indeque Laudunum remeans, *Arnoldum* cum *Landrico* fratre ipſius expulit, & Rotgario Laudunenſem Comitatũ dedit Exinde cùm *Hugo Albus* ad obſidendum Laudunum properaret, Burgundiam cum Artaldo Archiepiſcopo & Rotgario Comite repetijt. Hoc ipſo anno Ludouico Regi ex Gerberga filius eſt natus. *Idem.*

Henricus, Othonis frater, cum
941. quibuſdam Saxonibus, contra Othonem conſpirat: quorum præcipuos idem Rex decollari iuſſit, fratrem verò In-

rò Ingelhemij cuſtodiæ mancipauit. *Anno*
Appendix Reginonis.

Gandaui templum S. Ioannis Bap. à Transmaro Epiſcopo Tornacenſi dedicatur, quod nunc eſt cathedrale. *Meierus.*

Anno 942. *Otho* Germanorum, & 942.
Lodouicus Francorum, Reges pacem inter ſe faciunt, & Ludouicus Rex à ſuis recipitur. *Flod.*

Odo Abbas multorum monaſteriorum ac diſciplinæ monaſticæ inſtaurator apud Turones moritur. *Idem.*

S. Gerardus Abbas & fundator mo- *Bro-*
naſterij Bronienſis, in Comitatu Na- *nium.*
murcenſi, hoc ferè tempore Romam profectus, priuilegium eidem ſuo monaſterio à Stephano Papa impetrat: vt in vitæ eius hiſtoria cap. 15, legitur. Stephani diploma exſtat in Originibus noſtris Benedictinis; ſed numeri annorum ſub finem videntur corrupti. Abbatia illa hodie *S. Gerardi* dicitur à conditore; eſtque illius dignitas Abbatialis, cum dote, nunc annexa Epiſcopatui Namurcenſi.

Anno 943. Stephano Papa mortuo 943.
ſucce-

Anno ſuccedit Marinus, teſte Baronio.

Arnulfus Flandriæ Comes Willelmum Normannorum Principem ad colloquium euocatum, dolo ſuſtulit. Ludouicus Rex, Willelmi filio, ex concubina nato, terram Normannorum dedit. *Flod.*

Heribertus Veromanduorum Comes moritur; quem *Hugo*, Archiepiſcopatum Remenſem tunc tenens, & *Odo* filij eius apud S. Quintinum ſepelierunt. *Idem.*

Veromandui Comites Ceterùm familia iſtorũ Veromanduorum Comitum genus ſuum ducebat à *Pipino*, Caroli Magni filio, Italiæ Rege; vt Regino ſcribit, aut à *Carolo* Alemanniæ Rege, eiuſdem Caroli Magni filio, vt in Genealogia S. Arnulfi Metenſis apud Pithæum legitur. Magis tamen mihi probatur opinio Reginonis.

Hugo Dux Burg. Hugo Dux filiam Regis ex ſacro fonte ſuſcipit, & Rex ei Ducatum Franciæ delegat, omnemque Burgundiam ipſius ditioni ſubijcit. Idem Hugo Arnulfum Flandrenſem cum Rege pacificat; cui Rex erat infenſus, ob

necem

necem Willelmi Normannorum Principis. *Flod.* *Anno*

Anno 944 Otho Lotharingiæ Dux vita deceſſit. Conradus, Werinheri filius, Othonis Imp. gener, in Ducatu ſucceſſit. *Flodoardus.* De quo ſic lib. 2: Witichindus: *Defuncto Odone Lothariorum Præſide, ac Regis nepote Henrico (Giſleberti filio) Ducatus regionis conceditur* Conrado, *cui & vnicam filiam ſuam Rex deſponſauit.* 944.

Porrò Conradus ſocero diu rebellis, cùm Hungaros in Lotharingiam perduxiſſet, tandem ad ſocerum reuerſus, contra Hungaros fortiter dimicans, anno 955. occubuit: vt infra ſuo loco dicemus.

Otho Imp. Aquaſgrani venit, rurſum à Ludouico Francorum Rege diſſentiens. Adalbertus Comes, Matfridi filius, ab Idone occiditur. *Append. Reginonis.*

SS. Wandregiſili, Ansberti, & Vulframni corpora, Bononia, maritima Morinorum vrbe, Gandauum ad Blandinienſe monaſterium ab Arnulfo Magno Flandriæ Comite transferuntur.

Regula-

Anno Regularibus amotis, quos Ainardus Abbas Ludouico Pio regnante, introduxerat, monachi Benedictini ſufficiuntur, per Gerardum Bronienſem. Arnulfus cœnobij Bertiniani regimine ſe abdicat, & eumdem Gerardum ibi Abbatem conſtituit. *Meierus.*

Ratherius Veronenſis Epiſcopus ex Italia Laubium reuertitur, & à Richario Epiſcopo Leodicenſi benignè excipitur; vt Fulcuinus in Chron. Laubienſi narrat.

945. Anno 945. Ludouico Rege apud Rodomum ſeu Rotomagum agente, Gerberga Regina filium Lauduni peperit, qui *Carolus* (Sigeberto in Chronico anno 948. *Carolomannus*) in baptiſmo eſt vocatus. *Flodoardus.* Obijt autem hic Carolus Rotomagi obſes in manibus Normannorum exiſtens; vt idem Sigebertus & rerum Normannicarum ſcriptores teſtantur. Alium ab iſto *Carolum* Gerberga Lauduni anno 953. peperit, vt idem Flodoardus tradit: quod moneo, ne quis vnum cum altero confundat.

Hugo Rex Italiæ à ſuis regno pellitur,

tur, & filius ipſius *Lotharius* ad regnum euehitur. *Flodoardus.* Hugo Arelatem, vnde venerat, repetijt. *Sigebert. anno* 947. *Anno*

Richarius Leodienſis Epiſcopus moritur: cui ſucceſſorem Otho Rex dedit *Hugonem*, Abbatem monaſterij S. Maximini Treuerenſis. *Flod.*

Bertaldus Dux Bauarienſis obijt: cui *Henricus*, Othonis Imp. frater, in Ducatu ſucceſſit. Ita Continuator Reginonis hoc anno, & Sigeb. anno ſequenti.

In Pariſienſi pago & alijs diuerſa hominum membra Ignis plaga peruaduntur, quæ ſenſim exuſta conſumebantur, donec mors ſupplicia finiret. Ex his quidam, varia Sanctorum loca petentes, euaſere tormenta: plures tamen Pariſijs in eccleſia B. Mariæ ſanati ſunt: adeò vt quotquot eò peruenire potuerint, aſſerantur ab hac peſte ſaluati: quos *Hugo* Dux ſtipendijs aluit quotidianis. *Flodoardus.* *Ignis ardens.*

Lues iſta *Ignis ardentis*, vt vocabant, poſtea Atrebatenſem, Tornacenſem, & alias Belgicæ noſtræ ciuitates peruaſit:

piſcopum reſtituerunt, *Rotberto Treuerenſi* & *Frederico* Moguntino, Archiepiſcopis, ipſum manu deducentibus. *Idem.* Anno

Deroldus Ambianenſium Epiſcopus vita decedit.

An. 947. Otho Germanorum & Ludouicus Francorum, Reges, Paſcha Aquiſgrani celebrant. Ludouicus Rex petente Arnulfo Comite Flandrenſi, Atrebatum proficiſcitur, cum Artaldo Archiepiſcopo, & Monaſteriolum Rotgarij caſtrum ad mare obſidet; ſed fruſtra. *Flodoardus.* 947.

Conuentus placiti Regum Othonis & Ludouici ſuper Charum fluuium, in agro Luxeburgenſi, menſe Auguſto celebratur.

Virduni in Lotharingia Synodus habetur: cui interfuerunt,

Rotbertus Treuerenſis Praſul,
Artaldus Remenſis,
Odolricus Aquenſis,
Adelbero Metenſis,
Goſlinus Tullenſis,
Hildebaldus Tranſrhenenſis,
Mirnegardus Verdenſis,

Anno Iſrael Britto,

Bruno Abbas, frater Othonis I. Regis,

Agenoldus Abbas,

Odilo Abbas,

Vniuerſa verò Synodus Artaldo Remenſe tenendum adiudicauit Epiſcopium, amoto Hugone. *Flodoardus.*

Hugo Leodienſis Epiſcopus moritur: ſuccedit Farabertus.

948. Anno 948. iuſſu Agapiti Papæ in *Engelheim* palatio regali, V II. Idus Iulij Synodus celebratur, ad tollendas diſcordias inter *Ludouicum* Franciæ Regem, & *Hugonem* Comitem, itemq́ue inter *Artaldum* & *Hugonem*, de Archiepiſcopatu Remenſi contendétes: quæ diſſenſiones vniuerſum Francorum regnum perturbabant. Ad hanc Synodum celebrandam conuenerunt

Marinus Sedis Apoſtolicæ Vicarius,

Robertus Treuerenſis Archiep.

Artaldus Remenſis,

Fredericus Moguntinus,

Wicfredus Colonienſis,

Adeldacus Hamburgenſis,

Hilde-

Anno

Hildebaldus Monaſterienſis,
Goſlenus Tullenſis,
Adelbero Metenſis,
Berengarius Virdunenſis,
Fulbertus Cameracenſis,
Rodulfus Laudunenſis,
Richous Wormatienſis,
Rainbaldus Spirenſis,
Poppo Herbipolenſis,
Conradus Conſtantienſis,
Odalricus Auguſtanus,
Tethardus Hildesheimenſis,
Bernardus Halberſtadienſis,
Dudo Paderbornenſis,
Michael Ratisbonenſis,
Farabertus Leodicenſis,
Lioptacus Ribunenſis,
Dodo Oſnaburgenſis,
Eberus Mindenſis,
Baldricus Vltraiectenſis,
Heroldus Salisburgenſis,
Adalbertus Bazoenſis,
Starchandus Eiſtadienſis,
Horath Leouuicenſis,
Wicardus Baſileenſis,
Lidac Ribuenſis.

Reſidentibus his Præſulibus in ec-

Remenſis de ſacro fonte ſuſcepit. Ita Flodoardus ſeu Frodoardus in Chronico: cuius Hiſtoria Epiſcoporum Remenſium in rebus geſtis anni huius definit. Chronicon autem eius anno 966. definit, quo & obijt. *Anno* *Flodoardus.*

Anno 949. Gerberga Francorum Regina, imminente Paſchali ſolemnitate, ad fratrem ſuum *Othonem* Regem proficiſcitur, & Aquiſgrani Paſcha cum illo celebrat. *Flod.* 949.

Ragembaldus monachus Vedaſtinus ab Artoldo Præſule ordinatur Ambianenſium Epiſcopus. *Idem.*

Agapitus Papa Synodum Romæ apud S. Petrum habuit, in qua damnationem *Hugonis*, Archiepiſcopatum Remenſem ambientis, apud *Ingelenheim* factam confirmauit; excommunicans etiam Hugonem Principem, donec Ludouico Regi ſatisfaciat. *Idem.*

Otho Rex Leodicenſi Eccleſiæ (cui tunc Farabertus Epiſcopus præerat) dat monaſterium *Eich*, ad fl. Votram, in pago *Huſche*, in Comitatu Rodulphi ſitum. Diploma donationis exſtat

nitionem in loco, qui dicitur *Banis*, conſtruit, & loca vicina deprædatur. *Flod.* *Anno*

Hugo Comes Francus Aquiſgrani Paſcha cum Othone Rege celebrat, & ab eo honorificè excipitur. *Idem.*

Conradus Lotharienſium Dux *Rageneri* ſeu *Ragenarij Longicolli*, Haginoenſis Comitis, caſtellum quoddam capit, cetera verò obſideri mandat: vnde bellum enatum. *Flod.*

Gerberga ſeu Ottogeba, Ludouici Regis mater, ad Heribertum Comitẽ proficiſcitur: qui eam ſuſcipiens, ducit in coniugẽ. Vnde Rex Ludouicus iratus, Abbatiam S. Mariæ, quam ipſa Lauduni tenebat, recepit, & Gerbergæ vxori ſuæ dedit. *Idem.*

Otho Germannorum Rex in Italiam ſe confert: quo adueniente *Berengarius* Longobardorum Rex, ex vrbe Papia fugit, quam Otho mox ingreditur. Viduam quoque Lotharij Regis, anno ſuperiore defuncti, ſororem Conradi Regis Iurenſis, nomine *Adelheidem*, ſibi coniugem ducit. *Flodoardus.* Cum Othone putatur tunc in

Gerberga Regina Lauduni geminos peperit, quorum vnus *Carolus*, alter *Henricus* eſt vocatus. Sed Henricus mox poſt baptiſmum obijt: Carolus autẽ poſtea Dux Lotharingiæ fuit. *Idẽ.* *Anno*

Otho Rex Moguntiam (quo ſe Conradus receperat) obſidet, & acceptis ab eo obſidibus trans Rhenum regreditur. & Baioariam petit, ab Henrico fratre euocatus, quòd eam *Lindulfus* vaſtaret. *Idem.*

Wicfredus Colonienſis Archiepiſcopus moritur, & *Bruno*, Othonis Regis frater, ibi Pontifex ordinatur, eique regnum Lotharienſe Otho committit. *Flod.* *Bruno Archiep. & Dux Loth.*

Faraberto Leodienſi Epiſcopo VI. Kal. Nouembris mortuo, *Ratherius* monachus Laubienſis ſubrogatur.

An. 953. Conradus nuper Lotharingiæ Dux, pacto cum Hungaris inito, eos per regnum Lotharienſe, vſque in terram *Ragenarij*, Haginoënſis Comitis, æmuli ſui, & *Brunonis* Archiepiſcopi, deduxit. Et licet eos prope Traiectum Moſæ deſeruiſſet, ipſi tamen vlteriùs progreſſi, 953. *Hungari Belgicam vaſtant.*

Hasba-

Anno Hasbaniam. & ſiluam Carbonariam, nunc Hannoniam, vaſtarunt; Laubium ſuccenderunt, Cameracum oppugnarunt,& vrbi huic vicinam ſancti Gaugerici baſilicam exuſſerunt. Inde per Veromanduenſem. Remenſem & & Catalaunenſem pagos prædando tranſeuntes, Burgundiam, ac denique Italiam intrarunt.

Fulcuinum Abbatem & Chronographum Laubienſem, qui hoc ipſo tempore vixit, de hiſce vaſtationibus, deque Hungaris Laubio diuinitus pulſis, audire lubet: Conradus *ſeu* Cùno *Lotharingiæ Dux, Dei & Imperatoris trãsfuga, Hungaros in Lotharingiam deduxit. Sed vbi* Traiectum *ventum eſt, quod Moſa alluit, incertum qua factione, diſsidium ab eis fecit. Hungari nihilominùs* Hasbaniam *flamma & rapina aggreſsi,* Carbonariam *petiuerunt, & intra clauſtra* Laubienſis *monaſterÿ, quod ſuccenderunt, duos obtruncarunt, Theodulphum & Theumarum.*

Cùm autem munitiorem locum conſcenderent, in quo clerici & monachi ſe ad reſiſtendum parauerant, quia pro anima res erat,

erat, deſperatis rebus, inter Litanias duæ columbæ ex adytis templi volarunt, et trina obſidione acies obſidentium vallarunt, & Anno
mox ſubſecuta eſt pluuia grandis, quæ gentilitiam illis ſagittandi artem, chordarum diſtentione, fruſtrata eſt. Pauor etiam tantus in eos irruit, vt ea qua venerant via, fugam maturarint.

Huius victoriæ, contra Hungaros obtentæ, quotannis apud Laubienſes fit commemoratio, poſtridie Kalendas Aprilis: vt Ioannes Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij narrat.

Anno eodem Arnulfus Magnus Flandriæ Comes per nepotem ſuum *Hildebrandum*, Abbatem Bertinianum, reformauit Vedaſtinum apud Atrebates cœnobium, & monachos ad veterem diſciplinam reduxit. *Meierus.*

Wicfridus Morinenſis Antiſtes corpus *S. Maximi* Epiſcopi Vimæ (vicus eſt, *VViſmes,* quarto ferè lapide à Teruana) repperit & Teruanam tranſtulit; inde *Ipras*, vrbem Flandriæ inſignem, an. 553. tranſportatum, cum parte collegij Canonicorum, & prædiorum Epiſcopalium, Morinis exciſis.

Ludo-

Fulchario defuncto, *Hadulfus* Nouiomenſium ac Tornacenſium Epiſcopus ordinatur Remis, ab *Artaldo* Archiepiſcopo, *Roricone* Laudunenſi, & *Gibuino*, Epiſcopis. *Idem.* *Anno*

Agapito ſuccedit *Ioannes XII.* Papa. *Baron.*

Henricus Othonis Regis frater, recepto Bauariæ Ducatu, moritur: cuius filio *Henrico* Rex Ducatum & Marcã dedit. Otho filius Regi naſcitur, qui *Otho II.* patri in Imperio ſucceſſit. *App. Reginon.*

An. 956. *Rotbertus* Treuerenſis Epiſcopus, *Baldricus* Vltraiectinus, *Fulbertus* Cameracenſis, *Ragnarius*, & alij duo Epiſcopi moriuntur. Rotberto *Henricus*, Othonis Regis propinquus, & Fulberto *Berengarius* ſufficiuntur. *Flod.* 956.

Ratherius Leodiẽſi Epiſcopatu pellitur: ſubrogatur *Baldricus*, Raginero Lõgicollo, Comite Mõtenſi, adnitẽte.

Luidolfus, Flodoardo *Liudulfus*, in Italiam, ad reprimendam Berengarij tyrannidem, dirigitur, eoque pulſo, totius penè Italiæ poſſeſſionem breui obtinuit. *App. Reginonis.*

Gerberga Regina, cum *Brunone*, fratre

multitudini reſiſtere, ad Brunonem venit. At quia quæſitos dare noluit obſides, eum Bruno comprehendens, ſub cuſtodia ſecum duxit; nec multò pòſt trans Rhenum in exilium miſit. *Idem.* Bruno autem cum Lothario Rege, nepote ſuo, colloquium prope Cameracum habuit.

Anno

Berengarius capitur.

De his rebus ita Sigebertus in geſtis anni 959. *Bruno* Archiepiſcopus & Archidux Lotharingiæ, ſecundas partes in regno fratris ſui potenter & induſtriè adminiſtrãs, *Raginerum* Mõtenſem Comitem, qui *Longicollus* cognominabatur, apud *Valentianas* euocatum, cepit, & irreuocabili exilio damnauit, eò quòd regnum bellis inquietabat; vel quod verius fuiſſe dicitur, eò quod mortuo *Giſleberto* Duce, conſanguineo ſuo, ea quæ Giſlebertus vxori ſuæ *Gerbergæ*, ſorori Imperatoris, in dotem contulerat, violenter ei auferre præſumebat. Bonis Ragineri ad fiſcum publicatis, filij eius *Raginerus*, & *Lambertus*, ad *Lotharium* Francorum Regem confugerunt. Hactenus Sigebertus. Vide quæ ſupra an. 924. de

Raginerus III.

quat-

codice, manu Harigeri Abbatis ibidem exarato, vt creditur. *Anno*

S. Gerardus, Bronienſis monaſterij in pago Namurcenſi fundator, Benedictinæ apud Belgas regulæ eximius propagator, & plurimorum per Flandriam cœnobiorum reformator 3. Octobris an. 958 in Domino obdormit: vt in ſepulcro eius notatur Quieſcit Bronij. quod nunc S. Gerardi Abbatia dicitur, eſtque monachorum Benedictinorum. Meierus S. Gerardi obitum ad annum 959. refert. *S. Gerardus.*

An. 959. Bruno in Franciam venit, & apud Compendiũ cum Regina ſorore ac nepotibus ſuis colloquium habet Domum è Francia rediens, ex vrbe Tungrenſi reliquias *S. Euergiſli* Epiſcopi Coloniã transfert: vt Rogerus in vita Brunonis cap 37. cõmemorat. 959. *S. Euergislus.*

Lotharius Rex Francorum, cum Gerberga Regina matre, Paſcha apud Brunonẽ auunculũ ſuũ celebrat. *Flod.*

Lotharienſes à Brunone Duce ſuo deſciſcunt, ſuadente Immone Comite, qui eius pridem conſiliarius fuerat, & ab eo nuper receſſerat, propter opida quãdam nouitia,

Anno *quæ idem Dux euerti præceperat, & propter onera inſueta, quæ illis imponere velle ferebatur. Quibus poſtmodũ reuocatis,* FREDERICVM *Comitem, Adelberonis Epiſcopi Metenſis fratrem, eis vice ſua præfecit:* vt Flodoardus loquitur.

Fredericus I. Dux Moſell.

Ceterum hic Fredericus fuit primus Lotharingiæ ſuperioris ſeu Moſellanæ Dux, à Brunone Archiduce (vt eũ Sigebertus in Chronico hoc ipſo anno, & alij nuncupant) conſtitutus. Vocatus eſt autem Archidux, eò quòd alios Duces ſibi ſubiectos haberet.

Haut abs re fuerit, hoc loco veteres Lotharingiæ Reges ac Duces ex claſſicis auctoribus velut in tabella ob oculos ponere, quòd in ijs recenſendis multi aberrent.

Reges Lotharingiæ.

ANno. 843. Ludouici Pij Imp. filij, *Lotharius, Carolus,* & *Ludouicus,* paternum inter ſe regnum Virduni diuiſerunt: vt Nithardus lib. 4. docet. Sed quænam cuique fratrum pars regni obtigerit, neque Nithardi liber eo loco mutilus, neq; veterũ quiſquã ſatis expli-

explicat ceteris tamen accuratiùs Ado Viennenſis in Chronico id praſtitit. *Anno*

Ceſſit autem *Ludouico* ad Orientem Germania omnis Tranſrhenana, cum paucis aliquot cis Rhenum pagis & vrbibus, in his *Moguntia*, *Spira* & *VVormatia*, propter vini copiam.

Carolo ad Occidentem Gallia obtigit, non vniuerſa, ſed quidquid eius ab Oceano, hinc ad Moſā & Scaldim, indead Rhodanū & Ararim porrigitur.

Lotharius Imp. reliquas Galliæ prouincias, quæ inter Moſam, Scaldim, & Rhenum, quæque inter Rhodanum, Ararim & Alpes ſitæ ſunt, cum Italiæ regno obtinuit

Idem Lotharius Imp. an. 855. moriens regnum inter filios tres ita diſtribuit, vt *Ludouico* Italiam cū Imperio reliquerit; *Lothario iuniori* eā Gallię partem quæ ab illo exinde *Lotharij regnum* & *Lotharingia* eſt appellata; *Carolo* autē natu minimo Prouinciam attribuerit. *Lotharingia à quo dicta.*

Lotharingia porrò primùm *Regibus*, poſtea *Ducibus* paruit: cuius limites vt ſæpe mutati ſunt, ſic eos deſcribere difficile eſt.

Anno Lotharius I. Rex. Lothar. Primus Lotharingiæ Rex fuit *Lotharius* iunior, qui Placentiæ in Italia menſe Iunio an. 869. non relicta prole legitima obijt. Hereditas iure debebatur eius fratri Ludouico II. Imp. tunc in Italia agenti: pro quo & exſtat Reſcriptum *Hadriani* Pontificis Maximi. Sed patrui ipſius *Ludouicus Germanicus* & *Carolus Caluus* obſtiterunt. Nam Carolus vt Lotharium obijſſe accepit, mox Metas aduolauit, ibique eodem ipſo anno ab aliquot vtriuſque regni Epiſcopis Rex eſt conſecratus.

Ægrè ferente, vt par erat, Ludouico, regnum nepotis ſui Lotharij, cuius ipſe partem ſperauerat, vniuerſum à Carolo vſurpari, inita tandem pactione, fratres duo in Procaſpide ad Moſam, inter Hariſtallum & Marſanam, in pago Leodienſi conuenientes, regnum iſtud æquis inter ſe portionibus diuiſerunt: vt ſupra in geſtis anni 870. & in Codice donationum piarum cap. 20. explicauimus.

Ex qua quidem Diuiſione conſtat, *Ludouico* Lotharingiæ nobis Tranſmoſanæ, *Carolo* autem Ciſmoſanæ partem obtigiſſe. *Lu-*

Ludouicus, Germaniæ & partis Lotharingiæ Rex, an. 876. obijt, relictis ex Emma coniuge filijs *Ludouico*, *Carolomanno*, & *Carolo Craſſo*. *Anno* *II.*

Carolus Caluus, Frãciæ & partis Lotharingię Rex, an. 877. viuere deſijt, *Ludouico Balbo* filio regnũ Frãciæ relinquẽs. III.

Balbus an. 879. moriens *Adelaidem* vxorem grauidam reliquit, ex qua natus eſt poſtumus *Carolus* cognomento *Simplex*. Idem Balbus ex Waldrada repudiata filios duos reliquit *Carolomannũ* & *Ludouicũ*, qui in Ferrarienſi monaſterio Reges sũt coronati.

At verò *Ludouicus* Ludouici Germanici filius, *cognita morte æquiuoci ſui* (Ludouici Balbi) *regnum illius inuadere diſpoſuit, & tranſuadato Moſa, imperij fines occupauit. Cui occurrerunt duo memorati fratres* Carolomannus *&* Ludouicus *cum valida manu: ſed intercurrentibus legationibus pax eſt roborata*: vt Regino loquitur. Sicq; Ludouico Germanici filio Lotharingia ceſſit, ea conditione vt à regno Franciæ abſtineret. IV.

Ludouico an. 879. defuncto frater *Carolus Craſſus* Imp. in totius Lotharingię V.

 regno ſuc-

Anno regno ſucceſſit, & an. 888. moriens *Arnulfum* Carolomanni fratris ſui filium, habuit ſucceſſorem.

VI. *Arnulfus* Imperator Rexq́ue Germaniæ ac Lotharingiæ Normannos Louanio eiecit, & Wormatiæ in comitijs exiſtens, an. 895. *Suendiboldum* filium vniuerſo Lotharingiæ regno præfecit: vt Regino in Chronicis narrat.

VII. *Suendiboldus* ob crudelitatem, quam in ſuos exercebat, à *Stephano, Matfrido, Gerardo, & Raginero* Comitibus bello impetitus, ac demum prælio prope Moſam victus, an. 900. occubuit, in Suſterenſi monaſterio conditus.

VIII. *Ludouicus*, Suendiboldi frater, poſt Arnulfi patris interitum, apud Germanos imperium geſſit. Eidem Lotharingia, fratre occiſo, obtigit, obijtq́ue anno 911. aut 912. ex Caroli Magni ſtirpe apud Germanos poſtremus.

IX. *Conradus* vir bello clarus, ex Francia Orientali, Ludouico mortuo, à proceribus regni electus, Imperium Germanicum cum regno Lotharin-

giæ

giæ obtinuit, obijtque anno 919. *Anno*
Carolus cognomento *Simplex* Francorum Rex Ludouici Balbi filius, Cōrado Imp. an. 916. Lotharingiam extorſit, eamque annis aliquot tenuit. *X.*
Henricus cognomento *Auceps*, Saxoniæ Dux, Conradi in Imperio ſucceſſor, anno 921. Carolum Simplicem, terrore armorum ad reſtituēdam Lotharingiam compulit. Quo quidem anno, menſe Nouembri, vt Flodoardus in Chronico teſtatur, dicti Reges *Carolus & Henricus apud Bonnam caſtellum conuenerunt, & pacem inter ſe facientes fœdus inierunt, & Carolus nunquam ſibi amplius Lotharienſe regnum vſurpaturum promittens, eſt regreſſus*: vt Continuator Reginonis loquitur, qui tamen ad annum 925. iſta non rectè refert. Pactum namque iſtud Bonnenſe ad annum 921. eſſe referendum, ex Flodoardo, illorum temporum ſcriptore, certò conſtat: vt Iac. Sirmondus in Notis ad Capitula Caroli Calui multis probat. *XI.*

Exinde Henricus Auceps viro forti atque induſtrio *Giſleberto* ſeu *Giſel-*

 berto,

Anno *berto*, filio Raginerı Ducis (de quo ſupra pag. 449. diximus) Lotharingiam gubernandam commiſit, & filiā ſuam *Gerbergam* an. 929. ipſi dedit vxorem; vt Continuator Reginonis teſtatur.

Duces Lotharingiæ ſuperioris & inferioris.

GIſlebertus, paulò ante à me laudatus primùm *Carolo Simplici* adhæſit, eiuſque nomine Lotharingis præfuit. *Poſt mortem verò Caroli Regis, nolentibus Lotharingis, Henrico (Aucupi) Germaniæ Regi ſubeſſe quidā Lotharingus nomine Chriſtianus, ſimulata infirmitate,* Giſlebertum *Ducem ad ſe dolo euocatum cepit, Regiq́; miſit, vt per eum Lotharingiam ſibi ſubiugaret. At verò inſpecta induſtria & potentia Giſleberti, filiam ſuam* Gerbergam *ei deſpondit, & eum iterum Lotharingiæ præfecit*: vt Sigebertus in Chronico loquitur. Hæc ipſa ijſdem ferè verbis Witichindus lib. 1. commemorat.

Primus itaque Dux Lotharingiæ ſuperioris & inferioris fuit hic *Giſlebertus*, qui anno. 939. obijt, Rheno flumi-

flumine abſorptus, relicto puerulo *Henrico*, qui paucis pòſt annis obijt, & N. filia, Berraldo Duci Baioariorum pòſt nupta. Giſleberto an. 940 ſuffectus, teſte Flodoardo, *Anno*

Hericus, Othonis I. Imp. frater, paucis menſibus Lotharingię pręfuit, pòſt Baioariæ Dux ab Othone creatus. *II.*

Otho, Ricuini filius, poſt Henricum Lotharienſibus præfuit, vel ſuo vel tutorio nomine *Henrici* pueri, quem Giſleberti filium fuiſſe diximus. *Othò autem Dux Lotharienſium an.* 944. *vita deceſsit*: vt Flodoardus loquitur. *III.*

Conradus, Othonis I. gener, exinde præfuit: qui ſocero pòſt rebellis, Hungaros in Lotharingiam adduxit: demum facti pœnitens, contra Hungaros fortiter dimicans, an 957. occubuit. *IV.*

Bruno, Othonis I. frater, in Conradi rebellis locum ſuffectus, *Colonienſis Archiepiſcopus & Archidux Lotharingiæ ſecundas partes in regno fratris ſui potenter & induſtriè adminiſtrauit*: vt Sigebertus loquitur, & anno 965. Remis viuere deſijt. *V.*

Duces

Anno

Duces Lotharingiæ ſuperioris ſeu Moſellanæ, quos vocant Duces Moſellanorum.

LOtharingia ſuperior à veteribus *Moſellana* nuncupatur, quòd eam ferè mediam Moſella fl. interſecaret. Sic Lotharingiam inferiorem, quæ inter Rhenum & Scaldim ſita erat, meritò *Moſanam* quis nuncupauerit, quòd eam Moſa fl. velut mediam interſecet.

I. Primus Lotharingiæ Moſellanæ Dux fuit *Fredericus*, à Brunone Colonienſi Archiepiſcopo & Lotharingiæ Archiduce an. 959. conſtitutus; vt Flodoardus in Chronico teſtatur. Fuit is *Adelberonis* Metenſis Epiſcopi frater: de quo ſic Sigebertus in geſtis anni 495. *Otho Imp. totam Lotharingiam ſibi ſubiugauit, reſiſtente ſibi ſolo Metenſium Epiſcopo Adelberone, fratre Ducis Frederici.*.

De eodem ſic Flodoardus in Chronico: *Anno 958. Lotharienſes à Brunone Duce*

ne Duce deſciſcunt: quibus poſtmodum reuocatis, Fredericum *quendam Comitem eis vice ſua præfecit.* *Anno*

Moſellanorum ſecundus Dux fuit *Theodericus*, Frederici I. filius. *II.*

Theoderico *Fredericus II.* filius ſucceſſit, & obijt 1034 ſine prole maſcula. *III.*

Gothilo ſeu *Gozilo Magnus* exinde Ducatum ſuperioris & inferioris Lotharingiæ poſſedit. *IV.*

Godefridus Goziloni patri adhuc viuenti in Ducatu Moſellano ſuffectus eſt; iuxta Herm. Contractũ, cuius hæc ſunt verba: *Anno* 1044. *Gozilo Dux Lotharingiorum moriens*, Goziloni *filio, quamuis ignauo, Ducatũ ſuum à Rege Hērico promiſſum, relinquere diſpoſuit. Filius eius* Godefridus *iamdudum Dux, cùm Ducatum fratri debitum contra fas à Rege Henrico ſibi obtinere nequiuiſſet, iuſiurandum fidemq́; poſtponens rebellare Regi præſumit.* *V.*

Anno 1045. Godefridus *Dux rebellioni ſuæ deſperans, Regiq́; ad deditionem veniens, in cuſtodiam mittitur.*

Anno 1046. *Henricus Pentecoſten Aquiſgrani faciens*, Godefrido *Duci è cu-*

ſtodia

Anno *ſtodia relaxato, ſibiq́; procedenti terratenus proſtrato Ducatum ſuum miſertus reddidit.* Fredericus *frater Henrici Ducis Baioariæ, Dux Lotharingorum, pro Godefridi fratre Ignauo Gozilone, conſtituitur.*

An. 1047. *Godefridus, inter alia quæ contra Regem geſſit, Virdunenſem ciuitatẽ dolo captam incendit & euertit: cuius Ducatum* Adelberto *cuidam Henricus Rex tradit.* Hactenus ex Cõtracto. Fuit autem Adelbertus iſte Comes *de Longvy* vel *de Namur*, vt quidam volunt.

VI. *Adelbertus* ſeu *Albertus* an. 1048. à Godefrido Duce eſt interemptus: vt Contractus & Sigebertus teſtantur.

VII. *Gerardus Alſatius* an. 1048. Adelberto ſucceſſit, & an. 1070. obijt: teſte Sigeberto. Ab iſto Gerardo ſtirpem ſuã ducũt Duces Lotharingiæ, qui Nancæi ſedẽ principatus nũc habent; vt ex Genealogia S. Arnulfi Metenſis Epiſcopi, à Pithæo edita, datur intelligi.

VIII. *Theodericus*, Gerardi filius.

IX. *Simon*, Theoderici filius.

X. *Mattheus*, Simonis filius, ex ſorore Frederici Imp. genuit Simonem & Fredericum de Bittes.

Simon

Simon II. ſine prole obijt. Anno XI.

Simoni ſucceſſit aut *Fredericus de Bittes*, aut Frederici filius *Fredericus*, maritus N. filiæ Comitis Barenſis. XII.

Theobaldus, Frederici filius, vxorem habuit Gertrudem, filiam Alberti Comitis *de Muha*, in pago Leodicenſi. XIII.

Matthæus, Theobaldi frater, circa an. 1260. vixit: & hîc deſinit citata S. Arnulfi Genealogia. XIV.

Duces Lotharingiæ inferioris, à quibus genus ſuum ducunt Duces Brabantiæ.

CArolus, Ludouici Francorum Regis, ex Gerberga, Giſleberti Lotharinciæ Ducis vidua, filius, & Lotharij Francorum Regis frater, anno 977. ab Othone II. Imp. Dux Lotharingiæ creatus: teſte Sigeberto. Obijt an. 990. ab Hugone Capeto carceri incluſus. I.

Otho, Caroli filius, obijt ſine prole. II.

Godefridus, Godefridi Comitis Virdunenſis & Einhamenſis filius ex Mathilde III.

Anno thilde Herimanni Saxonum Ducis filia, obijt improlis.

IV. *Gothelo* ſeu *Gozilo* Godefridi Einhamenſis frater, ante Ducatum Lotharingiæ, poſſedit Marcam Antuerpienſem. Frederico Moſellanorum Duce, an. 1033. ſine filijs mortuo, ab Imperatore Moſellanum quoque Ducatum impetrauit.

V. *Gothelo* cognomento *Ignauus*, iuxta Hermannum Contractum, patri ſuo Gotheloni in Ducatu Lotharingiæ inferioris ſucceſſit, & bienno, hoc eſt ab an. 1044. vſque ad an. 1046. præfuit. At Sigebertus vult eum in Moſellano Ducatu ſucceſſiſſe. Magis tamen placet Contracti opinio; eò quòd Fredericus, Gozilonis Ignaui ſucceſſor, in noſtra ſeu inferiore Lotharingia, vt Trudonopoli, Antuerpiæ, & alibi imperauerit.

VI. *Fredericus*, Henrici Baioariæ Ducis frater, Goziloni Ignauo ſucceſſor an. 1046. datur: teſte Contracto.

VII. *Godefridus*, cognomento *Iuſtus*, vxorem in Italia duxit Beatricem, Frederici II. Ducis Moſellani filiam, Bonifacij

facij Marchionis viduam. Obijt an. 1069. *Anno*

Godefridus Gibboſus ſeu *Struma*, Godefridi Iuſti filius, & frater Idæ Comitiſſæ Bolonienſis, quæ fuit mater Godefridi Bullonij, Is anno 1076. Antuerpiæ à ſicario confoſſus, Virduni iuxta patrem eſt conditus: vt Lamb. Scafnaburgenſis fusè narrat. VIII.

Conradus, Henrici Imp. filius, primùm Lotharingiæ Dux, pòſt Italiæ Rex à patre creatus. IX.

Godefridus Bullonius, Euſtathij Comitis Bolonienſis ex Ida ſupra nominata filius, poſtea Rex Ieroſolymorum, obijt an. 1100. X.

Henricus, Limburgenſis ſeu Arduennenſis Comes, Bullonio defuncto, vacantem Lotharingiæ Ducatum ab Henrico IV. Rege obtinuit. XI.

Henrico Limburgenſi ob rebellionē capto, Ducatus Lotharingiæ *Godefrido Barbato* Comiti Louanienſi ab eodem Henrico an. 1106. eſt collatus; teſte Sigeberto. Anno. 1126 defunctoHenrico Lotharius Saxonum Dux à proceribus electus eſt Imperator. Huic ſe XII.

Con-

Anno Conradus, Frederici Sueuorum Ducis ex Agnete filia Henrici IV. Imp. filius obiecit, à nonnullis Germaniæ Principibus Imperator nuncupatus. Conrado inter alios ſeſe Godefridus Barbatus adiunxerat: quam ob cauſſam Ducatu à Lothario priuatus, Valeranum Limburgenſem, Henrici Exducis filium, accepit ſucceſſorem.

XIII. *Valeranus* itaque quādiu Lotharius vixit, hoc eſt, vſque ad annum 1137. Lotharingiæ Ducatum poſſedit. Exſtat in Codice noſtro donationū piarum diploma Stephani Metenſis Epiſcopi, de monaſterij Auerbodienſis fundatione; an. 1136. datum, in quo huius *VValerani Ducis & Marchionis Lotharingiæ* fit mentio.

Mortuo Lothario, Conradus Imp. *Godefrido* noſtro *Barbato* an. 1137. Ducatum Lotharingiæ iterum attribuit ac confirmauit. Titulum tamen Ducis & magnam Arduennæ partem *Valeranus* eiuſque poſteri retinuerunt: vnde & *Arduennenſes* sūt vocati. Quod cognomen Moſellanis Ducibus impropriè à quibuſdam attribuitur.

Barba-

Barbato ſucceſſit *Godefridus II.* filius, Louanij ad D. Petri an. 1143. conditus. *Anno* *XIV.*

Godefridus III in Cunis vulgò dictus, Godefridi II. filius, an. 1186. viuere deſijt, Louanij itē ad D. Petri ſepultus. *XV.*

Henricus I. Godefridi III. filius, an. 1235. exceſſit: cuius ſepulcrum Louanij ad D. Petri in medio choro viſitur. *XVI.*

Hēricus II. Hērici I. filius, an 1247 moriens, in Villarienſi ord. Ciſterc. Abbatia, à ſe dotata, condi voluit. *XVII.*

Huius filius, ex Maria Philippi Imp. filia, *Henricus III.* Lotharingiæ ſimul & Brabantiæ Ducis titulum primus aſſumpſit. De ſucceſſoribus Franciſcum Haræum in Annalibus Brabantiæ conſule. *XVIII.*

Ad geſta anni 959. redeat oratio. Baldericus Leodienſis Epiſcopus XII. Kal. Maij moritur: & Eraclius ſiue Euracrus ſubſtituitur.

An. 960. Macerienſis munitio ad Moſam à *Lantberto* redditur Artaldo A. Remenſi, coram *Frederico* Lotharienſiū Duce, Moſellano ſcilicet. *Flod.* 960.

Otho & *Hugo Capetus*, filij Hugonis

Anno Magni, mediante auunculo Brunone, ad Regem *Lotharium* veniunt, & cum
Hugo Capetus. eo reconciliantur: ex quibus *Hugonem* Rex Ducem conſtituit, addito pago Pictauienſi ad terram quam pater ipſius tenuerat: *Othoni* verò Burgundiam conceſſit. *Flod.*

Dum Bruno in Francia agit, Rotbertus quidam, ipſi inimicus, *Namurcum* ad Moſam, & Immo *Capramontem*, in agro Leodienſi, muniunt. Bruno eos obſidet, pactiſque inducijs Coloniam redit. *Idem.*

Arnulfus Marchio Flandrenſis Blâdinienſe cœnobium inſtaurat. Eccleſiæ & Imperij ſtatu, per induſtriam Othonis, emendato, hoc tempore multa paſſim monaſteria ædificantur, augentur, vel inſtaurantur. Inter alios *Euraclus* Leodicenſis Epiſcopus ea in vrbe duo Canonicorum collegia, videlicet S. Pauli, & S. Martini, conſtruxit. *Sigeb.*

961. An. 961. Otho I. Rex à Ioanne Papa contra Berengarium euocatus, Wormatiæ comitia celebrat, Othonem filium Regem deſignari, & Aquiſgrani

coro-

coronari procurat, eique Germaniam ſub tutela Guilielmi A. Moguntini commendat. Hinc anni regni Othonis II. in diplomatibus numerantur. Ipſe cum exercitu in Italiam venit, & Papiæ ſubſtitit *App. Reginonis.* *Anno*

Hugo, Rotgarij quondam Comitis filius, & Artaldus A. Remenſis, moriuntur.

Arnulfus Magnus Flandriæ Comes Brugenſem S. Donatiani eccleſiam, quæ nunc eſt cathedralis, dotat, & XII. Canonicos in ea collocat; *Hadulfo* Tornacenſi, & *VVicfredo* Morinenſi, Epiſcopis laudantibus. Codicem donationum piarum à nobis editum cap. 34. lege.

Anno 962. ineunte Otho I. Romæ coronatur Imperator à Ioanne Papa. Quod Berengarius Italiæ Rex ægrè ferens, regiones quas protegere debebat, incendit ac vaſtat. 962.

S. Wibertus ſeu Guibertus (quem Faſti Romani S. Gilbertum 4. Febr. nuncupant) depoſito militiæ ſæcularis balteo, caſtrum ſuum *Gemblacum* Deo & ſancto Petro obtulit, *S. Guibertus.*

Anno in eoque monaſterium an. 922. ſuo ære exſtruxit: quod eſt inter Brabantina Benedictinorum cœnobia antiquiſſimum. Gaudetque etiamnum Abbas Gemblacenſis titulo Comitis, & in comitijs Ordinum Brabantiæ primum in Nobiles locum obtinet.

Obijt autem S. Guibertus in Gorzia, Lotharingiæ cœnobio, diœceſis Metenſis, X. Kal. Iulij. an. 962. vt Sigebertus monachus Gemblacénſis in Chronico teſtatur. Indeque Gemblacum tranſlatus, an. 1110. è terra eleuatus eſt, procurante eodem Sigeberto, qui & vitam eius ſcripſit à Surio editam.

Meldenſis Synodus XIII. Epiſcoporum habetur, præſidente Widone Senonenſi Archiepiſcopo.

Ioannes Papa per legatos ſignificat, *Hugonem*, quondam Epiſcopum Remenſem, à Synodo Romana fuiſſe excommunicatum. Cuius legationis certiores (inquit Flodoardus) per Brunonem Archiepiſcopum redditi, elegimus in Epiſcopum Remenſem *Odalricum*,

ricum, Hugonis Comitis cuiuſdam filium; Lothario Rege, Regina matre, ac Brunone fauentibus. Eſtque is Remis ordinatus à *VVidone* Sueſſionenſi, *Roricone* Laudunenſi, *Gibuino* Catalaunenſi, *Hadulfo* Tornacenſi, & *VVicfredo* Virdunenſi Epiſcopis. *Flod.* Anno

Berengarius Italiæ Rex, Othone I. Imp. ab Vrbe redeunte, in Monte S. Leonis cum copijs ſe munit; & *VVilla* vxor eius in inſula S. Iulij in lacu maiori, ſe includit. Filij verò eius *Adalbertus* & *Guido* huc illuc incerti vagangantur. Adelbero Metenſis Epiſcopus moritur. *App. Reginonis.*

VVicmannus noui caſtri Gandenſis, ab Othone I. Imp. ſtructi, Comes, dat villam Theſſam, nunc *Deſſelberg*, monaſterio Blandinienſi prope Gandauum: edito diplomate, quod in citato noſtro Codice cap. 35. exſtat: Ibidem nonnulla de Comitibus Gandenſibus hactenus fortaſſe minùs explicata, reperies.

Anno 963. Otho Imp. in Ioannis 963. Papæ locum ſubrogari curat quemdā nomine Leonem. Baronium conſule.

Anno Euracrus ſiue Euraclus, Leodicéſis Epiſcopus, ad ſepulcrum S. Martini Turonéſis antea miraculosè ſanatus, hoc tempore baſilicam S. Martini in monte Leodici ædificat.

Ego (inquit Flodoardus) fractus ætate, & attritus infirmitate, miniſterio prælaturæ (erat autem Abbas S. Remigij Remenſis) me abdicaui, coram *Odalrico* Remenſi Præſule: qui me hoc abſoluens iugo, impoſuit illud, per electionem fratrũ meorum nepoti meo *Flodoardo* ſeu *Frodoardo*, ſeptuageſimo ætatis meæ anno.

Notet hîc Lector ætatem Flodoardi, cuius fide & auctoritate in rebus ſuperiorum annorum deſcribẽdis potiſſimùm nixi ſumus.

Adalbertus, Berengarij filius, in Corſicam inſulam ſe recipit. *App. Reginonis.*

964. An. 964. Romani tumultuantur contra Othonem Imp. ob depoſitum Ioannem Papam, qui Romam reuerſus pridie Idus Maij moritur. Romani Benedictum V. Papam creant: Otho Leonem reducit, Benedicto expulſo. Ba-

ſo. Baronium lege.

Berengarius, expugnato Monte S. Leonis, ab Othone Imp. capitur, & cum *VVilla* vxore in Bauariam mittitur. Otho, poſt celebratam SS. Apoſtolorum feſtiuitatem, Roma diſcedit cum exercitu, quem peſtilentia grauiter afflixit. Ex ea inter alios perierunt *Henricus* A. Treuerenſis, & *Godefridus* Dux Lotharienſis. *App. Reginonis*.

An. 965. *Otho*, Hugonis filius, qui Burgundiæ præerat, moritur: proceres illius prouinciæ ad *Hugonem* & *Odonem* clericum, fratres ipſius, ſeſe conuertunt: *Flod*. 965.

Arnulfo, Flandriæ Comite è viuis ſublato, *Lotharius* Francorum Rex Flandriam ingreditur, & proceres eius ſibi ſubijcit, *Roricone* Epiſcopo Laudunenſi procurante. Lothario Laudunum repetente, mater ipſius *Gerberga*, cum filio *Carolo* puero, ibidem remanſit. Otho Imp. ex Italia in Germaniam reuerſus, Coloniam venit, ibique *Mathildem* matrem ſuã, & *Gerbergã* ſororẽ ſuam, cũ filijs *Lothario* Rege, &

Anno *Carolo* puero, ad ſe venientes excepit; & cum eis, alijſque proceribus placitũ magnum habuit. Exinde Benedictum à Romanis electum, quem ſecum ex Vrbe adduxerat, in Saxoniam miſit, & Adaldago Archiepiſcopo commiſit. Duas Berengarij filias in palatio apud Imperatricem cum honore detinuit. *Flod. & App. Reginonis.*

S. Bruno moritur. S. Bruno Colonienſis Archiepiſcopus & Dux Lotharingiæ, rerum geſtarum gloria clariſſimus, ſumpto ſalutifero viatico, die 11. Oct. in vrbe Remenſi moritur. *App. Reginonis.* Eius corpus, ſicut præceperat, in monaſterio S. Pantaleonis, quod Coloniæ conſtruxerat, eſt conditum. Vitæ hiſtoria à *Rotgero* monacho ad S. Pantaleonem, coætaneo, conſcripta exſtat apud Surium. Magiſtrum in litteris habuit *Baldricum* Epiſcopum Vltraiectinum; *Suſati* Canonicorum collegium fundauit, & *Sonegijs* in Hannonia baſilicam à Normannis vaſtatam curauit inſtaurandam.

Brunoni *Folcmarus*, Henrico Treuerensi *Theodericus*, Adalberoni Metenſi *Theo-*

Theodericus, Othonis Imp. conſobrinus, in Epiſcopatibus ſucceſſerunt. *App. Reginonis.* *Anno*

Leone Pſeudo-Papa mortuo, Ioannes XIII. eligitur. *Baron.*

Anno 966. Lotharius Francorum Rex vxorem accipit *Emmam* ſeu *Hemmam*, Regis quondam Italici filiam. Hîc deſinit laudatiſſimum Flodoardi Chronicon: & hoc ipſo anno die 28. Martij ipſe Flodoardus Remis viuere deſijt. 966. *Flodoardus moritur*

Berengarius quondam Italiæ Rex moritur exul; & Bambergæ regio more ſepelitur. Willa eius vidua velum ſanctimonialis adſumpſit.

Otho Imp. compoſitis in regno Lotharienſi negotijs, per Abbatiam & Rhætiam ſub autumnum in Italiam redit. *App. Reginonis.*

Anno 967. Otho Imp. Paſcha cum Ioanne Papa Rauennę celebrat, eique vrbem ac terram Rauennenſem, aliaq; multa Romanis Pontificibus olim ablata, reddit. *Appendix Reginonis*, quę hîc deſinit. 967.

Otho Rex, Othonis I. Imp. filius, ad pa-

Anno ad patrem Romæ agentem, tendit: vbi ſub finem anni à Ioanne XIII. creatus eſt Imperator. *Baron.*

Euraclus Epiſcopus Leodij templum S. Pauli ædificare incipit. Lotharius Francorum Rex varia prædia Bauonenſi apud Gandenſes monaſterio confirmat; petente *Balduino* Comite Cameracenſi. Diploma, Nobiliaci apud Atrebates datum, exſtat in Codice noſtro donationum cap. 37.

968. Anno 968. *Gerberga*, Henrici Aucupis Imp. filia, Othonis I. Imp. ſoror, primùm *Giſleberto* Lotharingiæ Duci, pòſt *Ludouico Tranſmarino*, Francorum Regi, nupta, alodium Marſanenſe, vulgò *Merſen*, prope Traiectum Moſæ ſitum, donat monaſterio S. Remigij Remenſis; edito diplomate, quod *Aufridus* Bratuſpantium & Hoienſium Comes, inter alios ſignauit. Vide citatum Codicem cap. 38.

Otho Imp. Capuam cum Ioanne Papa venit. *Baron.*

969. Anno 969. Nicephorus Græcorum Imperator, Othonis I. legatos trucidat: in vltionem Otho Calabriam & Apuliam

Apuliam occupat. Nicephorus in tu- *Anno*
multu populi occiditur: cui Ioannes
ſuccedit *VVitichindus*.

Anno 970. Theophania, Nicepho- 970.
ri Græcorum Imperatoris priuigna,
Othoni II. Imp. nuptui datur.

Euraclus Epiſcopus Leodium ex
Calabria redit, cum *Leone* Epiſcopo
Græco; monaſterium S. Laurentij ea-
dem in vrbe ædificare incipit, & VI.
Kal. Nouembris moritur.

Theodericus Metenſis Epiſcopus
varia Sanctorum pignora, quæ Sige-
bertus in Chronico enumerat, ex Ita-
lia in Galliam transfert, & in baſilica
S. Vincentij, à ſe in inſula Metenſis
vrbis ædificata, collocat. *Sigeb.*

Anno 971. Otho Imp. in Germa- 971.
niam redit, & Epiſcopatum Magde-
burgenſem fundat: vt Adamus Bre-
menſis in Chronico narrat.

Notgerus fit Leodienſis Epiſcopus;
magno illius vrbis bono; cuius alter
conditor, poſt S. Hubertum, meritò
habetur. Nam illam muris cinxit, mo-
naſterijs, templis, & alijs ædificijs
decorauit; S. Lamberti baſilicam
cathe-

Anno cathedralem renouauit; Moſam varios per alueos induxit, litterarum denique cùm ſacrarum tum profanarum ſtudia inuexit. Vitæ eius hiſtoriam, à coætaneo ſcriptam, Ortelius ſub finem Itinerarij ſui Belgici publicauit.

An. 972. Ioannes Papa 6. Septēbris
972. moritur; ſuccedit *Domnus*, qui 13. Decembris obijt: ſequenti die *Benedictus VI.* ſuccedit. *Baron.*

Monaſterio S. Galli apud Heluetios *Notkerus* Abbas annis ſex præfuit: vt Herm. Cōtractus in Chron. loquitur.

Anno 973. Otho I. Imp. moritur die
973. 7. Maij, Magdeburgi cōditus: vt Witi-
Otho II. chindus teſtatur. ſuccedit filius *Otho II.*
Imp. iam antea Rex & Imp. coronatus. Atque ab illa quidē coronatione anni tā regni, quàm Imperij eius deducuntur.

Audita Othonis I. Imp. morte, *Raginerus* & *Lambertus*, filij Ragineri Lōgicolli (quem Bruno in exilium trans Rhenum miſerat) reſumptis paulatim viribus è Francia redeunt; *Guarnerum*, & *Rainaldum*, qui Haginoenſem Comitatum occupauerant, ad Peronam Hannoniæ vicum prælio vincunt, &

cum

cum multis interimunt; deniq; ad Ha- *Anno*
gnam fluuium caſtello Buxude (*Bouſſoy*, non *Boſſut*) munito, Lotharingiā infeſtāt: vt Baldericus in Chr. Cameracēſi l. 1. c 94. & Sigebertus in Chrō. tradūt.

Balduinum, cognomento *Balzonem*, Comitem Cameracenſem, Rodulfi filium, extremæ ætatis, hoc anno obijſſe tradit Meierus.

Mathildis Regina, Othonis I. Imp. mater, vitæ ſanctimonia celebris, Halberſtadij, & *S. Vdalricus* Epiſc. Auguſtæ Vindelicorum, in Dño obdormiunt.

Anno 974. Benedictus VI. Papa moritur: ſuccedit Bonifacius inuaſor. Baronium conſule.

Ratherius, quōdā Veronæ & Leo- 974.
dij Epiſcopus in Laubienſi monaſterio moritur; vt Fulcuinus illius loci Chronographus, & Sigebertus teſtātur.

Otho III. naſcitur; cuius pueritiæ poſtea moderator fuit Notgerus Leodienſis Epiſcopus.

Anno 975. *Godefridus* Dux Virdu-
nenſis, & *Arnulfus* Comes, Buxudem 975.
caſtrum ſupranominatum deſtruunt, & pulſis Longicolli filijs, Comitatum

Monten-

Otho II. Imp. eidem CAROLO Ducatum Lotharingiæ donat, vt ab inſolentijs deſiſtat, & fratris ſui Lotharij motibus obſiſtat. Ita Sigebertus, Baldericus in Chron. & Nangius. Non vno tamen eodemque anno hæc omnia contigiſſe, conſtat ex epiſtolis Gerberti, primùm Remenſis, pòſt Rauennẽſis Archiepiſcopi, ac demum Romani Pontificis Silueſtri II. Lutetiæ an. 1611. editis. *Anno Carolus Dux Loth.*

Anno 978. Lotharius Francorum Rex ex inopinato Aquaſgrani occupat, Othone II. Imp. fugato, & vicinia tota vaſtata. Otho, collecto exercitu, Remenſium, Laudunenſium, Sueſſionum & Pariſienſium pagos populatur: ſed rediens circa Axonam fluuium, partem impedimentorum amiſit. *Sigeb.* 978.

Anno 979. Notgerus templum S. Crucis Leodij per Robertum Præpoſitum ædificari curat, & die 23. Octobris conſecrat: Canonicorum collegio ibidem collocato. 978.

Anno 980. *Otho II.* Imp. & *Lotharius* Francorum Rex, ad Charum 980.

Luxe-

Anno Luxeburgenſis pagi fluuium, pacem ineunt, & Lotharius Rex Lotharingiam abiurat: vt Sigebertus loquitur. Otho regni Lotharienſis partem Aquilonarem retinet, Meridionalem *Carolo*, Lotharij fratri, relinquit.

Otho in Italiam proficiſcitur. Corpora SS. *Landoaldi*, *Adriani*, *Amantij*, & *Landradæ*, ex Wintreshouia Hasbaniæ vico, Gandauum ad S. Bauonis monaſterium transferuntur. *Sigebertus.*

Notgerus Leodicenſis Epiſcopus, ad Womarum Abbatem Gandenſem ſcribit vitam *S. Landoaldi*, à Surio editam: cuius autographum, aut illo ſaltem æuo ſcriptum exemplar hodieque exſtat Gandaui in palatio epiſcopali.

Idem Notgerus hoc anno deſtruxit *Capramontem*, agri Leodicenſis caſtellum, quod an. 690 ab Immone munitum fuiſſe diximus. Vnde verſus:

Legia dotatur per me, Caprimons ſpoliatur:
Hic ruit, hæc ſurgit, manet hæc, nec ille reſurgit.

Erant

Erant in Caprimonte tres eccleſiæ, *Anno*
in quarũ vna Deiparæ ſacra XII. presbyteri reſidebant. Horum decimas & reditus præbendales, poſt opidi excidium, Notgerus Aquaſgrani ad baſilicam Deiparæ tranſtulit, & totidẽ clericos ibidẽ ſupperaddidit: vt Ægidius Leodic. à Chapeavillio editus narrat.

Otho II. Imp. confirmat poſſeſſiones eccleſiæ Leodicenſis, videlicet *Hoium*, *Tungros*, *Foſſas*, & alia loca, edito diplomate, quod apud eumdẽ Chapeavillium legitur.

Anno 981. corpora SS. *Richarij* & 981.
VValerici, quæ hactenus in cœnobio Bertiniano fuerant adſeruata, ab *Hugone Capeto*, ad vetera ſua loca reportantur. *Meierus*.

Anno 982. Otho II. Imp. contra 982.
Saracenos ac Græcos dimicans, in Apulia vincitur & capitur: ſed mox exiguo lytro numerato, non agnitus euadit. *Baronius*. Alij ad annum ſequentem id referunt.

Anno 983. Otho II. poſt cladem 983.
illam acceptam, de eligendo filio ſuo ſucceſſore tractat, & comitia Veronæ

Anno habet; indeque Romam veniens, mærore confectus (verba ſunt Ditmari) VII. Idus Decembris ex hac luce ſubtrahitur, & conditur labro prophyretico ad introitum orientalis portæ Paradiſi domus Petri, quod etiam nunc cernitur. Succeſſit *Otho III.* eius filius, admodum puer.

984 *Otho III. Imp.* Anno 984. Otho III. coronatur Aquiſgrani Imperator. Benedictus moritur: ſuccedit Ioannes XIV.

Lotharius Francorum Rex iterum Lotharingiam inuadit, Virdunum occupat, *Godefridum* denique Comitem Virdunenſem & Einhamenſem capit. *Sigebertus.* *Godefridus Comes Einhamenſis.* Hic Godefridus vxorem habuit *Mathildem*, filiam Herimanni Saxonum Ducis, & viduam Balduini Flandriæ Comitis. De qua Baldericus in Chronico Cameracenſi, & Auctarium Lipſianum ad Sigeberti Chronicon anno 1005. agit. Ex ea nati ſunt Godefrido Comiti tres filij, videlicet *Godefridus* Lotharingiæ inferioris Dux, qui ſine prole obijt, *Gozilo* Lotharingiæ ſuperioris & inferio. Dux, & *Hezcelo*, Comes Einhamenſis, pòſt

ſis, pòſt Virduni ad S. Vitonum monachus. *Anno*

In dicto Auctario corrigendus eſt error, quo *Mathildis* Godefrido Duci nupta fuiſſe dicitur; cùm non Ducis, ſed Comitis Godefridi ſupra laudati vxor fuerit.

Theoderico Metenſium Epiſcopo ſuccedit *Adelbero*, filius Frederici Lotharingiæ Ducis. *Sigeb.*

Anno 985. Ioannes XIV. moritur: Sedem iterum inuadit Bonifacius, quam menſibus quattuor tenuit. Ipſo defuncto, *Ioannes XV.* eligitur. *Baron.* 985.

Lotharius, pace cum Othone III. Imp. facta, Virdunum reſtituit, & Godefridum Comitem dimittit. *Sigebertus.*

Eremboldus, monachus Gandenſis, poſtea Abbas, reliquias *SS. Pancratij* & *Barbaræ*, martyrum, ex vrbe Roma ad Bauonenſe monaſterium attulit. Roſala, vxor Arnulfi Flandriæ Comitis, pro remedio animæ filiæ ſuæ *Mathildis*, Blandinienſe cœnobium, multis prædijs auxit. *Meierus.*

Anno Otho III. Imp. donat *Notgero* Leodienſium Epiſcopo Comitatum *Hoienſem* ſeu *Huienſem*, quem *Aufridus* ex Comite Epiſcopus Vltraiectinus, antea tenuerat. Diploma exſtat in Codice noſtro donationum, cap. 41.

986. Anno 986. *Lotharius* Francorum Rex, plenus dierum, poſtridie Kal. Martias moritur, & Remis ad S. Remigium ſepelitur; *Hugoni Capeto* filium ſuum *Ludouicum* iuuenem, qui patri in regno ſucceſſit, commendans. Ita Sigebertus, Nangius, & Odorannus.

Lud. Rex.

Simon Abbas Cellenſis in Hannonia, piæ peregrinationis ſtudio ad Montem S. Michaëlis in Normannia celebrem profectus, hoc anno S. *Sulpitij* Baienſis Epiſcopi corpus repperit in quadam eccleſiola, in vico Liuibaco, qui Vallis ſancta nuncupatur, in finibus Normanniæ, eaſque inde ad ſuum Giſlenianum monaſterium attulit: vt in ms. Tranſlationis hiſtoria ibidem legitur.

S. Sulpitius.

987. Anno 987. Ludouicus Francorum Rex

Rex moritur; in quo ſtirps Caroli Magni defecit. *Hugo Capetus* regnum inuadit: cuius ſtirps etiamnum regnat in Francia. *Ludouico Francorum Rege mortuo* (inquit Sigebertus hoc anno) *Francis regnum transferre volentibus ad Carolum Ducem Lotharingiæ, fratrem Lotharij Regis, dum ille rem ad Concilium defert, rem Francorum vſurpat Hugo, filius Hugonis Pariſienſis, ex Hathuide ſorore, Othonis Primi Imperatoris.* Anno Hugo Capetus Rex.

Addit Nangius, *Richardo* Duce Normanniæ, & alijs aliquot agentibus, Hugonem hoc ipſo anno Remis coronatum fuiſſe. Idem Nangius aſtruere conatur, ipſum fuiſſe ex ſtirpe Caroli Magni, per auiam maternam ſeu proauiam *Mathildem*, Othonis I. Imperatoris matrem, quaſi illa fuiſſet filia Ludouici Quarti, filij Arnulfi Imperatoris. Witichindus tamen vetus ſcriptor, & Continuator Reginonis, Mathildem hanc faciunt filiam Theodorici, ex ſtirpe Witichindi Magni Saxoniæ Ducis. Ego hæc alijs, iſtarum rerum curioſis

Anno ac peritis, diſcutienda relinquo.

Erluinus Abbas primus Gemblacenſis moritur: cui ſucceſſit Herivvardus. *Sigeb.*

Templum S. Ioannis Euangeliſtæ, quod eſt Canonicorum, Leodij in inſula Moſæ fluminis, à conditore Notgero Epiſcopo Kalendis Maij dedicatur.

988. An. 988. *Carolus* Lotharingiæ Dux regnum Francorum, ex paterna & auita ſucceſſione ſibi debitum, ab Hugone Capeto nepote ſuo repetit, eumque bello laceſſens, Laudunum vrbem capit. Hugo Carolum in vrbe Laudunenſi obſidet, ſed ſecundo obſidionis menſe, obſeſſi proſilientes caſtra Hugonis incenderunt, qui plurimis ſuorum peremptis vix euaſit.

989. An. 989. Carolus Dux noſter Montem acutum expugnat, Sueſſionenſem agrum vaſtat, vrbem Remenſem aggreditur, & Laudunum multa cum præda reuertitur. *Sigeb.*

Arnulfus II. Flandriæ Comes die 30. Martij moritur, in monte Blandinio prope Gandauum ſepultus. Filium

lium ac ſucceſſorem reliquit *Balduinum IV*. cognomento *Pulcrobarbum*, ex Roſela, Berengarij III. Italiæ Regis filia, quem ab Othone I. Imp. captum, & Bambergæ in perpetua cuſtodia habitum fuiſſe diximus. *Anno*

Anno 990. Carolus Lotharingiæ Dux vrbem Remenſem occupat, Archiepiſcopum, quem Hugo Capetus præfecerat, & alios quoſdam proceres capit eoſque Laudunum ablegat. Exinde Carolus à Capeto captus, carceri mancipatur. *Sigeb.* 990.

Fulcuinus Abbas & Hiſtoricus Laubienſis ad Sabim in ditione Leodienſi moritur: ſuccedit *Harigerus*, rerum Leodienſium ſcriptor, à Chapeavillio editus. *Harigerus.*

Leodij templum *S. Dionyſij*, à Notgero Epiſcopo conditum, & Canonicorum collegio decoratum, die 12. Martij ab eodem conſecratur.

An. 991. Carolus Lotharingiæ Dux Aureliæ ad Ligerim in carcere moritur: ſuccedit in Ducatu filius eius *Otho*, quem Nangius Ludouicum vocat. 991. *Otho Dux.*

Ceterùm Carolus Bruxellam aula

Anno ſua primus nobilitauit atque illuſtrem reddidit, palatio in Sennæ fl. inſula, haut procul à S. Gaugerici baſilica, ædificato. Idem corpus *S. Gudilæ* virginis, Bruxellenſium nunc patronæ, ex Morſella, agri Aloſtani vico, Bruxellam attulit, & in dicta S. Gaugerici baſilica collocauit: presbyteris verò ibidem Deo & S. Gudilæ ſeruientibus decimas *Molembecæ*, qui vicus eſt Bruxellæ vicinus, attribuit.

S. Gudilæ.

Ex coniuge ſua, Trecenſis Comitis filia, genuit *Othonem*, poſt ſe Ducem, *Gerbergam* Lamberto Comiti Louanienſi, & *Ermengardem* Alberto Comiti Namurcenſi nuptam.

992. Anno 992. Remis ſynodus congregatur, & *Arnulfus*, Caroli Lotharingiæ Ducis nepos, quem idem Carolus Remis Epiſcopum ſubſtituerat, procurante Hugone Capeto deponitur, & tribus annis Aureliæ in carcere incluſus habetur; *Gerberto* in eius locum ſubſtituto. *Sigeb.*

Tota controuerſia à Continuatore Aimoini breuiter narratur, qui *Arnulfum* vocat Lotharij Francorum Regis

ex

ex concubina fratrem: alij eius filium naturalem fuiſſe volunt. *Anno*

Seguino Archiepiſcopo Senonenſi & alijs clamantibus, *Arnulfum* non potuiſſe deponi, abſque auctoritate Romani Pontificis, res ad Ioannem XV. Papam delata eſt: qui anno 994. ea de cauſſa legatum in Galliam miſit *Leonem*, Abbatem S. Bonifacij. Exſtant apud Papirium Maſſonum lib. 3. Annalium Franciæ, Hugonis Capeti litteræ ad Ioannem Papam miſſę.

Anno 993. *Harigerus* Abbas Laubienſis floret, qui geſta Pontificum Leodienſium hoc ferè tempore ſcripſit, impulſu *Notgeri* Leodienſis Epiſcopi. Odilo poſt Maiolum fit Abbas Cluniacenſis: cuius ea vox laudatur, *Si damnandus ſum, malo damnari de miſericordia, quàm de duritia*: vt Sigebertus refert. 993.

Anno 994. *Adelboldum* Vltraiectinum, *Fulbertum* Carnotenſem, Epiſcopos, *Abbonem* Floriacenſem Abbatem floruiſſe, idem Sigebertus memorat. 994.

Conrado Rege Burgundiæ mortuo, & apud S. Mauritium ſepulto,

Rudol-

Anno *Rudolfus* filius, licet ignauus, regium ibi nomen per annos circiter 38. occupauit: vt Hermannus Contractus in Chronico loquitur.

995. An. 995. Leo Abbas, Legatus Apoſtolicus, Concilium in vrbe Remenſi celebrat, & *Arnulfum* è cuſtodia Aurelianenſi reuocatum in cathedrá Remenſi iterum collocat. Gerbertus, qui contra Arnulfum illegitimè ordinatus fuerat, deponitur, & ad Othonem III. Imp. ſe confert. Quo agente, anno proximè ſequenti, Archiepiſcopus Rauennas, ac demum an. 999. Romanus Pontifex eſt creatus, nuncupatuſque *Silueſter* eo nomine *Secundus*. Vnde verſiculus:

Trāſit ab R. Gerbertus ad R. fit Papa vigēs R.

Hoc eſt, à Remenſi Archiepiſcopatu tranſiens ad Rauennenſem, fit Romanus Pontifex.

Arnulfus porrò auctoritate Ioannis Papæ, in Remenſi & Moſomenſi ſynodo, reſtitutus, vſque ad an. 1009. Remis reſedit, quo & obijt.

Henricus Baioariæ Dux moritur: filius eius *Henricus*, ex Giſela Conradi

Burgun-

Burgundiæ Ducis filia, pòſt Imperator futurus, Ducatum obtinuit. Huius ſoror Giſela, Stephano Hungariæ Regi nupta, eleemoſynis, alijſque pijs operibus intenta, conſenuit. *Contractus.* *Anno*

An. 996. Ioannes XV. Papa moritur: ſuccedit *Gregorius V.* natione Saxo, antea Bruno nuncupatus, Othonis Ducis filius. *Baron.* 966.

Otho III. Rex in Italiam proficiſcitur, & rebus in Vrbe pacatis, Imperator à Gregorio Papa coronatur. *Idem.* *Otho III. Rex.*

Cum Othone Romam profectus eſt *Erluinus* Cameracenſis & Atrebatenſis electus, qui ab eodem Pontifice Epiſcopus eſt conſecratus: vt Baldericus in Chron. Cameracenſi lib. 1. cap. 110. narrat.

An. 997. Otho III. Imp. varia prędia dat *Notgero* Leodienſi Epiſcopo, pro dotatione templi ac collegij Canonicorum S. Ioannis, in Moſæ fl. inſula. Diploma iſto anno, Indictione decima, Othonis III. regnantis decimo quarto, Imperij autem primo, Aquiſgrani datum, exſtat apud Chapeauillium 997.

Anno uillium tomo 1. Rerum Leodienſium. In eo fit mentio Siueſtri Papæ; quem tamen Baronius anno demùm 999 & Hermannus Contractus anno 1000. ſediſſe ſcribunt.

Conradus Alemãnorum Dux moritur: in Ducatu ſuccedit *Hermannus*: qui & ipſe filiam Conradi Burgundiæ Regis *Gerbergam* in matrimonio habuit; ex qua filium æquiuocum & tres filias reliquit. *Contractus.*

Aufridus inter Gallos hoc tempore clarebat, qui cùm eſſet Comes Braſpantium, non minus iuſtitia quàm potentia ſeculari famoſus, depoſito militię cingulo tõſuratus in clericum, eò prouectus eſt, vt Eccleſiæ Vltraiectenſis Epiſcopus ordinaretur. *Sigeb.*

Aufridum, Lamberti primi Comitis Louanienſis (quem Otho I. Imp. Aduocatum monaſterij Gemblacenſis an. 948. conſtituit) filium, in eadem Aduocatia ſucceſſorem fuiſſe, ex ms. Catalogo Abbatum Gemblacenſium colligi poſſe videtur. Anſelmus certè Canonicus Leodienſis (qui ante annos plùs minùs quingentos hiſto-

riam

riam Epiſcoporum Leodienſium ſcripſit) Aufridum diſertè nuncupat *Comitem Louanienſem*. Ex quibus liquet, ipſum, hactenus à Brabantinarum rerum ſcriptoribus omiſſum, in ſerie Comitum Louanienſium, inter Lambertum I. & Lambertum II. eſſe collocandum. Vide Notas ad Codicem noſtrum piarum donationum cap. 32. 41. & 43. *Anno* *Aufridus Comes Louanienſis.*

Anno 998. Hugo Capetus Francorum Rex moritur. Succedit filius eius Robertus. *Baron.* 998.

Anno 999. Gregorius V. Papa die 18. Februarij moritur: vt Baronius ex Ditmaro ſupputat. In eius epitaphio hæc inter alia leguntur: 999.

Pauperibus diues per ſingula Sabbata veſtes
Diuiſit, numero cautus Apoſtolico.
Vſus Franciſca, vulgari, & voce Latina,
Inſtituit populos eloquio triplici.

En Pontificẽ inſignem: cui ſucceſſit *Gerbertus*, natione Aquitanus, monachus olim Floriacẽſis, ex Remenſi Rauẽnas, ac demũ Romanus Põtifex. Sunt qui illum falsò Necromãtię arguunt, decepti *Gerbertus Papa*

Anno decepti ſcriptis *Bennonis* Cardinalis, qui poſt annos octoginta pulſus à Gregorio VII. Papa, ſimulque hoſtis Aſtronomiæ (qua Gerbertus, pridem Roberti Francorum Regis præceptor, eximiè claruit, quod rarum tunc erat) ipſum ex Aſtrologo fecit Necromanticum. Sed Helgaldus Floriacenſis in vita Roberti Regis, Ditmarus, & alij illius ſæculi ſcriptores honorificentiſſimè paſſim de eo loquuntur. *In Apoſtolica*, inquit Helgaldus, *Sede multa virtutum operatus eſt inſignia, & præcipuè in eleemoſyna ſancta.* In eius epitaphio Romæ in Laterano hæc quoque etiamnum leguntur:

Cui nimiùm placuit ſociali mente fidelis,
Obtulit hoc Cæſar tertius Otho ſibi.
Tẽpus vterque comit clara virtute Sophiæ,
Gaudet & omne ſeclum, frangitur omne reum.

Bene-

Anno

Benedictinorum monaſteria, ſæculo nono & decimo fundata, hoc eſt, ab an. 800. *vſque ad an.* 1000.

A*Ndainenſe* ſeu Andaginenſe in Arduenna monaſterium, à *S. Beregiſo*, S. Trudonis diſcipulo, incohatum *VValcandus* Epiſcopus Leodicenſis an. 817. perfecit ac dotauit, corpore S. Huberti ad id tranſlato. *S. Hubert.*

VVerdenenſe monaſterium, Werdenæ opido incluſum, ad Ruram fl. in diœceſi Colonienſi, *S. Ludgerus I.* Epiſcopus Monaſterienſis & *Carolus Magnus* Imp. fundarunt: vbi etiamnum S. Ludgeri corpus quieſcit. Ne quis erret, eſt & Cæſaris Werda, diœceſis itidem Colonienſis opidum ad Rhenum, in quo reſidet Canonicorum collegium, à S. Suitberto Epiſcopo, S. Willibrordi ſocio, fundatum. *VVerdē*

Staurienſe S. Odulphi monaſterium in Friſia Occidentali, circa annum 830. idem *S. Odulphus*, eccleſiæ Vltraiectinæ ad S. Saluatorem Canoni- *Staueren.*

cus,

Anno cus incohauit: quod amotis Canonicis, *Andreas Cuquenſis*, Epiſcopus Vltraiectinus, Benedictinis Osbroca euocatis anno circiter 1132. attribuit.

An. 866. *Haio* Amalandiæ inſulæ Dominus monaſterium eadem in inſula incohauit, ad quod *Odilbaldus* Epiſcopus Vltraiectinus anno ſequenti Benedictinos tranſmiſit: qui inde in oppoſitam Friſiam Occidentalem an. *Foſ-vverdt.* 1109. migrarunt, & *Foſverdenſe* cœnobium, ſeſquimilliari à Doccomio opido, condiderunt.

Egmõt. *Egmondanum* cœnobium ſeſquimilliari ab Alcmaria Hollandiæ opido, *Theodericus* I. Comes monialibus exſtruxit, quibus monachos Theodericus II. Comes ſubſtituit. Illius monaſterij prædijs anno 1559. Harlemenſis Epiſcopatus eſt dotatus. Ab Egmonda, vico Abbatiæ vicino, Comites Egmondani (quorum ſtirps olim Gelriæ Ducatum tenuit) titulum & cognomentum induerunt.

S. Gerard. *Bronium*, in Comitatu Namurcenſi S. Gerardus primus Abbas ſuo ære,

ſuo

ſuo in fundo circa an. 930. conſtrux- *Anno*
it ac dotauit. Idem *Blandinienſe*, *Ba-uonenſe*, *Vedaſtinum*, *Bertinenſe*, *Elno-nenſe*, *Cellenſe*, *Marchianenſe*, *Haſno-nienſe*, *Blangiacenſe*, *Alciacenſe*, & alia Belgica cœnobia reformauit.

Gemblacum in Brabantia *S. Guibertus* *Giblou.*
Comes in ſui patrimonij fundo anno 922. exſtruxit.

S. Bruno Colonienſis Archiepiſcopus an. 954 monaſterium *S. Pantaleonis* Coloniæ condidit, ibidem poſtea ſepultus.

An. 968. *Marſanam*, primo lapide à 968.
Traiecto Moſæ ſitam, Gerberga Frã- *Merſen*
corum Regina monachis S. Remigij Remenſis incolendam tradidit.

VValciodorum, ad Moſam fl. inter *VVaſor*
Dionantum & Giuetum opida, *Eilbertus* Comes circa annum 944. aut 960. excitauit. Walciodoro annexum eſt Haſterienſe monaſterium vicinũ.

An. 975. *Ebergerus* A. Colonienſis 975.
dedit Scotis Colonienſe *S. Martini* monaſteriũ: cui primus Abbas Mimborinus Scotus præfuit: vt Marianus Scotus in Chron. teſtatur. Monaſte-

Anno rij illius primus fundator fuiſſe dicitur Odgerus Dux.

De his plura qui volet, Origines noſtras Benedictinas Antuerpiæ & Coloniæ editas legat.

Canonicorum regularium monaſteria ſæculo nono & decimo fundata.

Valenciennes. S. IOANNIS Abbatia Valentianis in Hannonia, Theoderico & Pipino Francorum Regibus initia ſua debet, pôſt ab Arnulfo Comite Valentianenſi mirificè aucta.

Ciſoin. *Ciſonium*, in diœceſi Tornacenſi, circa annum 837. fundauit *S. Euerardus* Comes, ibidem conditus, pater Berengarij Italiæ Regis.

In *S. Auberti* eccleſia, olim extra, nunc intra muros vrbis Cameracenſis ſita, Canonicos octo *Ansbertus* Epiſcopus collocauit; vt Baldericus in Chron. lib. 1. cap. 87. narrat. *Lietbertus* itidem Epiſcopus anno 1066. Regulares cum Abbate ibidem conſtituit; vt eiuſdem diploma ms. teſtatur.

Collegia

Anno

Collegia Canonicorum, nono & decimo ſæculo apud Germanos inferiores fundata.

A *Quiſgranenſe* collegium Marianum, in diœceſi Leodicéſi, *Carolus Magnus* Imp. inſtituit, quod *Notgerus* Epiſcopus Leodicenſis an. 980. Canonicorum numero & prædijs (quæ olim fuerant eccleſiæ Caprimontanæ, cum opido exciſæ) auxit. *Aken. Aix.*

S. Adelberti collegium ac templum in monte, olim extra, nunc intra muros vrbis Aquiſgranenſis ſitum, *S. Henricus* Imp. excitauit ac dotauit.

Balduinus Ferreus, primus Flandriæ Comes, circa an. 870. ex Germania *S. VValburgis* virginis, & fratrum eius *SS. VVillibaldi* & *VVinniboldi* reliquias in Flandriam attulit, & *Furnis* collocauit, inſtituto ſacerdotum collegio. *Meierus.* *Furne.*

In *S. Donatiani* apud Brugenſes baſilica, ab eodem *Balduino Ferreo*, ædificata an. 961. *Arnulfus Magnus* Flan- *Bruget.*

Anno drix Comes tertius Canonicos XII. conſtituit. Diploma fundationis exſtat in noſtro Codice donationum cap. 34.

Richarius Epiſcopus Leodienſis baſilicam *Sancti Petri* (quam *S. Hubertus* Leodici fundarat) à Normannis deſtructam circa annum 935. inſtaurauit, & Canonicos XXX. in ea conſtituit.

Liege. Luyck.

Euraclus ſeu *Euracrus* Epiſcopus circa annum 963. *S. Martini* templum in monte, & anno 967. *S. Pauli* collegium eadem in vrbe excitauit.

Notgerus Leodicenſis item Epiſcopus an. 978. Leodici in templo *S. Crucis*, & an. 987. in templo *S. Ioannis Euangeliſtæ*, & anno 990. in templo *S. Dionyſij* Canonicos conſtituit.

Malines. Idem Notgerus circa annum 1000. *Machliniæ XII.* Canonicos collocauit, in templo S. Rumoldi, quod nunc eſt metropolitanum. His poſtea duos ſuperaddidit *Geila* Comitiſſa Machlinienſis.

1000. An. 1000. Baſilius Græcorum Imp. mittit exercitum aduerſus Bulgaros trans

trans Æmum, & vrbes duas capit: vt *Anno*
Cedrenus tradit.

An. 1001. Otho III. Imp. dat Erluino Cameracenſi Epiſcopo licentiā conſtruendi ac ſtatuendi mercatum cum moneta, teloneo ac bāno, in locō qui vocatur *Caſtellū S. Mariæ*, quod antea vocabatur *Vendelgeias*, in pago Cameracenſi ac Comitatu *Arnulfi* Comitis Cameracenſis. Diploma Rauennæ datum apud Baldericum in Chron. lib. 1. cap 113. legitur. Caſtellum ſeu caſtrum iſtud hodie eſt palatium Epiſcopi Cameracenſis, incluſum opido, quod Caſtellum Cameraceſij, *Chaſteau en Cambreſy* vulgò vocant: cui opido ſimiliter incluſę ſunt duæ villę *Vēdelgeias* & *Perona*, ſaltem pro maiori portione. Qua de re fuſiùs agit N. Potterius in libro de Abbatia S. Andreæ, eodem in loco per Gerardum I. Epiſcopum, Erluini ſucceſſorem fundata, quem breui typis edendum ſperamus. 1001.

An. 1002. *Otho III.* Imp. X. Kal. Februarias in Italia moritur: inteſtina Auguſtę Vindelicorum, corpus autem Aquiſgrani in baſilica Mariana ſepe- 1002.

 litur.

Anno litur. Ita Contractus Scafnaburgenſis, Marianus Scotus ms. & Baronius.

S. Henricus Imp. Succedit *Henricus*, re & cognomento *Sanctus*, Dux Bauariæ, qui VII. Idus Iunij eſt coronatus.

Balduinus Flandriæ Comes *Arnulfum* Valentianenſem Comitem Valentianis expellit: vt Baldericus in Chron. lib. 1. cap. 114. narrat.

Floruerunt hoc tēpore in Belgica noſtra tres diuerſi Comites Arnulfi: *Arnulfi tres.* quę res multis ſcriptoribus errādi occaſionem præbuit. Primus fuit *Arnulfus Gandauenſis*, Hollandiæ Comes, ſic dictus à Gandauo vrbe natali: vt inter alios Ægidius Roia in ſuis Annalibus notauit. Hunc Friſij an. 995. interimerunt. Patrem habuit Theodericum & filium eiuſdem nominis: vt rerum Hollandicarum ſcriptores tradunt.

Arnulfus Comes caſtri Gandenſis ſimiliter patrem ac filium habuit Theodericum. Is an. 998. Blandinienſibus villam Materam dono dedit: vt in Codice noſtro donationum piarum cap. 35. explicur. Porrò ante annum 998. Arnulfus Hollandiæ Comes, &

Arnulfus

Arnulfus iunior Flandriæ Comes iam obierant. *Anno*

Arnulfus Comes Valentianenſis, baſilicam S. Ioannis ea in vrbe ædificauit, hortante *Rothardo* Cameracenſi Epiſcopo: indeque pulſus fuit à *Balduino Barbato* Flandriæ Comite, poſt obitum Othonis III. Imperatoris, vt ex Balderico paulò ante diximus.

Hoc eodem anno Meierus tradit, *Henricum* Burgundiæ Ducem, Hugonis Capeti fratrem, ſine liberis obijſſe, & Robertum Franciæ Regem, Hugonis filium, Burgundiæ Ducatum *Roberto* filio ſuo minori poſtea attribuiſſe.

Anno 1003. Siluester II. Papa moritur. Epiſtolas ab ipſo ad varios ſcriptas an. 1611. Pariſienſes publicarunt. Sunt in ijs non paucæ ad Carolum Lotharingiæ Ducem, Ecbertum Treuerẽſem, Notgerum Leodienſem, Epiſcopos, & alios noſtrates ſcriptæ. Huic Pontifici Otho III. Imp. *Piſaurum*, *Fanum*, *Senogalliam*, *Anconam*, *Forum*, *Sempronij*, *Galeſium*, *Auximum*, & alios Comitatus dedit. 1003.

Anno Roſala. Roſala, primùm Arnulfi Flandriæ Comitis, pòſt Roberti Francorum Regis vxor, Balduini Barbati mater, Compendij moritur, nulla ex Roberto ſobole relicta. Sepulta iacet Gandaui iuxta priorem maritum.

1004. An. 1004. S. Henricus Imp. contra Balduinum Flandriæ Comitem mouet, & Valentianas obſidet, ſubnixus auxilijs Roberti Franciæ Regis & Richardi Normanniæ Ducis; ſed fruſtra. Demum adſumpto ſecum Notgero Leodienſi Epiſcopo, Gandauum inuadit, & Balduinum cogit vt Valentianas reddat. Poſtea tamen grauibus & multis ſeditionibus preſſus Henricus, Balduino, vt ſibi eſſet auxilio, caſtellum Valentianenſe in beneficium dedit: vt Baldericus in Chron. lib. 1. cap. 115. narrat.

1005. An. 1005. Otho Dux Lotharingiæ inferioris, Caroli filius, ſine liberis moritur. Ducatus eius datur *Godefrido*, Godefridi Comitis Virdunenſis & Einhamenſis filio, ex Mathilde Herimanni Saxonum Ducis filia. *Sigeb.*

Ceterùm Godefridus Comes Virdunenſis

dunenſis & Einhamenſis, ex dicta Mathilde, Balduini Barbati Flandriæ Comitis vidua, tres genuit filios, *Godefridum*, *Gothelonem*, & *Hezcelonem*. *Anno*

Godefridus, Othonis, vt dixi ſucceſſor, nulla prole relicta, deceſſit. Imò ne coniugatum quidem fuiſſe, hactenus legi.

Godefrido ſuffectus frater *Gothelo* in Ducatu Lotharingiæ inferioris; qui poſtea & Ducatum Moſellanum, (Frederico Duce an. 1034. ſine filijs defuncto) itemque Marcam Antuerpienſem poſſedit.

Hezceloni caſtrum Einhamenſe ceſſit. Is genuit filium nomine *Herimannum*, & filiam nomine *Berthildem*: qui cùm adhuc iuuenes eſſent, defuncti ſunt, & apud Velſicam ſepulti, pòſt à monachis Virdunum tranſlati. Alteram quoque filiam habuit, quam *Raginero* Comiti Montenſi ſeu Hannonienſi nuptui tradidit, vnà cum Comitatu Einhamenſi. Idem Hezcelo poſtea, rebus omnibus ad votum ſuum ordinatis, Virduni ad S. Vitonum factus eſt monachus. Sic ferè

legitur

Anno legitur in Auctario codicis Lipſiani ad Sigeberti Chronicon: in quo tamen error emendandus de *Mathildis* coniugio poſteriore, quæ non Godefrido Duci, ſed patri eius Godefrido Comiti Einhamenſi nupſit: vt ſupra dixi.

Ceterùm Othoni Lotharingiæ Duci duæ ſorores fuere, *Ermengardis* & *Gerberga*: quas S. Henricus Imperator, vt feminas, à Ducatu Lotharingiæ excluſit.

Ermengardis. *Ermengardis*, natu maior, Alberto Comiti Namurcenſi nupta, genuit *Albertum* ſimiliter Comitem Namurcenſem, & filias duas *Hadevvidam* & *Emmam Loſſenſem*. Albertus genuit *Fredericum* Epiſcopum Leodienſem, *Godefridum*, *Henricum* & *Albertum*.

Hadeuwida. *Hadevvida* ſeu *Hadevvindis*, Gerardo Alſatio nupta, genuit *Theodericum* Lotharingiæ Moſellanæ Ducem, & *Gerardum* Comitem. Theodericus genuit *Simonem*, & ſic alios ex ordine Duces Moſellanos, ſupra pag. 508. à nobis enumeratos: à quibus Duces Lotharingiæ ad Moſellam hodieque impe-

imperantes originem ſuam trahunt. *Anno*

Gerberga, Lamberto Comiti Louanienſi nupta, genuit *Henricum*, *Baldricum*, *Raginerum*, & *Mathildem* filiam. *Gerbergæ.* Henricus genuit *Othonem*, qui infans obijt, & tres filias, *Adelaidem*, *Cunegundem* & *Adelam*: vt in Genealogia S. Arnulfi Metenſis legitur.

Mathildis, Gerbergæ filia, genuit *Euſtathium* Comitem Bononienſem ad mare, patrem Godefridi Bullonij, & *Gerbergam* Frederici Lotharingiæ Ducis vxorem. *Mathildis.*

Euſtathius ex Ida genuit *Godefridum Bullonium* & *Balduinum*, Reges ex ordine Hieroſolymitanos, & *Euſtathium*.

Gerberga, ſoror Euſtathij Comitis, ex Frederico Lotharingiæ Duce habuit filiam mutam, quæ *Henricum Lemburgenſem* peperit.

Vt ad *Gothelonem* ſeu *Gozilonem*, Godefridi Ducis ſine liberis defuncti, & Herimanni ſeu Henzilonis Comitis Einhamenſis fratrem, reuertar, genuit is *Godefridum* cognomento *Barbatum* ſeniorem, *Odam* & *Regelindem*. *Gothelo*

Godefri-

Anno God. Barbatus. *Godefridus Barbatus* ſenior genuit *Godefridum Gibboſum* ſeu *Iuſtum*.

Oda, Baldrico Comiti Louanienſi nupta, genuit Henricum II. Comitem

Regelindis. *Regelindis* genuit *Albertum* Comitem Namurcenſem. Hic Albertus genuit *Godefridũ* Epiſcopum Leodiẽſem, *Fredericum*, *Henricum* & *Albertum* fratres, vt ſupra diximus ex S. Arnulfi Genealogia. Quam tamen moneo non vno loco mutilam eſſe ac confuſam, quin imò varijs etiam locis corrigendam. Quod, vt ſpero faciet aliquando Andreas Quercetanus, iſtarum rerum peritiſſimus, cùm ſuum de Lotharingia veteri commentarium publicabit.

1005. Henricus Rex in Italiam hoc ipſo anno 1005. ſe contulit, ibique Rex Longobardorum coronatus in Germaniam redijt. *Baron.*

1006. Henricus Imp. hoc ferè tempore *VValacras* Balduino Flandriæ Comiti in beneficium dedit: vt ex Balderici & Sigeberti Chronicis colligi datur. Eſt autem Walachria, *VValcheren*, hodie primaria Comitatus Zelandiæ inſula, in qua Middelburgum vrbs epiſcopalis viſitur.

An.

An. 1007. Notgerus laudatiſſimus Epiſcopus Leodienſis, IV. Idus Aprilis, in die Cænæ Domini, piè obdormit. Vitæ eius hiſtoriam, à coætaneo ſcriptam, Ortelius, cum ſuo Itinerario Belgico, publici iuris fecit. Notgero ſucceſſit *Baldricus*. *Anno 1007.*

S. Liuini Hibernienſis Epiſcopi & martyris corpus ex vico *Holtem* transfertur Gandauum; cuius vrbis nunc eſt patronus.

Sunt qui ſcribunt *S. Henricum* Imp. hoc anno dediſſe *Erluino* Epiſcopo Comitatum Cameracenſem, petente Heriberto Archiepiſcopo, Colonienſi. Henrici diploma edidit Georgius Coluenerius in Notis ad cap. 119. lib. 1. Chronici Cameracenſis, à Balderico Tornacenſi Epiſcopo conſcripti: quem tamen, alioqui diligentem illius æui ſcriptorem, miror huius donationis ab Hérico factæ non meminiſſe. In vita S. Lietberti Epiſcopi c. 13. ſic legitur: *Donauit ciuitatem Cameracum cũ ſuis appendicijs omnibus domno Lietberto Imp. Romanorũ Henricus ſecundus.* Alij donationem hanc Henrico III. aut IV. *Comitatus Cameracenſis.*

Imp.

Anno Imp. adſcribunt. Memini me legere diploma à *Conrado* Imp. an. 1146. editum. in fauorem *Nicolai* Cameracenſis Epiſcopi: quo idem Imperator Comitatum totius terræ Cameracenſis, Caſtellaniam, & alias poſſeſſiones Eccleſiæ Cameracenſis confirmat. Vt vt ſit, audio Atrebati in archiuis Comitatus Arteſiæ exſtare memoriam *Reginaldi* Comitis Cameracenſis, qui anno 1309. aut circiter vixerit. Ego hæc alijs diſcutienda relinquo.

1008. Anno 1008. S. Henricus Imp. *Baldrico* Epiſcopo Leodienſi, & *Baldrico* Comiti, vt arbitror, itidem Leodicenſi, dat bannum beſtiarum in ſiluis, quas in pago Rienſi, circa Liram & Antuerpiam poſſidebant, in Comitatu *Gozilonis*, tunc Comitis ſeu Marchionis Antuerpiēſis, poſtea Ducis Lotharingiæ. Henrici diploma in Codice noſtro donationum cap. 44. legitur. Porrò per *bannum beſtiarum*, hîc intellige ius venandi ſeu *garennam liberam*, vt hodie loquimur.

Burchardus fit Wormatienſis Epiſcopus, qui Canonum volumen concinna-

cinnauit, collaborante magiſtro ſuo *Anno*
Olberto, Abbate Gemblacenſi. *Sigeb.*

An. 1009. Normanni Friſiam in- 1009.
feſtantes, *Thile* opidum incendunt. Henricus Imp. vrbem Metenſem obſidet, propter *Theodericum*, vxoris ſuæ fratrem, contra ſe rebellantem, qui Epiſcopatum illius vrbis vſurpauerat. Dux enim Moſellanorum *Theodericus*, poſt fratris ſui *Adelberonis* exceſſum, cùm Epiſcopatum Metenſem filio ſuo adhud puero dediſſet, tutorem ei ſubſtituit ipſum *Theodericum*, qui puerum vrbe excluſit, Epiſcopatum vſurpauit, ipſum denique Theodericū Ducem bello cepit. Sed vrbe per obſidionem grauiter attrita, tandem pax initur. *Sigeb.*

Ioannes XIX. Papa moritur XV. Kal. Auguſti: ſublegitur Sergius IV. pridie Kal. Septembris. *Baron.*

Ordo Camaldulenſis incipit, auctore S. Romualdo: de quo vide Origines noſtras Monaſticas.

Mathildis, vxor Balduini Flandriæ Comitis, moritur, & in Blandinienſi cœnobio ſepelitur, iuxta Godefridum

Ducem

Anno Ducem, maritum ſuum poſteriorem. *Meierus.*

1010. An. 1010. Gandaui corpus *S. Bauonis* transfertur: in qua tranſlatione Menſuuindis adoleſcentula paralytica, patria Antuerpienſis, ſanitatem recepit, coram Eremboldo Abbate, & Faſtrado Aduocato. *Meierus*

Aufridum Vltraiectenſem Epiſcopum hoc anno obijſſe, & Adelboldũ ipſi ſucceſſiſſe, tradit Lamb. Schafnaburgenſis. Sed Ioannes Leidanus, & alij rerum Vltraiectinarum ſcriptores, Aufridi obitum ad an. 1008. referunt. Sepultus fuit in monaſterio à ſe condito, quod *Montem ſanctum* propè Amersfurtum nuncupabant.

Valenciennes. Cœnobium S. Ioannis in vrbe Valentiana vſque ad an. 749. moniales tenuerunt: quibus ſuffecti ſunt Canonici, vt vocant, ſæculares, à Pipino Francorum Rege, Caroli Martelli filio: qui monaſterium belli ac temporis iniuria penè euerſum inſtaurauit. His anno 1010. regulares Canonici ſunt ſubrogati: vt Antonius Doultremannus, illius loci Prior, ex archiuis nos docuit. Nor-

Normanni Friſiam repetunt, & multis cæſis Vltraiectum incendunt. Hungari ad Chriſti fidem conuertuntur, cum Rege ſuo, procurante Giſla, S. Henrici Imp. ſorore, eidem Regi nupta. *Sigeb.* *Anno*

An. 1011. S. Henricus Imperator Nouiomago Leodicum venit, ibique Paſcha celebrat. Inde Bambergam ſe confert, ad dedicationem templi epiſcopalis à ſe erecti. Ita Baldericus in Chron. Cameracenſi, & Ditmarus: ſed Schafnaburgenſis ad annum ſequentem id refert. 1011.

Willigiſus ſeu Willegiſus Archiepiſcopus Moguntinus moritur. *Is humili progenie ortus*, vt Siffridus loquitur, *patrem habuit, qui currus & bigas facere ſolebat: ideoque in thalamo grandibus litteris hæc ſcripta habebat:* Willegis, Willegis, recole vnde veneris. *Appenpendebat etiam rotas in pariete circumquaque, in quibus ſuam proſapiam recognoſcebat. Hinc habentur duæ Rotæ in clipeo Eccleſiæ Moguntinæ. Hic Archiepiſcopus eccleſiam maiorem, & S. Albani Moguntiæ conſtruxit.* Willegiſo ſucceſſit *VVilligiſus.*

Anno Erchenboldus, qui monaſterium *S. Mariæ in campis* extra muros Moguntinos conſtruxit, quod nunc *S. Crucis* templum vocatur.

1012. An. 1012. S. Henricus Imp. Godefridum Lotharingiæ Ducem cum exercitu in fines Bratuſpantium mittit, ad obſidendum caſtrum Louanium: ſed inefficax rediјt. *Sigebertus*. Notet Lector, per Bratuſpantes hîc deſignari Brabantos, ſeu Louanienſis agri incolas: quod facit ad ſtabiliendam eorum opinionem, qui cenſent *Aufridum*, ſuprà an. 997. Comitem Bratuſpantium à Sigeberto nuncupatum, fuiſſe Comitem Louanienſem.

Bratuſpantes.

Erluinus Cameracenſis Epiſcopus moritur: ſuccedit *Gerardus* eo nomine primus, Arnulfi toparchæ Florinenſis filius. Is duo monaſteria, videlicet *S. Gingulfi* & *S. Ioannis*, apud Florinas à patre incohata (quorum hoc quidem clericorum, alterum verò monachorum erat) perfecit ac conſecrauit; permittente Baldrico Leodienſi Epiſcopo, ad cuius diœceſim ſpectabant. *Baldericus lib. 3. cap.* 18.

Gerardus I. Cameracenſis.

S. Ma-

S. Macarius Epiſcopus Antiochenus, poſt varia loca piè viſitata, demum in Belgicam venit, floruitque miraculis Mechliniæ, Melbodij, Cameraci, Tornaci, & alibi. Gandauum nouiſſimè profectus, ibidem in S Bauonis monaſterio annum ferè ſubſtitit, ac peſte demum correptus, anno 1012. pijſſimè obdormiuit. Colitur ibidem, itemque Montibus Hannoniæ, Inſulis Flandrorum, & alibi, vt tutelaris contra luem epidemicam. *Anno* *S. Macarius,*

Corpus eius omninò integrum anno 1067. *Balduinus* Nouiomenſis & *Lietbertus* Cameracenſis, Epiſcopi, leuarunt, *Philippo*, Francorum Rege, *Balduino Inſulano*, Flandriæ Comite, eiuſque filio *Balduino*, cum alijs proceribus, adſtantibus. Hiſtoria vitæ & eleuationis, *Sigeri* tunc Abbatis Bauonenſis mandato, ſcripta apud Surium legitur.

S. Guido, qui vt alter Nepotianus à S. Hieronymo laudatus, multis annis ſeruiuit baſilicæ Lacenſi Virginis Deiparæ (quæ hodieque cultu ac *S. Guido. Laken.*

Anno miraculis floret haut procul à Bruxella) floribus & ramis eam exornans, hoc ipſo anno ad meliorem vitam tranſijt: vt ex Anderlacenſis eccleſiæ monumentis collegi. Quod nota contra Molanum & Baronium, qui eum toto ſæculo poſteriorem faciunt. Sepultus primum fuit in cæmiterio, Anderlaci prope Bruxellam: ſed Deo viri ſanctitatem per crebra miracula teſtante, circa an. 1085. *Gerardus II.* Cameracenſis Epiſcopus eius oſſa è terra ſuſtulit, & in capſa honorificè collocauit. Quieſcit ibidem in ſui nominis ac S. Petri baſilica, quam nobilitat inſigne XVIII. Canonicorum collegium, à Gasbecanis toparchis & alijs dotatum.

Anderlecht.

Erluino Abbate Gemblacenſi defuncto, ſufficitur *Olbertus*, vir religione ac doctrina clariſſimus. *Sigebertus.*

Conradus Carentanorum Dux, Othonis Ducis filius, & Brunonis nuper Papæ frater, moritur. Ducatum eius *Adelbero* accepit, excluſo Conrado, Conradi filio. Moritur & Heriman-

Herimannus Alemanniæ Dux, qui *Erneſtum*, Giſelæ ſororis ſuæ maritum, habuit ſucceſſorem. *Contractus.* *Anno*

Anno 1013. Baldricus Leodienſis Epiſcopus cùm in villa, *Hugardis* dicta, caſtellum muniret, *Lambertus* Comes Louanienſis, & *Rotbodus* Comes Namurcenſis, ipſum aggrediuntur: Epiſcopus victus fugit, trecentis ſuorum cæſis: *Herimannus* autem Comes à Rotbodo capitur, cum alijs multis. Agente poſtea Rotbodi Comitis matre, Herimãnus, neſciente Lamberto, dimiſſus eſt, in gratiam Baldrici Leodicenſis, & Gerardi Cameracenſis, Epiſcoporum: vt Baldericus in Chronico Cameracenſi lib. 3. cap. 5. & Sigebertus narrant. 1013. *Hougarde.*

Roberto Normanniæ Duci, ex Arleta concubina, naſcitur *Guilielmus*, futurus Dux Normanniæ & Rex Angliæ, itemque gener Balduini Pij Flandriæ Comitis. *Meierus.*

Sergius Papa IV. hoc anno aut ſuperiore moritur: *Benedictus VIII.* ſuccedit. *Baron.*

Comites Veringenſes ditionem

Anno olim habuerunt in Alpibus Sueuiæ, & ad Danubium ſupra Riedlingam. Ex horum illuſtri familia fuit Hermannus cognomento Contractus, an. 1013. natus: vt ipſemet ſuo in Chronico teſtatur. Fuitis monachus non ad S. Gallum, vt Trithemius exiſtimauit, ſed in Augia maiore vulgò *Reichenaw*, in inſula lacus Cellenſis, qui Acronij eſt appendix: vt ipſe ſimiliter fatetur.

Herm. Contractus.

A vulgato Hermanni Chronico, & ab eo quod Chriſtianus Vrſtiſius, tomo primo Scriptorum Germanicorum, edidit, longe diuerſum ac locupletius edidit Caniſius in Antiquis Lectionibus: quod anno 1054. deſinit, quo & Hermannus obijt.

In editione Vrſtiſiana ſubiungitur Chronicon *Bertoldi Conſtantienſis*, qui ab obitu Hermanni vſque ad annum M C. hiſtoriam continuauit.

1014. Anno 1014. Baldricus Epiſcopus monaſterium S. Iacobi, in inſula Moſæ fluminis, Leodij ędificare incipit: vt Sigebertus & rerum Leodienſium ſcriptores fusè narrant. Monaſterium iſtud poſtea dotauit pro parte *Lambertus,*

tus, Comes Louanienſis pace cum *Anno*
Balderico facta: vt in ms. Chronico Trudonenſi legitur.

S. Henricus Rex, Romam profectus, initio anni coronatur Imperator à Benedicto VIII. Papa: vt Ditmarus, Contractus & Baronius tradunt.

Arnulfus Comes Loſſenſis moritur.

Anno 1015. Erneſtus Alemanniæ 1015.
Dux, in venatione ab Adalberone Comite, feram petente, ſagitta volneratus interijt: & Ducatum eius filius æquiuocus, viduam verò Giſelam *Conradus*, Henrici Ducis filius, futurus poſtea Imperator, accepit. Megingaudo A. Treuerenſi defuncto ſucceſſit *Poppo*, frater Erneſti Ducis. *Contractus.*

Ceterùm Germania in quattuor primarios Ducatus, videlicet *Sueuiæ* ſeu *Alemanniæ*, *Franconiæ*, *Bauariæ* & *Saxoniæ*, hoc tempore diſtributa erat, vt de *Bohemiæ*, *Carentaniæ*, ac *Lotharingiæ* Ducatibus nihil dicam.

Godefridus, Lotharingiæ inferioris Dux, Comitatum Montenſem depo-

Anno pulatur: quem *Raginerus* Hannoniæ Comes, cum patruo ſuo *Lamberto* Comite Louanienſi, inſequitur. Demum apud Florinas pugna committitur, vbi Lambertus cum quadrigẽtis ampliùs viris occubuit: vt Baldericus lib. 3. cap. 12. & Sigebertus, cõmemorant.

Obijt autem Lambertus, pridie Idus Septembris, vir à puero variè exercitus, (verba ſunt Lipſij) animi magnus, medius fortunæ. Sepultus eſt Niuellis, vt & vxor eius Gerberga. Moriens filium reliquit *Henricum*, qui ad vſus ſacrorum multa donauit. Præfuit annis viginti quattuor aut circiter noſter (vt idẽ Lipſius loquitur) Numa.

Baldricus Epiſcopus Leodienſis, præſente Heriberto Archiepiſcopo Colonienſi, cathedrale S. Lamberti templum, à Notgero prædeceſſore ſuo exſtructum, V. Kal. Nouembris dedicat, & tertio pòſt die baſilicam S. Bartholomei ibidem cõſecrat, quam Godeſcalcus, maioris eccleſiæ Præpoſitus, ædificauerat: vt Anſelmus & alij rerum Leodiẽſium ſcriptores cõmemorant.

1016. An. 1016. *Simeon*, patria Syracuſanus,

nus,primùm monachus in monte Sina *Anno*
vixit; exinde viſitatis Hieroſolymis, cum Poppone Treuerẽſi Archiepiſcopo in Galliã venit, & Treueris in alta turri incluſus,beato fine quieuit.*Sigeb.*

An. 1017. Godefridus Dux partis 1017.
Lotharingorum *Gerardum* Comitem, Conradi poſtea Imperatoris auunculum, prælio vincit: vt Contractus loquitur; vocatque ipſum Ducem partis Lotharingorum , quia non niſi inferiorem Lotharingiam poſſidebat; vtpote Frederico II. apud Moſellanos dominante.

Anno 1018. contra *Theodericum* 1018.
Hollandiæ Comitem, Arnulfi Gandauenſis filium, idem *Godefridus* Lotharingiæ Dux , *Baldricus* Vltraiectinus, & N. Colonienſis, Epiſcopi, bellum ſuſcipiunt. Prælio in villa *Herewarda* IV. Kal. Auguſti commiſſo, Lotharingi fugantur; *Baldricus* Leodienſis occiditur, & *Godefridus* Dux capitur. Theodericus victor, timens tantæ potentiæ virum in captiuitate detinere, eum mox dimiſit, vt Henrici Imp. gratiam ſibi conciliaret. Baldrici

Anno drici corpus Leodium eſt tranſuectum, & in S. Iacobi monaſterio conditum, per Gerardum Cameracenſem Epiſcopum.

Qui cùm audiſſet, Godefridum Ducem eſſe dimiſſum, ad ipſum feſtinus perrexit in caſtrum Argentolum, hodie *Argenteau*, Moſæ adſitum. Sic ferè Baldricus lib. 3. cap. 19. in Chron. Cameracenſi, & Sigebertus. Alij hanc cladem ad annum præcedentem referunt.

Baldrico in Epiſcopatu Leodicenſi ſucceſſit *VVolbodo* vir ſanctiſſimus, qui hortatu Imp. Henrici, monaſterium S. Iacobi, à prædeceſſore incohatum perfecit. Ditmari Chronicon deſinit.

1019. An. 1019. Godefridum Lotharingię inferioris Ducem obijſſe, tradit Sigebertus: ſed puto eum falli. Obijt enim non niſi anno 1023 hoc eſt paulò ante obitum S. Henrici Imperatoris: vt apud Baldericum in Chron. Cameracenſi lib. 3. cap. 37. & in Auctario Lipſiano ad Sigebertum legitur.

Henricus Imp. Paſcha Leodij celebrat. Conradus, Conradi quondam

Ducis

Ducis Carantani filius, auxiliante patruele ſuo Conrado, poſtea Imperatore, Adalberonem tunc Carantani Ducem apud Vlmam pugna victum fugat. *Contract.* *Anno*

Anno 1020. Benedictus Papa, ab Henrico Imp. inuitatus, Bambergam venit, ibique eccleſiam S. Stephani dedicauit. Ita Hermannus Cōtractus, qui hoc anno, litteris imbuendum ad ſcholas ſe miſſum fuiſſe, tradit. Quod addo, vt conſtet de fide eorum, quæ ex ipſo Contracto proximis annis ſumus narraturi. 1020.

An. 1021. *S. Heribertus* Coloniæ Archiepiſcopus, multis miraculis clarus, vita deceſſit, eique *Piligrinus* ſucceſſit. Erchenbaldo Moguntino Archiepiſcopo defuncto, *Aribo* Præſul efficitur. Poſt Wolbodonem Leodicenſem *Durandus* Antiſtes promouetur. *Contractus.* 1021.

An. 1022. *Henricus* Imp. in Italiam venit, & Campaniam petens, Beneuentum intrauit, Troiam, Neapolim, Capuam, Salernum, aliaſque vrbes in deditionem accepit, & Normannis 1022.

territo-

Anno territorium quoddam illo in tractu conceſſit. Sicque per vrbem tranſiens Romanam, victor redijt in Germaniam. *Notkerus* magiſter præſtans in monaſterio S. Galli apud Heluetios deceſſit. *Contractus.*

Durandus. Hoc ferè tempore *Durandus*, Leodienſis Epiſcopus, non ad Henricum, ſed ad patrem eius Robertum Franciæ Regem, miſit inſignē Epiſtolam, contra Berengarium Turonenſem malè deEuchariſtia ſentientem. Labitur itaque Baronius, qui an. 1035. Epiſtolam hanc ſcriptam eſſe cōtendit. Meminit eiuſdem Epiſtolæ Guitmundus lib. 1. de Corpore & Sanguine Domini.

1023. An. 1023. Aquiſgrani Synodus celebratur, cui & S. Henricus interfuit. In ea Durandus, EpiſcopusLeodienſis,cum Piligrino A. Colonienſi con-

Borcet. tendit de Porceto,tunc monachorum, nunc monialium ord Ciſterc. cœnobio,apud Aquaſgrani;quod vterque ad ſuam diœceſim trahere conabatur. De qua contētione Baldericus in Chron. Cameracenſi lib. 3. c. 35. ex profeſſo agit.

agit. Eidem Synodo interfuit & Gerardus I. Cameracenſis Epiſcopus. *Anno*

Inde Imperator Iuodium ſeu Euoſium, agri Luxeburgenſis opidum, profectus, cum *Roberto* Francorum Rege ibidem colloquiū habuit. Hinc conuentui & *Godefridus* Lotharingiæ inferioris Dux, cum *Gerardo* Cameracenſi, interfuit: vt idem Baldericus lib. 3. cap. 37. diſertè ſcribit. Quod nota contra Sigebertum & alios, qui Godefridum anno 1019. obijſſe volunt. *Inois.*

Inde Virdunum ac Metas Imperator ſe contulit; & *Gerardum*, cum duobus pallijs pretioſis, B. Virgini Cameracenſi oblatis, honorificè dimiſit.

Dux itaque Godefridus, Godefridi Comitis Virdunenſis & Einhamenſis ex Mathilde filius, hoc ipſo anno 1023. obijt, id eſt, paulò ante mortem S. Henrici Imperatoris: vt ex citato Balderici loco, & ex Auctario Lipſiano ad Sigeberti Chronicon colligi datur. *Godefr. Dux moritur*

Godefrido ſine liberis defuncto, fratrem eius *Gothelonem*, tunc Mar-

chionem

Anno chionem Antuerpienſem, in Ducatu Lotharingiæ noſtræ idem Imperator ſuffecit. Gothelo hic *Magnus* nuncupatur, quod & Ducatum Moſellanæ ſeu ſuperioris Lotharingiæ poſtea poſſederit, cùm Fredericus, eo nomine ſecundus, an. 1034. ſine prole maſcula deceſſiſſet.

Gothelo Magnus.

1024. An. 1024. Benedictus Papa VIII. moritur III. Kal. Martij: quem *Ioannes XX.* die 30. Aprilis excepit. *Baron.*

S. Henricus Imp. III. Idus Iulij moritur, Bambergę illuſtri Mauſoleo conditus: quem propter ingentem miraculorum vim, centeſimo viceſimo octauó pòſt anno, hoc eſt, anno ſalutis 1152. Eugenius III. Pontifex in cenſu cælitum collocauit.

Aſpexit is primam lucem an. 972. non Ratiſponæ, ſed *Abudiaci*, qui vicus eſt & caſtrum ſupra Ratiſponam, millia paſſuum decem, ad ripam Danubij. Patrem habuit *Henricum*, Carantanorum & Noricorum Principem, matrem verò *Giſelam* Burgundionum Regis filiam. Sacro fonte luſtratus à *S. Wolfgango* Epiſcopo Reginobur-

ginoburgenſi, pueritiæ ac morum formatores habuit *Bernardum* Hildeſheimenſem & *S. Burchardum* Wormatienſem, Epiſcopos. Vxorem habuit *S. Cunegundem*, Sifridi Palatini filiam, non Rheni, ſed Comitis ad Moſellam: cum qua de tuenda virginitate, vſuque thori abſtinendo, ad exemplum Deiparæ cum Ioſepho, & Pulcheriæ Auguſtæ cum Marciano, in omnem vitam conuenit. *Anno*

Othone III. Imp. defuncto, à Germaniæ proceribus Rex ſalutatus, res domi foriſque præclaras & bello & pace geſſit. *Bambergæ*, vt diximus, ſedem Epiſcopalem à fundamentis excitauit, ſuoque patrimonio locupletauit. Epiſcopatus alios, per incurſiones barbarorum grauiſſimè afflictos (inter quos fuere *Martiburgianus* & *Hildeſheimenſis* in Saxonia, *Miſnenſis* apud Eudoſios in Miſnia, *Argentinenſis* in Alſatia, *Parthenopolitanus* ſeu *Magdeburgenſis* in Marchia) inſtaurauit. Omitto cœnobium *Beneuētanum* in Italia conditum; regiam munificentiam erga S. Petrum Romæ, & erga S. Benedictum in Caſſi-

Anno in Caſſino monte: de qua Leo Oſtienſis. *Cluniaci* ſacris cùm intereſſet, diadema regium gemmis & auro cultiſſimum S. Petro dicauit: Hungariam *Giſala*, ſorore *Toxo* ſeu *Toxidi* Regi in matrimonium data, vnà cum ipſo Rege, quem poſtea *S. Stephanum* dixerunt, ad Chriſti cultum traduxit. Rem denique Chriſtianam longè lateque propagauit: vt non tam Rex Germaniæ, quàm Doctor dici poſſit. Vitam eius ſcripſit *Adelboldus* Epiſcopus Vltraiectinus: vt Sigebertus in Chron. teſtatur.

Raderus in ſua Bauaria Sancta probare conatur, Henricum origine Boium, non Saxonem fuiſſe. *Signa*, inquit *gentilicia, Mauſoleo ipſius affixa, docent patrem S. Henrici non fuiſſe Saxonem, ſed Boium. Abeſt equus, adſunt reticulati & decuſſati rhombi Boiorum. Henricus Auceps Rex in media aquila ſignum geſtauit VVitichindaum, equum, inquam, exultantem*: *Henricus Sanctus aquilam cum rhombis ſine equo.* Veteres tamẽ rerum Germanicarum ſcriptores pleriq; ſcribunt, ipſum origine Saxonem fuiſſe.

Hen-

Henrico Imp. ad meliorem vitam euocato, *Conradus* ſenior, filius Henrici & Adelheidæ, & patruelis eius *Conradus*, filius Conradi Ducis ex Mathilde, cùm ad regnum præcipuè adniterentur, habito apud villam *Kambam* Principum conuentu, ſenior *Conradus* Rex promotus, & ab *Aribone* Archiepiſcopo VI. Idus Septembris Moguntiaci vnctus eſt. Nec multò pòſt vxor eius *Giſela* à Piligrino Archiep. Coloniæ Regina eſt benedicta XI. Kal. Octobris: vt Herm. Contractus loquitur. *Anno* *Conradus Imp.*

Cono Dux præpotens cùm ad Imperium adſpirare vellet, repudiatur inſtinctu eiuſdem Aribonis, & aliorum regni primatum. *Sigeb.*

Conradus Rex prædium *Heruuar* ſeu *Heruarde*, ſitum in Comitatu *Hare* ſuper fluuio *VVas*, ab Othone III. Imp. Eccleſiæ Leodienſi datum, confirmat; petente *Durando* Epiſcopo. Diploma hoc anno VI. Nonas Octobris, Indictione, VIII. (quæ ſcilicet incipit à Septembri huius an. iuxta verũ Impp. morem) in ciuitate Legia datum, exſtat apud Chapeauillium.

Anno 1025. Anno 1025. Durandus Epiſcopus Leodienſis X. Kal. Februarij moritur: ſuccedit *Reginardus*, ſed ſimoniacè.

Rebellio excitatur contra Conradum Regem à patruele eius *Conrado*, & *Erneſto* Duce Alemanniæ, eius priuigno, *VVelpho* quoque Sueuigena Comite, & alijs plurimis. *Contract.*

1026. An. 1026. Conradus Rex cum exercitu in Italiam tranſijt, & Paſchate Vercellis celebrato, totam Italiam in Ciſromanis partibus, præter Lucam Tuſciæ vrbem, ſibi ſubiugauit. *Idem.*

S. Burchardus Wormatienſis Epiſcopus (qui Olberto Gemblacenſi Abbate adiutante libros XX. Decretorum ſcripſit) moritur.

1027. An. 1027. Conradus Rex Lucam, cum Reginhero Marchione, in deditionem accipit, Romamq; perueniens à Ioanne XX. Papa, in die Paſchæ, Imperator coronatur; & ſubacta Italia in Alemanniam reuerſus, apud Vlmam placitum habet.

Adela, Roberti Francorum Regis filia,

filia, nubit Balduino Inſulano ſeu Pio, *Anno*
Balduini Barbati Flandriæ Comitis
filio.

An. 1028. Henricus, Conradi Imp. 1028.
filius, Aquiſgrani in die Paſchæ Rex
à Principibus, adhuc puer, electus, à
Piligrino A. Colonienſi vngitur. *Contract.*

Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus IV.
Idus Aprilis moritur: vt ex eius epitaphio cõſtat. Florent *Odilo* Cluniacenſis, *Poppo* Stabulenſis, *Berno* Augienſis,
Abbates, itemq; *Guido Aretinus*, magni
nominis Muſicus apud Italos.

Baſilea Imperio Germanico ſubditur, iugo regni Burgundici ſublato.

Balduinus Barbatus, Flandriæ Comes, pulſis SS. Martini & Winoci Canonicis, in opido Bergenſi nouum S. *S. VVinoch bergben.*
Winoco cœnobium ac templum ſeorſim ſtatuit; ad quod, ex æde Martiniana, eiuſdem S. Winoci oſſa tranſtulit, & monachos Bertinianos adduxit. Perdidit tunc S. Winocus *Spirliacum* villam, quam *Godefridus*, frater
Comitis Bononiæ, vnus ex eiectis
Canonicis, idemq; poſtea Epiſcopus

Anno Pariſienſis, retinuit. *Meierus.*

Marchienes Eodem tempore cœnobium Marchianenſe, ad fl. Scarpum, à Normannis euerſum Barbatus reſtituit, dimiſſiſque monialibus, eò monachos Vedaſtinos adduxit, *Leduino* illis Abbate dato. *Idem.*

Lenſienſis ſeu Lendienſis apud Arteſios eccleſia hoc ipſo anno ſacerdotes cœpit habere Canonicos. Vnde verſiculi:

Lens.

Anno milleno, ter deno, bis minùs vno,
Hunc intrare chorum cœpit grex Canonicorum.

1029. An. 1029. Raginerus IV. Comes Mõtenſis ſeu Hannonienſis moritur; relicta vnica filia & herede *Richilde*, pòſt Balduino VI. Flandriæ Comiti nupta, quæ marito ſuo Hannoniam in dotem attulit. *Meierus.* Idem Raginerus corpus S. Veroni confeſſoris Lembeca, municipio Hallis vicino, Montes Hannoniæ an. 1004. tranſtulit: eiuſque iuſſu *Olbertus* Abbas Gemblacenſis ſcripſit hiſtoriam tranſlationis ac miraculorum, quæ Gemblaci ms. exſtat.

Regi-

Reginardus Epiſcopus Leodienſis Romam vadit, Epiſcopatum ſimoniace acceptum in manus Ioannis Papæ reſignat, & poſtea legitimè recipit. *Anno*

An. 1030 *Erneſtus* Sueuiæ ſeu Alemanniæ Dux, ob repetitam rebellionē, Ducatu priuatur: & frater eius iunior *Hermannus* Dux efficitur. *Cõtract.* 1030.

Furnis à Balduino Barbato Flandriæ Comite templum nouum S. Walburgi exſtruitur: vxor eius *Ogina* IX. Kal. Martias moritur, ſepulta in Blandinienſi cœnobio cum *Giſela* ſorore. *Meierus.*

Anno 1031. *Aribo* Moguntinus Archiepiſcopus Romam, orandi gratia, petens, deceſſit; eique in cathedra *Bardo* monachus ſucceſſit. *Contract.* 1031.

Anno 1032. Rudolfus Ignauus, poſtremus Burgundiæ Rex, obijt, & diadema, regnique inſignia Conrado Imp. per Seligerum ſunt allata. Imperatore contra Miſiconem Sclauorum, qui Poloni vocantur, Regem, exercitum ductante, *Odo*, ſororis eiuſdem Rudolfi filius, Princeps Campaniæ Gallicæ, 1032.

 regnum

Anno regnum Burgundiæ inuaſit. *Idem.*

An. 1033. *Robertus* Rex Franco-
1033. rum moritur : filius eius *Henricus* ſuccedit. Ita Baronius: at Sigebertus id ad an. 1031. refert.

Conradus Campaniam Gallicam, Odonis prouinciam, vaſtauit, donec Odo ſupplex ad eum venit. Ioanne XX. defuncto *Benedictus* IX. ſuccedit. *Contract. & Baron.*

Caſtrum Einhamenſe à Balduino Flandriæ Comite funditus euertitur: vt in Auctario Lipſiano ſeu Afflıgemienſi ad Sigeberti Chronicon, itemque in Meieri Annalibus legitur.

S. Cunegundis Imperatrix, S. Henrici Imp. vidua, ad cælos migrat.

Conradus Imp. fundationem Abbatiæ S. Andreæ, monachorum Benedictinorum, à *Gerardo* I. Cameracenſi Epiſcopo factam, anno 1033. confirmat; edito diplomate, quod in Codice donationum cap. 47. recitatur.

1034. An. 1034. Frederico, eo nomine ſecundo, Moſellanorum Duce mortuo,

tuo, quia mares filios non habebat, *Anno*
quibus Ducatus competeret, *Gothelo*
Magnus cognomento, Lotharingiæ *Gothelo*
inferioris Dux & Marchio Antuer- *Magnus.*
pienſis, impetrato ab Imperatore eti-
am Ducatu Moſellanorum, in Lotha-
ringia potentiùs principatur. *Sigeb.*
Fuit is filius Godefridi Comitis Vir-
dunenſis & Einhamenſis; frater verò
Godefridi cognomento Improlis, in-
ferioris noſtræ Lotharingiæ Ducis:
vt ſupra diximus.

An. 1035. Adelbero Dux Caren- 1035.
tani & Iſtriæ, amiſſa Henrici Imp.
gratia, Ducatu quoque priuatur. Sy-
nodus magna Triburijs prope Mo-
guntiam, agente Imp. Conrado, ha-
betur: cui & Gerardus Epiſcopus Ca-
meracenſis interfuit.

An. 1036. Piligrinus A. Colonien- 1036.
ſis deceſſit, eique *Herimannus*, Otho-
nis II. Imp. ex filia nepos, ſucceſſit.
Henricus Rex, Imperatoris filius,
Chunihildem, Suenonis Danorum &
Anglorum Regis filiam, apud Nouio-
magum nuptijs ſibi copulauit vxorē.
Conradus, patruelis Imperatoris; Du-

Anno catum patris ſui in Carentano & in Iſtria, quem Adelbero habuerat, ab eodem Imperatore ſuſcepit. *Heremannus* Alemanniæ Dux marcam ſoceri ſui in Italia ab Imperatore ſuſcepit. *Contract.*

Balduinus Barbatus, Flandriæ Comes moritur: ſuccedit filius eius *Balduinus* cognomento *Inſulanus* & *Pius*, Adelæ maritus.

Normanni, Wiſcardo & Richardo ducibus, hoc ferè tempore, Italiam inuaſerunt, ibique ſedem poſuerunt. Spiræ templum à Conrado Imp. conditur.

1037. Anno 1037. *Gothelo Magnus* Lotharingiæ Dux, cum Reginero Epiſcopo Leodienſi, & alijs Lotharingiæ proceribus, occurrit *Odoni* Campaniæ Comiti, Lotharingiam infeſtanti, & commiſſo prælio apud Barum, Odo perimitur. *Sigebertus & Contract.*

1038. Anno 1038. *Henricus* Comes Louanienſis domi ſuæ perimitur à captiuo ſuo Herimanno, eique filius *Otho* *Otho.* ſuccedit, breuis æui puer. Itaque pa- *Baldricus.* truus eius *Baldricus*, alio nomine *Lambertus*

bertus, fundator collegij Canonicorum Bruxellis, principatum excepit: vt in Auctarijs Gemblacenſi, Aquicinctino, & Lipſiano ad Sigeberti Chronicon legitur. *Anno*

Reginardus Epiſcopus Leodicenſis moritur 5. die Decembris: cui anno ſequenti *Nithardus* ſucceſſit.

Hermannus Alemanniæ Dux, flebili morte occubés, Tridenti tumulatur.

S. Stephanus Hungariæ Rex, cùm *Petrum* ſororis ſuæ filium pro ſe Regem conſtituiſſet, obijt. *Contract.*

Anno 1039. *Conradus* Imp. Vltraiecti, quod Traiectum Freſiæ Herm. Contractus nuncupat, V. Nonas Iunij deceſſit, pòſt Spiræ conditus. Filius eius *Henricus* mox regni gubernacula ſuſcepit. *Idem.* 1039. *Henricus III. Imp.*

Subſequente menſe Auguſto *Gerardus I.* Cameracenſis Epiſcopus, cum *Henrico* Rege Traiectum Moſæ venit, & rogatu Nithardi Leodienſis Epiſcopi, leuauit corpora SS. Epiſcoporum, *Monulfi*, *Gondulfi*, *Valentini* & *Candidi*: & conſecrata eſt ibidem eccleſia in honorem S. Seruatij:

vt

Anno vt Baldericus in Chron. Cameracenſi lib. 3. cap. 56. loquitur.

Horum Diuorum corpora, arcæ marmoreæ incluſa, & in crypta Seruatiana, poſt aram S. Petri Apoſtoli collocata, multis ſæculis ibidem incognita latuerunt, & anno demũ 1611. die 7. Martij feliciter ſunt inuenta.

Saſwalo Caſtellanus Inſulenſis, in diœceſi Tornacenſi & Comitatu *Carenbam*, fundauit Abbatiam Falem- *Falempin.* pinenſem, Canonicorum regularium: quam *Hugo* Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus ſuo diplomate hoc anno firmauit, exſtatque in Codice donationum cap. 45.

Conradus, & Dux Carentani, & Adelbero eius æmulus, qui ante ipſum Ducatum eumdem tenuerant, hoc anno obierunt. *Contract.*

1040. An. 1040. floret *Glaber Rodulphus* monachus, qui hiſtoriam ſui temporis ſcripſit.

Henricus Imp. Comitatum *Arnoldi* Comitis, nomine *Haſpingau*, in pa- *Haſpengau.* go Haſpingaui ſitum, dat Nithardo Epiſcopo Leodienſi. Diploma Vlmæ datum

datum exſtat apud Chapeauillium. *Anno*
Hasbania itaque hoc anno Eccleſiæ Leodienſi eſt attributa; non tamen tota.

An. 1041. Henricus Imp. ſubiugat *Odelricum* Bohemiæ Regem, quem Schafnaburgenſis *Preſlaum* nuncupat: *Sigebert.* 1041.

Anno 1042. Nithardus Leodienſis Epiſcopus moritur: cuius hoc epitaphium, laminæ plumbeæ inſculptum, an. 1567. in tumulo eſt repertum, *Anno Incarnationis Dominicæ M. XLII. Indictione decima, VIIII. Kal. Septemb. obijt Nithardus Leodicenſis Epiſcopus.* Succeſſit Wazo ſeu Guaſo. 1042.

An. 1043. Giſela Imperatrix, Conradi vidua, moritur, & Spiræ apud maritum ſepelitur. 1043.

An. 1044. Henricus Imp. Hungariam ingreſſus, *Obbonem* ſeu *Ouonem*, quem Scafnaburgenſis *Vbanum* vocat, bello fugat, & *Petrum* in regno reſtituens, Hungariam ſibi tributariam reddit. *Contract.* 1044.

Gozilo ſeu Gothelo Magnus, Lotharingorum Dux, moriens *Goziloni* filio,

Anno filio, quamuis *Ignauo*, Ducatum ſuum ab Henrico Rege promiſſum, relinquere diſpoſuit. Filius eius Godefridus
Gozilo Ignauus qui iamdudum Dux Moſellanorum, viuente patre, fuerat, cùm Ducatum Lotharingiæ inferioris, fratri promiſſum, ab Henrico Rege ſibi impetrare nequiuiſſet, rebellare Regi præſumit. Sic ferè Contractus.

Itaq;, iuxta Contracti opinionem, Gotheloni Magno in Ducatu Lotharingiæ inferioris *Gozilo Ignauus* ſucceſſit, Ignauo autem poſt biennium, hoc eſt, an. 1048. *Fredericus* eſt ſuffectus, vt infra dicemus.

Aliter ſentit Sigebertus: cuius hæc ſunt verba, in geſtis anni ſequentis: *Gothelo Dux obijt, cuius filius Godefridus, dum ei Ducatus Moſellanorum denegatur, altero Ducatu repudiato, contra Imperatorẽ rebellat.* Magis tamen placet opinio Contracti: eò quòd conſtet Fredericum, Gozilonis Ignaui ſucceſſorẽ, Antuerpiæ, Trudonopoli & alibi in Lotharingia noſtra inferiore dominatum fuiſſe.

1045. Anno 1045. Godefridus Dux de rebellione ſua deſperans, & Henrico

Regi ſe dedens, in cuſtodiam mittitur. *Contract.* *Anno*

An. 1046. Henricus Rex Paſcha apud Traiectum, Freſiæ vrbem celebrauit, & ſubſecutis diebus nauali expeditione fretum in *Phladirtingam* traijciẽs, pagum vicinum, quẽ *Theodericus* Marchio ſibi vſurpauerat, ipſi eripuit: vnde is poſtea rebellionis cauſſam ſumpſit. *Contractus.* Nota hunc Theodericum Hollandiæ Comitem infrà à Contracto vocari Marchionem Phladirtingæ ſeu Fladirtingæ, à loco domicilij tunc ſui. Fladirtinga autem hodie opidum eſt Hollandiæ ad Moſam, vbi ſe in Oceanum effundit, infra Roterodamũ. 1046. *Theodericus Comes Holl.*

Idem Henricus Rex, Pentecoſten Aquiſgrani celebrans, Godefrido Duci è cuſtodia relaxato, ſibiq́ue procedenti terratenũs proſtrato, Ducatum Moſellanorum miſertus reddidit. *Fredericus* autem, Henrici Baioariæ Ducis frater, Dux Lotharingiæ inferioris, loco Gozilonis Ignaui, nuper defuncti, conſtituitur. Sic ferè Herm. Contractus in Chronico. *Fredericus Dux.*

Gerardus I. Cameracenſis & Atrebatenſis

Anno batenſis Epiſcopus fundat ac dotat Abbatiam *S. Andreæ*, quæ eſt monachorum Benedictinorum in Caſtello Cameracelij, *Chaſteau en Cambreſy*, ditionis epiſcopalis opido. Diploma hoc anno ab ipſo conſcriptum legitur in noſtro Codice donationum cap. 46.

1047. Anno 1047. Henricus Imp. *VVelfum* Comitem Sueuigenam, Welfi Comitis filium, Carentani Ducem promouit: *Adalberonem*, Welfi auunculum ſeu potiùs cognatum, Henrici Baioariæ Ducis & Frederici Lotharingiæ inferioris Ducis fratrem, conſtituit Metenſis Eccleſiæ Epiſcopum, poſt Theodericum nuper defunctum. *Contract.*

Godefridus Dux, *Balduinus* Flandrenſium Comes, itemque *Theodericus* de Phladritinga Marchio, contra Henricum Imp. rebellant. Godefrido rebellionem ſuam callidis legationibus diſſimulante, autumnali tempore, Henricus, nauali expeditione collecta, contra Theodericum in Phladirtingam arma commouit: ſed aquoſis impe-

impedientibus locis, parum profecit, *Anno*
& non modicam in exercitu cladem
pertulit. Eodem ferè tempore Godefridus inter alia, quæ contra Henricum geſſit, palatium Nouiomagi, & Virdunenſem ciuitatem dólo captam incendit atque euertit. Quapropter Godefridi Ducatum Henricus *Adelberto* cuidam tradit. *Contractus.* Sunt *Adelbertus Dux Moſell.* qui putant hunc Adelbertum ſiue Albertum, Godefridi in Ducatu Moſellano ſucceſſorem, fuiſſe Comitem Namurcenſem. Ab eodem Alberto Nàmurci conditum eſt collegium Canonicorum *S. Albani*, quod nunc eſt cathedrale: vt Diuæus ex veteri ms. codice notauit.

Poppone Treuerenſi Archiepiſcopo defuncto *Eberhardus* Wormatiæ Præpoſitus ſufficitur. Henricus Baioariæ Dux ſine prole defunctus Treueris ſepelitur. *Contract.* 1047.

An. 1048. Poppo, Epiſcopus Brixienſis, Romam ab Henrico Imp. miſſus, honorificè ſuſcipitur, creatur Papa, & Damaſus II vocatur. Sed paucis diebus exactis defunctus, ad S. Lauren- 1048. *Damaſus II.*

Anno Laurentium extra vrbem ſepelitur. *Contract. & Baron.*

Wazo Leodienſis Epiſcopus, Poppo Stabulenſis, & Olbertus Gemblacenſis, Abbates, moriuntur. Wazoni Theoduinus anno proximo in Epiſcopatu ſucceſſit.

Godefridus Dux *Adalbertum* Moſellanorum Ducem perſecutus, cum paucis inuentum occidit. Poſt quem *Gerardus Alſatius* ab Imperatore Dux Moſellanorum conſtituitur. *Contract. & Sigebertus.* A Gerardo Alſatio genus ſuum ducunt Duces Lotharingiæ, qui hodie Nancæi principatus ſedem habent.

Gerardus I. Cameracenſis Epiſcopus templum nouum Bruxellis in monte, à *Baldrico* Comite Louanienſi eiuſque coniuge *Oda* ſtructum, in honorem S. Michaëlis, conſecrat: ad quod templum idem Comes S. Gudilæ corpus ex S. Gaugerici eccleſiola tranſtulit, XII. Canonicorum collegio ibidem collocato ac dotato. Baldrici diploma (quod in noſtro Codice donationum exſtat) notat annum 1047.

1047. ſtilo ſcilicet Gallicano, quo annus non à Kalendis Ianuarijs, ſed à Paſchate olim incohabatur. *Anno*

An. 1049. glaciali hieme fauente, nonnulli Principes ac milites, cũ Leodienſi, Vltraiectino ac Metenſi, Epiſcopis, congregati, in Phaldirtingam contra *Theodericum* Marchionem tendunt, commiſſaque pugna victum occidunt, & prouinciam illam Imperatori ſubijciunt. Quam tamen non multò pòſt Godefridus Dux occupans, ab eiſdem prælio victus, vix effugit. *Contr.* 1049.

Eodem tempore Bruno Tullenſis Epiſcopus, ab Henrico III. Imp. Romam miſſus, ſummo honore ſuſcipitur, & in Quadrageſima ordinatus Papa, *Leonis IX.* nomen accipit. Poſt ſynodos Romæ & Papiæ celebratas, inde per Montem Iouis, cum pluribus Romanorum, in Ciſalpinas partes deuenit. *Idem.* *Leo IX. Papa.*

Odilo Cluniacenſis Abbas, & multorũ monaſteriorũ pater, IV. Nonas Ianuarij migrat ad Dominum. *Idem.*

Poſt Pentecoſten Papa Coloniam venit, cum ipſo Imperatore, qui expe-

 ditionem

Anno ditionem contra *Godefridum* Lotharienſem Ducem, & *Balduinum* Flandriæ Comitem, à Papa excommunicatos, parabat.

Godefridus tam Papæ excommunicationem, quàm manum Imperatoris pertimeſcens, Aquaſgrani ad deditionem venit, & opitulante eodem Pontifice, gratiam Imperatoris promeruit. Sed & Balduinus tandem obſides dedit, & pactum cum Imperatore fecit. *Idem.*

Henrico expeditionem illam paranti magno comitatu adfuit *Sueno*, Rex Danorum: & *S. Eduardus*, Rex Angliæ, cum claſſe aduerſus Flādrum, in portu Sandico conſedit. *Meierus.*

Aquiſgrani Papa Leodium venit: vnde *Fredericum* Archidiaconum, Godefridi Barbati, Lotharingiæ Ducis, fratrem, ſecum Romam abduxit, qui pòſt Papa Stephanus IX. fuit.

Conceſſit dehinc Leo Pontifex in Hannoniam, vt neptem ſuam *Richildem*, illius prouinciæ Comitiſſam, Hermanno Comiti nuptam, viſeret: vbi prope Bellum Montem opidum, dedica-

dedicauit ſacellum *S. Venantij:* ferturq; benedixiſſe vico, quem *Machortem* vocant; eò quòd fama eſſet, ibi olim *Calixtum* Pont. Max. habitaſſe, à Romanis Vrbe pulſum. *Meierus.* *Anno*

1049. Autumnali tempore Papa Synodum magnam *Remis*, cum Galliarum Epiſcopis, habuit; indeque *Moguntiacum* veniens, aliam Synodum XL. Epiſcoporum, coram Imperatore & regni Principibus celebrauit. Alemanniam poſtea adiens per Auguſtam Baioariamque tranſiuit, & Natalem Domini Veronæ celebrauit. *Contract.*

Balduinus Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus, præſente Balduino Pio, Flandriæ Comite, transfert corpus S. Florberti I. Abbatis Gandenſis.

Gerardus I. Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus die 14. Martij hoc anno moritur, calculo Romano. In eius locum ſufficitur *Lietbertus*, Archidiaconus Cameracenſis, qui tunc in aula Henrici Imp. verſabatur.

1049. *Ioannes* Aduocatus Atrebatenſis (qui *Gualteri* Caſtellani Cameracenſis viduam duxerat) Lietberto Camera-

Anno cum venienti portas vrbis occluſit, nec admittere voluit, niſi Caſtellanus ab Epiſcopo conſtitueretur. Sed Balduinus, Flandriæ Comes, ex aula Henrici Francorum Regis veniens, & per agrum Cameracenſem tranſiens, Ioannem cum ſuis abire iuſſit, & Lietbertum in vrbem introduxit. Is *Hugonem*, Gualteri Caſtellani defuncti nepotem & heredem, aduocauit: eique Caſtellaturam conceſſit. Et quia Hugo adhuc puer erat, propinquum eius Anſellum nomine, moribus & armis egregium, pueri rectorem eſſe voluit. *Baldericus lib. 3. cap. 65. & ſeq.*

1050. An. 1050. Henricus Imp. Paſcha Vltraiecti celebrat. Leo Papa poſt Paſcha Synodum *Romæ*, & in autumno alteram *Vercellis* collegit: inde Galliam & Epiſcopatum ſuum Tullenſem reuiſit. Quo tempore Agnes Imperatrix *Henricum* filium peperit. *Contract.*

Balduinus Flandriæ Comes, pace facta, Cameracum & Antuerpiam Henrico Imp. reſtituit. *Meierus.*

Quercetum, Canonicorum regularium

larium Abbatia, in ſuburbano Brugenſi conditur. *Idem.* *Anno*

An. 1051. Henricus, Henrici III. Imp. filius, Coloniæ ab Herimanno Archiepiſcopo baptizatur. Bardo A. Moguntinus moritur, & ſuccedit *Luitbaldus*, Præpoſitus Bambergenſis. *Contract.* 1051.

Hermanno Comite Haginoenſi, Richildus marito, è viuis ſublato, *Balduinus* Flandriæ Comes Hannoniam inuadit: qua ſubacta, in Caſtriloco ſeu Montibus Hannoniæ, Balduini filij ſui cum eadem *Richilde*, Ragineri IV. Comitis filia & herede, nuptias celebrauit; ſicque Hannonia Flandriæ acceſſit. Hinc renatum cum Cæſare bellum, eò quòd Hannonia iuris eſſet Imperialis. *Sigeb.& Meierus.*

Eodem anno Imperator Lambertum Comitem Louanienſem, rebellare molientem, & pro Flandro conſanguineo ſuo ſtantem, ad deditionem compulit. *Contract.*

Bonifacius Italiæ Marchio, maritus Beatricis, moritur: cuius viduam & Marchiam Godefridus Lotharienſis Dux *Bonifacius Marchio.*

Anno Dux poſtmodum accepit. *Contractus & Scafnaburg.*

Lietbertus Epiſcopus Cameracenſis, iuſſu Leonis Papæ, Balduino & Richildi ſacris interdicit, ob nuptias illicitas. *Meierus.*

S. Gerardus. Leo Papa *Gerardum* Tullenſem, ſupra ſe quintum Epiſcopum, ſanctitate vitæ mirabilem, ſynodo habita per auctoritatem Apoſtolicam, decreuit in numero ſanctorum confeſſorum in Eccleſia ſolemniter habendum. *Sigeb.*

1053. An. 1053. Leo Papa, XIV. Kal. Iulij, infeliciter contra Normannos in Apulia pugnat & capitur. *Contr. & Scaf.*

Balduinus Flandriæ Comes, Lotharingiam infeſtans, Hoium opidum incendit. *Sigeb.*

Anno 1054. Leo Papa, cùm Ro-
1054. mam rediјſſet, XVI. Kal. Maij moritur. Godefridus Lotharienſis, iterum contra Imperatorem rebellis, Italiam latenter adijt. *Beatricē* Fredrici II. Mo-
Beatrix. ſellanorū Ducis filiam, Bonifacij Marchionis viduam duxit, & Marcam, ceteraſque eius poſſeſſiones, coniugij prætextu, ſibi vindicauit. Quod Henrico

rico Imp. diſplicuit, verito ne per eum Itali ad res nouandas ſollicitarentur. *Contract.* *Anno*

Fredericus, Godefridi Ducis frater, Conſtantinopoli rediens à legatione, fit monachus in Caſſino monte: vt Leo Oſtienſis & Scafburgenſis narrant.

Henricus, Henrici III. Imp. filius, Aquiſgrani ab Hermanno A. Colonienſi Rex conſecratur. Qua re peracta, Imperator contra Balduinum Flandrenſem proficiſcitur, Scaldim fl. tranſit, *Lambertum* Comitem Louanienſem, pro Balduino ſtantem, cum multis apud Tornacum perimit. *Sigeb. & Meierus.*

Perijt autem Lambertus XIII. Kalend. Iulij, anno iam dicto (vt ex archiuis Louanienſium Lipſius collegit) Niuellis conditus, vt Aduocatus & defenſor illius cœnobij. Lamberto II. ſucceſſit *Henricus II.* eius filius: cui vxor fuit *Adela*, filia Lantgrauij Thuringiæ. Diuæum, Lipſium & Haræum conſule.

Balduinus porrò, metu Imp. Henrici, in

& monachus Augienſis, moritur. *Anno*
Ab hoc anno vſque ad milleſimum
centeſimum *Bertholdus Conſtantienſis*
hiſtoriam continuauit.

An. 1055. Gebehardus, Eiſtetenſis 1055.
antea Epiſcopus, Idibus Aprilis, in
Cœna Domini, Romæ Pontifex coronatur & Victor II. appellatur.

Henricus Imp. in Italiam mouit contra Beatricem, ægrè ferens eam Godefrido Duci nuptam eſſe. Sed vbi Italiam ingreſſus eſt, Godefridus, miſſis nuntijs, ſignificauit, ſe nihil minùs quàm rebellionem cogitare. Beatrix autem, diſſimulato metu, Imperatori obuiam proceſſit. *Scafnaburg.*

Balduinus, Flandriæ Comes, cum Godefrido Duce ſupra ſæpe memorato, auunculum ſuum *Fredericum*, Lotharingiæ inferioris Ducem ac Marchionem, intra *Andouerpum* obſidet; ſed concurrentibus Lotharingis ab oppugnatione deſiſtit. Ita Sigebertus & Meierus: quorum poſterior *Fredericum* hunc vocat *Luxeburgẽſem*, eò quòd ex illa familia fuerit, tot Imperatorum

Anno rum ac Regum pòſt altrice.

1056. Anno 1056. Hermannus A. Colonienſis moritur: ſuccedit *S. Anno*, Goſlarienſis antea Præpoſitus. *Contractus.*

S. Anno Ad hunc Anſelmus libellum ſuum de geſtis Epiſcoporum Leodienſium hoc anno miſit.

Henricus Imp. *Victorem* Papam Goſlarię magnifico apparatu, vt hoſpitem excepit. Exinde à venatione rediens, cùm ſeptem aut octo diebus decubuiſſet, diem clauſit extremum. Præſentes aderant, quaſi ad tanti funeris officium ex induſtria vocati, Romanus Pontifex, Aquileienſis Patriarcha, Ratiſponenſis Epiſcopus, idemque patruus Imperatoris, præter innumerabiles cùm ſacri tum politici ordinis proceres.

Henricus IV. Regnum poſt patrem obtinuit filius eius *Henricus*, adhuc puer: ſed adminiſtratio regni penes *Agnetem* Imperatricem manſit. *Contract.*

Conradus Baioariæ Dux, Henrici III. Imp. filius, moritur.

1057. An 1057. Victor Papa, in Italiam regreſſus, V. Kal. Auguſti migrat ad Domi-

Dominum : ſuccedit die 2. Auguſti Fredericus, frater Godefridi Ducis Lotharienſis, qui Beatricem duxerat, nuper Archidiaconus Leodienſis, tunc autem monachus & Abbas Caſſinenſis; eſtque *Stephanus IX.* nuncupatus. *Scafnaburg. & Baron.* *Anno Stephanus IX. Papa.*

Lambertus Scafnaburgenſis veſtem monaſticā ex Meginheri Abbatis manibus accipit, & presbyter ordinatus peregrinationem Hieroſolymitam aggreditur; vt ipſemet narrat.

An. 1058. Stephanus Papa IV. Kal. Aprilis, Florentiæ agens, ad gaudium tranſijt Angelorū. Indicio ſunt ſigna & prodigia, quibus ſepulcrum eius in eadem ciuitate vſque hodie diuinitus luſtratur: ait Scafnaburgenſis. Schiſmatici quidam eligunt Benedictum; ſed *Nicolaus II.* ſufficitur ab Orthodoxis, annuente Godefrido Duce ſeu Marchione. 1058. *Nicolaus* II.

Otho Dux Sueuorum obijt: Ducatum eius *Rudolfus* obtinuit, cui & ſoror Henrici Regis eſt deſponſata.

In Freſonia captis ab Henrico Imp. caſtellis aliquot, Freſones à rebellione refræ-

Anno refrænantur. Ita Sigebertus. Sed Annalium Friſicorum ſeu Hollandicorum ſcriptores paulò aliter hæc narrant. *Cùm*, inquiunt, *Theodericus eo nomine quartus Hollandiæ Comes, ſine prole deceſsiſſet, frater eius* Florentius *Reipublicæ gubernacula ſuſcepit. Huius ſucceſsibus externi aliquot Principes, Colonienſis & Leodienſis Epiſcopi, itemq́ue Comes Louanienſis, inuidentes, anno* 1058. *exercitum contraxerunt, quo nouum Comitem principatu deturbarent. Sed reſtitit Florentius, & magna cæde edita, multos abduxit captiuos.*

1059. An. 1059. Nicolaus Papa Romæ conſecratur menſe Ianuario; vt Scafnaburgenſis, Leo Oſtienſis, & Baronius narrant.

Lambertus Scafnaburgẽſis, peracta peregrinatione Hieroſolymitana, ad monaſt. ſuũ xv. Kal. Oct. reuertitur.

In pago Bracbatenſi, iuxta Tornacum, colubri prodigioſo prælio inter ſe concurrunt *Sigeb.* Notet hîc Lector quidquid ab hac parte Scaldis eſt Tornacum & Cõdatum vſque, pago olim Bracbatenſi fuiſſe adſcriptum. Apud

Andr.

Andr. Quercetanum in Hiſtoria gentis Caſtellionçæ, legitur diploma Gallico ſermone ante annos plùs minùs 300. conſcriptum, Condatum in Brachanto, *Cōdè en Breban*, diſerte collocās. *Anno*

Henricus Francorū Rex *Philippum*, filium ſuum ſeptennē, Remis Regem vngi curat, Indictione XII. die Pentecoſtes, x. Kal. Iunij. Hinc itaque anni Regis Philippi in diplomatibus incohantur: quæ varia in noſtro Codice donationum produximus.

An. 1060. Adela, Balduini Inſulani Flandriæ Comitis vxor, Roberti Frācorum Regis filia, in municipio Mecinenſi ſeu Meſſinenſi nobile virginum monaſterium, & XII. Canonicorum collegium fundare incipit: vt ex illius loci monumentis didici. 1060.

Henricum Franciæ Regem hoc an. obijſſe, eique filium Philippum ſucceſſiſſe, trad t Sigebertus.

An. 1061. Nicolaus Papa VI. Kal. Auguſti moritur: poſt tres menſes *Alexander II.* ſufficitur; Agnete Imperatrice Cadelaū Epiſcopum Parmenſem protrudente. Vnde ſchiſma enatum: de 1061.

quo

Anno quo Bertholdus Conſtantienſis & Baronius.

Marianus Scotus Chronographus claret, qui è Scotia in Galliã veniens, Coloniæ factus monachus, primo apud Fuldam, poſtea apud Moguntiam reclufus eſt. *Sigeb.* Marianus ipſe tradit ſe in Hibernia natum fuiſſe.

Baioariæ Ducatus, quem Agnes Imperatrix, poſt mortem Conradi filij ſui, hactenus per ſeipſum adminiſtrauerat, ab eadem datur Othoni viro induſtrio. *Scafnaburg.*

Florentius Holl. Comes.

Florentius Hollandiæ Comes, cædem fratris ſui *Theoderici* vindicare volens, cõtra Hermannum Comitem Cudicenſem, Wichardum Gelriæ Aduocatum, & alios confederatos validas copias eduxit, eoſque fugauit. Sed cùm Florentius cum ſuis in vico *Hemert*, inter Moſam ac Vahalim, quieſceret, ab hoſtibus inopinatè ſuperuenientibus, XIV. Kal. Iulij trucidatus eſt, & in Egmondano cœnobio conditus. Sic ferè Ioannes Becanus, rerum Hollandicarum vetus ſcriptor, & Diuæus.

Anno

Anno 1062. S. *Anno* Colonienſis Archiepiſcopus Henricum Imp pue-rum à matre Agnete abſtrahit, & Coloniæ retinet. Educatio itaque Regis, & rerum publicarum adminiſtratio; manſit penes Colonienſem & Moguntinum, Archiepiſcopos: quibus poſtea acceſſere *Adelbertus* A. Bremenſis, & *VVerenherus* Comes, iuuenis ingenio atque ætate ferox. Inualeſcente pòſt audacia, in monaſteria impetum aulici fecerunt, atque ea inter ſe tanquam prouincias ſunt partiti, Rege ad omnia, quæ iuſſus erat, puerili facilitate annuente: vt Scafnaburgenſis in anni huius ac ſequentium rebus geſtis commemorat. Ab his prauis initijs grauiſſima pòſt in Eccleſiam ac Rempublicam incommoda redundarunt. *Anno* 1062.

Anno 1163. Einhamenſe monaſterium prope Aldenardam Flandriæ oppidum, à *Balduino Pio*, Flandriæ Comite, eiuſque coniuge *Adela* conſtruitur: vt in Auctario Lipſiano ad Sigeberti Chronicon, & apud Meierum legitur. Sed Baldericus lib. 2. cap. 1063.

45. in

Anno 45. in Chron. Cameracenſi ſic habet: *Benham* Eſt, inquit, locus ſuper Scaldim fl. quem dicunt *Iham*, vbi modernis temporibus *Godefridus* Comes Virdunenſis (de quo ſupra pag. 530. & 552. diximus) & vxor eius *Mathildis*, matrona memorabilis (erat enim eius prædium) caſtro munito nauigium, mercatum ac teloneum ſtatuerunt. Intra caſtrum verò monaſterium in honorem *S. Mariæ*, deputatis Canonicis, fundauerunt. Extra autem *Herimannus* ſeu Henzilo, Godefridi ac Mathildis filius tertiogenitus, duo monaſteria ſtruxit, vnum *S. Laurentio*, alterum verò *S. Saluatori*. Sic ferè Baldericus.

Quæ quidem vt inter ſe concilientur, notet Lector, *Einhamenſe* monaſterium primùm à *Godefrido* Comite Virdunenſi circa annum 990. fuiſſe conditum; pòſt anno 1034. à *Balduino Barbato*, Flandriæ Comite, cum caſtro Einhamenſi vaſtatum; à *Balduino* autem *Pio*, an. 1063. fuiſſe inſtauratum, ac Benedictinis traditum, *VValtero* primo ibidem Abbate collocato, ex S. Vedaſti cœnobio.

Philip-

Philippus Francorum Rex colle- *Anno.*
gium Canonicorum, *Harlebecæ* prope
Curtracum, ab eodem *Balduino Pio*, *Harle-*
eiuſque coniuge *Adelaide* ſeu *Adela* *beke.*
fundatum, confirmat, diplomate Pariſijs edito: quod in noſtro Codice donationum cap. 50. legitur, vnà cum *Balduini* Nouimenſis ac Tornacenſis Epiſcopi diplomate, in eamdem ſententiam ſcripto.

Inter *Robertum*, Balduini Pij filium natu minorem, & *Gertrudem*, Florentij Hollandiæ Comitis viduam, Aldenardæ matrimonium tractatur. Pro hereditaria portione Roberto aſſignatæ ſunt quinque inſulæ Zelandicæ, *VValacria*, *Scaldia*, *Zutbeuera*, *Nortbeuera* & *Borſelia*: Comitatus item *Aloſtanus*, cum quattuor Ambactis ſeu Officijs. Robertus in Hollandiam
profectus, cum *Gertrude* nuptias ce- *Rober-*
lebrauit, & nomine priuignorum mox *tus Fri-*
bellum Friſijs indixit, partem regio- *ſius.*
nis ſubegit, indeque nomen *Friſij* ſibi peperit. *Meierus.*

Anno 1064. Henricus Rex Romanorum Paſcha Leodij celebrat. *Sige-*

Anno *fridus* Moguntinus, *Gunderus* Bambergenſis, *Otho* Ratiſponenſis, & *Guilielmus* Vltraiectenſis, Epiſcopi, autumnali tempore Hieroſolymam proficiſcuntur. *Scafnaburgenſis.* Ex quo liquet, frequentem & vſitatam multis, illo etiam æuo, fuiſſe peregrinationem Hieroſolymitanam.

Godefridus Barbatus.

Fredericus, Dux Lotharingiæ inferioris, Henrici Baioariæ Ducis & Adalberonis Epiſcopi Metenſis frater, ex familia Luxeburgenſi oriundus, moritur. Ducatum eius *Godefridus* cognomento *Barbatus* ſenior, ex Italia redux, anno proximè ſequenti accepit. Ex Italia, inquam, redux, vbi vxorem duxerat *Beatricem*, Frederici II. Ducis Moſellani filiam, Bonifacij Marchionis viduam.

S. Sepulchre.

Lietbertus Cameracenſis Epiſcopus Cameraci fundat Abbatiam S. Sepulcri, quæ eſt Benedictinorum. *Meierus*: at Maſſæus ad annum 1063. id refert. Primus Abbas illius loci fuit *VValterus*, qui anno 1081. eleuationi ſeu tranſlationi corporis S. Bertiliæ interfuit, vnà cum *Aloido* Vedaſtino,

Alardo

Alardo Marchianenſi, & altero *Alardo* *Anno*
Aquicinctenſi, Abbatibus. Idem Walterus an. 1095. die 7. Martij obijt, & putatur fuiſſe auctor vitæ S. Vindiciani Epiſcopi Cameracenſis, quæ ſcripta eſt ad Ioannem primum Abbatem in Monte S. Eligij, prope Atrebatum.

Anno 1065, *Henricus* Rex, die 3. 1065.
Paſchalis hebdomadæ, IV. Kal. Aprilis, Goſlariæ gladio accingitur: *Godefridus Barbatus* ſenior Scutarius eius eligitur, Dux item Lotharienſis, & Aduocatus monaſterij Stabulenſis, loco Frederici Ducis, ſuperiore anno defuncti, conſtituitur: vt ex Bertholdo, Continuatore Contracti, Scafnaburgenſi, & Sigeberto datur intelligi.

Drogo Teruanenſis Epiſcopus, petente Balduino Pio, eiuſque coniuge *Meſſin*
Adela, dat talem libertatem Eccleſiæ Mecinenſi ſeu Meſſinenſi, ab ipſis nuper fundatæ, qualem *Bertefridus* Epiſcopus Ambianenſis circa annum 662. dederat eccleſiæ Corbeienſi, petente Clothario Francorum Rege ac Bathilde Regina.

Anno *Adelbero* Metenſis Epiſcopus, Frederici Lotharingorum inferiorum Ducis & Aduocati Trudonenſis frater, iura eiuſdem Aduocatiæ explicat, peculiari diplomate: cui inter alios *Odelricus*, Gerardi Alſatij Moſellanorum Ducis frater, ſubſcripſit. Diploma vtriuſque, Drogonis videlicet & Adelberonis, in noſtro Codice donationum reperies.

S. Eduardus Angliæ Rex, eo nomine tertius, ſine liberis obijt, & teſtamenti tabulis heredem ſcripſit *Guilielmum* Normanniæ Ducem, Balduini Flandriæ Comitis generum. *Guil. Rex Angl.*

1066. Anno 1066. templum S. Petri Inſulenſe (quod Balduinus Pius à fundamentis exſtruxerat, & in quo Canonicorum collegium collocarat ac dotarat) à *Balduino* Nouiomenſi ſeu Tornacenſi, *Guidone* Ambianenſi, & *Drogone* Teruanenſi, Epiſcopis conſecratur; præſente Philippo Francorum Rege. *Lille en Flandre*

Idem Philippus Rex prædia ac poſſeſſiones, per eumdẽ *Balduinum* eiuſq; coniugẽ *Adelam*, Meſſinenſi monaſterio attributas, confirmat. Diplomata Baldui- *Meeſſen*

Balduini Comitis & Philippi Regis, exſtant in noſtro Codice, ſupra ſæpiùs citato. *Anno*

Henricus Rex Paſcha Traiecti celebrat. Eberhardus Treuerenſis Epiſcopus XVII. Kal. Maij, Sabbatho ſancto moritur. *Cuno* Præpoſitus Colonienſis poſt eum ſubſtituitur, ſed mox à Theoderico Treuerorum Comite occiditur. Succeſſit itaque *Vto* ſeu *Vdo*, alijs *Ado*: vt Scafnaburgenſis & Bertholdus narrant. De Cunonis ſeu Conradi cœde Sigebertus anno 1067. multis agit.

Bozo Archidiaconus & Abbas S. Mariæ XV. Canonicos in Hoienſi S. Mariæ eccleſia poſuerat. His alios quindecim *Theoduinus* Epiſcopus addidit, & eamdē eccleſiam à fundamentis vſque ad laquearia à ſe perfectam, hoc anno dedicauit, præſente *Lietberto* Cameracenſi Epiſcopo. Iidem Pontifices corpus *S. Domitiani* Epiſcopi ad dictam eccleſiam, ex eccleſiola per S. Maternum, primum Tungrenſium Epiſcopum, conſtructa, tranſtulerunt: vt Ægidius monachus Aureæ vallis in geſtis Epiſcoporum Leodienſium tradit. *Huy.*

 Fide-

Anno Femj. *Fidemienſe* monaſterium in pago & diœceſi Cameracenſi fundatur; cuius poſſeſſiones *Odo* Epiſcopus Cameracenſis poſtea confirmauit.

1067. An. 1067. Gandaui templum nouum S. Bauonis, à *Balduino* Tornacenſi & *Lietberto* Cameracenſi, Epiſcopis dedicatur, & ibidem corpus *S. Macarij* Epiſcopi eleuatur; *Philippo* Francorum Rege, *Balduino Pio* Flandriæ Comite, eiuſque filio *Balduino Montenſi* præſentibus.

Eodem anno *Balduinus Pius* ſeu *Inſulanus*, Kalendis Decembris, viuere *Bald. Pius moritur* deſijt, Inſulis in templo à ſe condito ſepultus: hoc addito epitaphio, quod etiamnum legitur.

Chy giſt tres-haus tres-nobles & tres-poiſſant Princes Baudewins li Debonnaires, iadis Contes de Flandres li Onzimes, qui funda ceſte eglize & treſpaſſa en l'an de graſſes mil LXVII.

Quod epitaphium hîc attexere placuit, vt idioma Gallicum illius æui curioſus Lector agnoſcat.

Adela, Balduini vidua, poſt mariti obitum Romam profecta, ab Alexandro II.

dro II. Papa ſacrum velamen accepit, indeque reliquias *S. Sidronij* martyris attulit, & Meſſinenſibus monialibus ſe iungens, ibidem pie ac ſanctè vitam peregit. *Anno* *S. Sidronius.*

Balduino Pio ſucceſſit filius *Balduinus* cognomento *Montenſis*, qui Gerardi-Montem à viro nobili *Gerardo* emit, & Flandriæ adiunctum muniuit, atque in opidi formam redegit. *Bald. Mõtenſis.*

Otho Marchio Thuringorum moritur: ſuccedit *Egbertus*, patruelis Henrici Regis.

Henricus IV. Rex, *Bertam*, Othonis in Italia Marchionis & Adelheidæ filiam, accipit vxorem; nuptiaſque Triburiæ celebrat: vt Conradus Lichtenauius, Abbas Vrſpergenſis, ex ordine Præmonſtratenſi, in Chronico tradit.

Anno 1068. Theodericus Comes Treuerorum, ob *Cononem* ſeu *Conradum*, electum Epiſcopum Treuerenſem, è viuis ſublatum, ab Henrico Rege in exilium miſſus, peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcipit. *Sigebertus*. 1068.

Anno Henricus II. Comes Louanienſis moritur, *Henrico* ac *Godefrido* filijs relictis. Patri ſucceſſit filius natu maximus *Henricus*, eo nomine tertius: cui vxor fuit *Gertrudis*, filia Roberti Friſij, Flandriæ Comitis. Is anno 1083. Afflìgemienſe monaſterium condidit, & annos 28. pacatè rexit.

Henricus III. Comes Louan.

Balduinus Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus moritur; ſucceſſit *Ratbodo* ſeu *Radbodus*.

Formiſelenſe Canonicorum collegium, à viro nobili *Iſaaco Formiſelenſi* fundatur, & à *Drogone* Morinenſi Epiſcopo libertate donatur: qui quidem Canonici poſtea, anno 1100. regularem vitam ſunt amplexi. *Meierus.*

Vormeſeele.

1067. An. 1069. Arnulfus Selneſſenſis ex Selneſſæ caſtelli ruinis *Arderam* opidum cõndidit, ibique ſacerdotum collegium, hortante *Drogone* Epiſcopo Teruanenſi, inſtituit ac dotauit. Hic ex coniuge *Mathilde Markiſienſi* Arnulfum ſuſtulit. Qua defuncta *Clementiam*, Hugonis Comitis S. Pauli filiam & heredem, duxit, pòſt conditus in

Ardre.

Marck.

tus in S. Bertini monaſterio. Arnul- *Anno*
ſus filius eius, vxorem habuit *Gertrudem*, Balduini Craſſi Comitis Aloſtani ſororem, tulitque ex ea liberos Arnulſum, Manaſſem, Balduinum, Hugonem, Agnetem & Adelam. *Meierus.*

Henricus Rex coniugem dimittere cogitat: ſed impeditur à *Petro Damiano*, viro ætate ac vitæ innocentia reuerendo, qui vt Legatus Apoſtolicus, à Nicolao II. Rom. Pontifice in Germaniā ea de cauſſa miſſus, Regem Francofurti conuenit. *Scafnaburg.*

An. 1070. *Gerardus Alſatius* Lotha- 1070.
ringiæ ſuperioris ſeu Moſellanæ Dux *Theoderi-*
moritur; ſuccedit filius eius, *Theoderi- cus,*
cus, eo nomine ſecundus. *Sigeb.* II.

Moritur item *Godefridus Barbatus* ſenior, Dux Lotharingiæ inferioris, omnibus penè terris rerum geſtarum magnitudine cognitus, & Virduni ſepelitur. Cui filius eius *Godefridus* ſucceſ-
ſit, præſtantis quidem animi adoleſ- *Godef.*
cens, ſed gibboſus. *Scafnaburg. & Gibbo-*
Sigeb. *ſus.*

Godefridum voco Barbatum, quòd illi

Anno illi hoc cognomen detur à *Theoduino* Epiſcopo Leodienſi in diplomate Hoienſi, & à *Godefrido Bullonio* in diplomate Bullonienſi: quæ diplomata in noſtro Codice donationum exſtant. Item voco Barbatum ſeniorem, ad diſcrimen faciendum à *Godefrido Barbato iuniore*, qui Comitatui Louanienſi Ducatum Lotharingiæ inferioris adiecit, & an. 1140. viuere deſijt: vt infra ſuo loco dicemus.

Ceterùm Godefridus Barbatus ſenior (quod hîc notandum putaui) territorium Bullonienſe iure hereditario poſſedit, & monachos Benedictinos, ex vicino S. Huberti cœnobio euocatos, in eccleſia caſtri ſeu municipij Bullonienſis conſtituit, annuis cenſibus dotauit, & Alexandri II. Papæ auctoritate firmauit: vt conſtat ex Godefridi Bullonij, Regis Hieroſolymitani, diplomate, à me producto in Codice donationum piarum. Floret hodieque monaſteriolum iſtud, ſeu Prio-
Boillon. ratus S. Petri Bullonienſis, à Barbato primùm inſtitutus, pòſt à God. Bullonio, illius, poſt Godefridi Gibboſi obitum,

obitum, herede ac ſucceſſore copio- *Anno*
ſius dotatus.

Alexander II. Papa confirmat Harlebecani collegij Canonicorum inſtitutionem: de qua ſupra an. 1063. diximus.

Aldenburgi templum S. Petri à Ratbodone Epiſcopo Tornacenſi dedicatur. Canonicorum collegium *Haſnonienſe*, in Oſtrouandia in Benedictinorum monaſterium à *Balduino Montenſi* conuertitur: nouum illius loci templum ab eodem *Ratbodone*, itemque *Lieiberto* Cameracenſi, & *Reinero* Aurelianenſi, Epiſcopis, III. Nonas Iunias, ſumma celebritate conſecratur. *Haſnō.*

S. Godeleua, iuſſu Bertulfi mariti, à duobus miniſtris domeſticis ſtrangulatur Giſtellæ, ſecundo lapide ab *Oſtenda* Flandriæ opido, quod triennalis obſidio noſtra ætate nobilitauit. Eſtque ibidem poſtea virginum Benedictinarum Abbatia, per Bertulfi, ex altera coniuge, filiam, conſtructa. Godeleuæ vitam & martyrium ſcripſit Drogo monachus S. Winoci, ad *S. Godeleua.*

Ratbo-

Anno Ratbodonem Epiſcopum, qui beatæ martyris corpus anno 1088. è terra leuauit.

Balduinus Montenſis, Flādriæ & Hannoniæ Comes, XII. Kalend. Auguſti moritur, & Haſnonij ſepelitur. *Arnulfo* filio maiori Flandriam, *Balduino* autem iuniori filio Hannoniam, teſtamenti tabulis aſſignauit, & fratri ſuo *Roberto Friſio* tutelam Arnulfi commiſit. Quæ cùm illi denegaretur, obnitente Richilde, Arnulfi matre, Robertus illius ſe hoſtē declarauit, & è contra Richildis, quidquid Robertus apud Flandros poſſidebat, vt Comitatum Aloſtanum, Ambactos quattuor, itemque inſulas Zelandicas inuaſit. Atque hæc origo funeſti belli, quod Flandriam diu afflixit.

Robertus itaque Richildem cum filijs Flandria exturbat, quæ Pariſios fugiens à *Philippo* Rege auxilium petit & impetrat: vt Ioannes Iperius Abbas & Chronographus Bertinenſis in ſuo ms. Chronico, & Meierus fusè narrat.

1071. Anno 1071. Treueris S. Paulini Epiſcopi corpus, olim è Phrygia, vbi exula-

exulauerat, reportatum, cum alijs multorum cælitum corporibus, inuenitur: vt fusè Sigebertus hoc anno, & Scafnaburgenſis proximè ſequenti, narrāt. *Anno*

Godefridus Gibboſus, Lotharingiæ Dux, adiutante Guilielmo Vltraiectenſi Epiſcopo, Friſiam ſeu Hollandiam inuadit. *Sigeb.*

Adelbero Metenſis Epiſcopus moritur: & ſuccedit Herimannus, Præpoſitus Leodienſis: vt Sigebertus & Scafnaburgenſis concorditer tradunt.

Welfus, filius Azonis Marchionis Italorum, ſuſcipit Ducatum Baioariæ. Is filiam Othonis, Baioariorum Ducis, iam antea duxerat vxorem. A Welfis originem trahit familia Ducum Brunſvvicenſium, hodie regnantium.

Salefeldiæ, pulſis Canonicis, per Annonem Archiepiſcopum Colonienſem monachi Benedictini ſubſtituuntur. *Salefeld.*

Anno 1072. Heribertus Abbas Bertinenſis *Suelgerum* vnum ex monachis ſuis miſit Alciacum (vbi tunc cella erat, Bertinenſi Abbatiæ annexa) 1072. *Anchy les moines.*

Anno nexa) cumque primum illius loci Abbatem conſtituit. Quod deinde obtinuit, exſtatque lib. 5. Decretalium, Innocentij III. Reſcriptum, de Alciacenſibus Abbatibus, è numero monachorum Bertinenſium ſumendis. Alciaci quieſcit *S. Siluinus* Epiſcopus, qui ibidem an. 715. obijt. De Alciaco fusè agit Iperius in Chron. ſuo Bertinenſi.

S. Siluinus.

Richildis, eiuſq; filius *Arnulfus*, Flandriæ Comes, & *Philippus* Francorum Rex, die 22. Februarij, in feſto Cathedræ S. Petri, à *Roberto Friſio*, apud Caſſletum memorabili prælio vincuntur. Inter alios cecidit *Arnulfus*, meritò *Infelix* nuncupatus, quòd à patruo victus & vitam & principatum ſibi ac ſuis amiſerit. In S. Bertini monaſterio ſepultus, ſtatua ſtrenui pugnatoris, gladio comminantis, à patruo eſt honoratus. *Sigeb. & Meierus.*

Arnulfus Infelix.

Richildis victa, Leodium anno eodem ad *Henricum* Germaniæ Regem ſe contulit, ab eodem, itemque à *Theoduino* Leodienſi Epiſcopo auxilium imploratura.

Grandi

Grandi itaque pecunia à *Theoduino* impetrata, Godefridum Bullonium, Albertum Namurcenſem, Henricum Louanienſem, Comites item Altimōtis & Montiſ-acuti, in Arduenna, alioſque in armorū ſocietatem ſibi adiunxit, reparatoque bello in Flandriam irrupit. At *Friſius* è contra in Hannoniam profectus, hoſteſque aggreſſus ad vicum *Broqueroiam*, adeò illos fregit ac cecidit, vt deinceps *Balduinus*, Arnulfi Infelicis frater, intra Hannoniæ maternæ limites ſe continuerit. *Anno* *Balduinus Hann. Comes.*

Robertus, altero nepote in pugna cæſo, altero excluſo, exinde Flandriam pacificè poſſedit, & *Philippo* Franciæ Regi, olim hoſti, fidem clientelarem, vt Flandrenſis Comes, demum præſtitit. Idem principatus ſui initio (quòd Deo, principiſque Apoſtolorum victoriam Caſſetanam ferret acceptam) multa per Flandriam templa, in honorem S. Petri, partim à fundamentis erexit, partim à barbaris deſtructa reſtituit. *Caſſeti* nominatim S. Petro ſacerdotes Canonicos XX. & *Torholdi* X. adlegit. Hoc item anno poſſeſſiones mona- *Robertus Friſius Comes Flādria.* *Caſſel.*

Anno monaſterij S. Petri *Gandenſis* ſuo diplomate confirmauit: quod in Codice noſtro exſtat.

VVaten. Robertus Friſius, Flandriæ Comes, apud *VVatanas*, haut procul Audomaropoli, Canonicos diſciplinæ regularis inſtituit: cuius monaſterij poſſeſſiones, noſtra ætate, partim Epiſcopatui Audomaropolitano, partim Collegio Soc. Ieſu ibidē ſunt attributæ. *Meierus.*

Gandaui à Ratbodone Epiſcopo templum, quod *S. Chriſti* vocabant, dedicatur. Id, Caroli V. Imp. æuo, euerſum eſt, vt ibi arx exſtrueretur. *Meierus.*

Auguſtiduni Synodus celebratur: cui *Hugo* Biſontinus, Gaufredus Lugdunenſis, *Acardus* Cabilonenſis, *Drago* Matiſconenſis, Epiſcopi, & *S. Hugo* Abbas Cluniacenſis, interfuerunt.

1073. An. 1073. Petrus Damianus, Cardinalis, cuius ſcripta exſtant, in Domino obdormit. Alexander II. Papa moritur: ſuccedit Hildebrandus, *Gregorius VII.* nuncupatus: quem vitæ in-

Gregorius VII. tegritate multiſq; miraculis claruiſſe, tradit Scafnabugenſis, illius æui ſcriptor

tor grauiſſimus,& à Lipſio eximiè laudatus. Quod addo ne temerè quis credat Sigeberto, & alijs mira contra hûc Pontificem fingentibus. *Anno*

S. Anno A. Colonienſis Henricum Regem deſerit, & ad Epiſcopatum ſuum reuertitur: vnde Rex in præceps ruit. *Scafnab.*

S. Pharaildis virginis corpus Gandaui in nouam thecam transfertur, *Fulcardo* Blandiniẽſi, *Sigeri* Gãdenſi, Abbatibus, itẽq; *Fulcardo* Caſtellano Gandẽſi, & filio eius *Lamberto*, præſentibus.

Anno 1074. cælibatus ſacerdotum ſecundùm veteres Canones, à Gregorio VII. Papa ſeuerè indicitur. Sigebertus Gemblacenſis id malignè ſuo in Chronico interpretatur: ſed nihil eum noui ſanxiſſe, Schafnaburgenſis, Baronius, Bellarminus, & alij docent. 1074.

S. Staniſlaus Epiſcopus Cracouienſis martyrio coronatur.

Anno 1075. Henricus Rex contra Saxones mouet relicta Leodij Regina, ſub cura *Theoduni* Epiſcopi; qui paulò pòſt obijt die 23. Iunij. Sufficitur 1075.

Anno *Henricus*, Archidiaconus Virdunenſis, adnitente Godefrido Gibboſo, Lotharingiæ Duce, & conſecratur à *S. Annone* A. Colonienſi, qui hoc ipſo anno obijt 4. Decembris, Sigebergæ conditus. *Scafn. & Sigeb.*

Ceterùm Anno Coloniæ cœnobia *S. Mariæ* & *S. Georgij* exſtruxit; tria item monaſteria foris, *Graſſchaffcſe* in Weſtphalia, *Salefeldenſe* in Sclauorum regione & *Sigebergenſe* prope Coloniam ædificauit. Annoni porrò *Hildolphus* ſucceſſit. *Mar. Scotus.*

1076. *Godefr. Gibboſus Marchio Antverp.* An. 1076. *Gozilo* ſeu *Godefridus Gibboſus*, Dux Lotharingorum, cum eſſet in confinio Lotharingiæ & Flandriæ, in ciuitate quæ dicitur *AntWerpha*, occiſus eſt, per inſidias, vt putatur, *Roberti* Flandrenſis Comitis. Cùm enim quadam nocte, quieſcentibus omnibus, ad neceſſitatem naturæ ſeceſſiſſet, appoſitus extra domum ſpiculator eum confodit, per ſecreta natium, relictoque in vulnere ferro, concitus aufugit. Vix ſeptem diebus, poſt acceptum vulnus, ſuperſtes, IV Kal. Martij vita deceſſit, Virduni iuxta patrem

ſepul-

ſepultus. *Scafnaburgenſis.* *Anno*

Fuit is magnum regni Teutonici robur; qui licet ſtaturæ puſillitate ac gibbo deſpicabilis videretur, opum tamen gloria, fortiſſimorum militum copia, prudentiæ maturitate, denique totius vitæ temperantia longè ceteris Principibus ſupereminebat *Idem.*

Exinde Henricus Rex Paſcha *Vltraiecti* celebrauit, ibique Ducatum Lotharingiæ filio ſuo *Conrado*, Marchiam verò *Godefrido*, Gozilonis Ducis nepoti, Euſtathij Comitis filio, impigro & ad rem militarem acerrimo adoleſcenti, tradidit: vt Scafnaburgenſis loquitur. *Conradus Dux Loth.*

Godefrido, inquam, *Bullonio*, ex Euſtathio Comite Bolonienſi, & Ida Godefridi Gibboſi ſorore nato, Marchionatum Antuerpienſem Henricus IV. tradidit: de quo Principe fortiſſimo, totoque terrarum orbe notiſſimo, eſt quòd meritò ſibi Antuerpia noſtra gratuletur. *Godefr. Bullonius Marchio Antverp.*

Idem God. Bullonius auunculo ſuo God. Gibboſo in ditione *Bullonienſi* ſucceſſit. vt ex eiuſdem diplomate con-

 ſtat,

Anno ſtat,quod in noſtro Codice exſtat. Gibboſus porrò moriens viduam reliquit *Mathildem*, potentiſſimã in Italia Marchioniſſam: de qua agemus infra.

Guilielmo Vltraiectenſi Epiſcopo ſuccedit *Conradus*, Sigefridi A. Moguntini Camerarius. *Scafnaburg.*

1076. *Lietbertus* Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus hoc anno die 22. Iunij moritur: vt eius tumulo inſculptum legitur. Poſt biennium, hoc eſt, anno 1078. *Gerardus II.* ſucceſſit. Lietbertus porrò Abbatiam *S. Sepulcri*, in vrbe Cameracenſi, quæ eſt Benedictinorum, fundauit, & in *S. Auberti* monaſterium, quod eidem nunc vrbi incluſum eſt, Canonicos regulares introduxit, cleris ſæcularibus amotis: vt Baldericus in Chron. lib. 3. cap. vltimo Commemorat. Idem in *Monte S. Eligij* prope Atrebatum regulares conſtituit, & *S. Andreæ* cœnobium in Caſtello Cameracenſi perfecit. *Meierus.*

B. Lietbertus.

1077. Gregorius VII. Papa Henricum IV. Regem excommunicat: teſte Scafnaburgenſi.

Anno

Anno 1077. Henricus Rex in Italiam cum vxore, ac filio paruulo, cogitans, Veſontione apud Burgundos, ab auunculo matris ſuę, *Guilielmo* Comite, illis in locis potentiſſimo, excipitur. *Anno 1077.*

Gregorius VII. Papa, per litteras à Principibus Teutonicis rogatus, vt ad diſcutiendam Henrici Regis cauſſam in Germaniam veniret, Roma egreditur, ducatum ei per Italiam præbente *Mathilde*, Godefridi Gibboſi Lotharingorum Ducis vidua, Bonifacij Marchionis ac Beatricis Comitiſſæ filia. *Mathildis vidua Godefridi Gibboſi.*

Hæc viuente adhuc marito, quandam viduitatis ſpeciem, longiſſimis ab eo ſpatijs excluſa, prætendebat, cùm nec ipſa maritum in Lotharingiam, extra natale ſolum, ſequi vellet, & ipſe Lotharingici Ducatus adminiſtratione implicitus, tertio aut quarto vix anno, Marcam Italicam inuiſeret.

Poſt mariti mortem, Romanũ Pontificem miro, ſed caſto coluit affectu. Cùmque magna Italiæ pars eius

Anno pareret imperio, & rebus omnibus, ſupra ceteros illius terræ Principes, abundaret, vbicumque Papa eius opera indigebat, ſtatim aderat, & tanquam patri vel domino ſedulum exhibebat officium. *Scafnaburg.*

Igitur Papa, cùm in Germaniam properaret, audiens Henricum Regem iam intra Italiam eſſe, hortante Mathilde, *Canuſium*, quod erat caſtellum munitiſſimum, diuertit; ibique hæſit, donec de conſilio & cauſſa aduentus eiuſdem Regis ſibi conſtitiſſet.

Henricus porrò Mathildem ad colloquium euocauit, eamque precibus ac promiſſis oneratam ad Papam tranſmiſit, & cum ea ſocrum ſuam, eiuſque filium, *Azonem* inſuper Marchionem, & S. *Hugonem* Abbatem Cluniacenſem; obſecrans, vt ab excommunicatione abſolueretur: quod & impetrauit. Sed cùm promiſſis non ſtaret, Germaniæ Principes nouum ſibi Regem *Rodulfum* ſeu *Rudolfum* Burgundiæ Ducem elegerunt, eumque Sigefridus Archiepiſcopus, VII. Kalendas Aprilis, Moguntiæ vnxit: vt Sigebertus, Ber-

Rodulfus Rex.

Bertholdus, & Scafnaburgenſis commemorant. *Anno*

In rebus geſtis huius anni definit Chronicon ſeu Hiſtoria Germanorum à *Lãberto Scafnaburgenſi*, monacho Herſfeldenſi, accuratè & fideliter deſcripta: vt ipſum inter melioris notæ Hiſtoriographos collocare I. Lipſius non dubitarit. 1077.

Agnes Imperatrix, Henrici IV. Regis mater, Romæ moritur. Suenoni Daniæ Regi defuncto ſuccedit *Haraldus* filius.

An. 1078. Inter Rudolfum & Henricum Reges VII. Idus Auguſti prælium atrox committitur: Rudolfus victoriam, ſed cruentam obtinet. *Berthold.* 1078.

Gerardus, eo nomine ſecundus, fit Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus. Huic Baldericus Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus Chronicon Cameracenſe, à ſe conſcriptum, dedicauit. *Gerardus II.*

Iubet hîc ſubnectere, quæ de Lietberti (in quo Balderici Chronicon deſinit) ſucceſſoribus in cathedra Cameracenſi, ſubiunguntur in ms. codice

Anno monaſterij Rubræ vallis quod eſt Canonicorum regularium prope Bruxellam.

Epiſcopi Cameracenſes. Poſt Lietbertum in Epiſcopatu ſucceſſit alter *Gerardus*; poſt hunc *Manaſſes*, Sueſſionenſis eccleſiæ clericus; poſt hunc *Gualterus*, Tornacenſis eccleſiæ Canonicus; poſt hunc *Odo*; poſt hunc *Burchardu*; poſt hũc *Lietardu*; poſt hunc *Nicolaus*, Goſuini de Mõtibus frater qui anno Dominicæ Incarnationis 1167. apud Vaucellas obijt, ſed Cameracum tumulandus honorificè tranſlatus, ſepultus eſt in veſtibulo eccleſiæ B. Mariæ, ante altare S. Ioannis Baptiſtæ.

Poſt Nicolaum ſucceſſit *Petrus*, filius Theoderici Comitis Flandriæ, & rexit annis quattuor: ſed poſtea, vt erat iuuenis, clericatum depoſuit, & electionem dimiſit, vxore accepta Comitiſſa Niuernenſi.

Poſt hunc in epiſcopio Cameracenſis eccleſiæ ſucceſſit *Robertus*, qui dicebatur Præpoſitus Ariæ, & rexit in electione eccleſiam Cameracenſem per quinque menſes, & à complicibus Iacobi, vt fertur, apud Condacum,

cum, inter duos pontes, interfectus eſt, & apud Ariam tumulandus tranſlatus. *Anno Condé.*

Poſt hunc *Alardus*, Archidiaconus eiuſdem eccleſiæ, ſucceſſit, & rexit eccleſiam anno & dimidio, & mortuus eſt plenus dierum. Poſt hunc ſucceſſit *Rogerus*, frater Hellini Wanrigaui, vir totius bonitatis & honeſtatis moribus adornatus. Hic anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo nono, concilio Romano, ab Alexandro Papa celebrato, interfuit, & ibidem in Epiſcopum conſecratus eſt à Guilielmo Remenſi Archiepiſcopo & Apoſtolicæ Sedis Legato, in eccleſia S. Sabinæ. *Hactenus ex ms. codice Rubræ Vallis.* De ſingulis infrà ſuis locis dicemus.

An. 1079. Adela, Balduini Pij Flādriæ Comitis vxor & Roberti Galliæ Regis filia moritur, in monaſterio ſuo Meſſinenſi condita, hoc elogio addito: 1079. *Adela moritur*

Hæc qui ſcripta legis, iacet Adela filia Regis,
Hæc loca ſancta piè fundans in honore Mariæ.

Obijt

Anno Obijt & *Drogo* Morinenſis Epiſcopus, non minùs litteris quàm pietate nobilis, ſuccedente *Huberto*. Quo pulſo, *Lambertus* per Robertum Friſium Flandriæ Comitem eſt ſuperinductus. Eo item pulſo per Euſtachium Aduocatum Teruanenſem, Teruanenſes *Gerardum* ſibi Antiſtité elegerunt. Quibus de rebus vide Gregorij VII. Papæ epiſtolas, ad Rob. Friſium ſcriptas, & infra an. 1081.

Drogo.

Berengarius Romæ in ſynodo hæreſim ſuam de Euchariſtia tertiò abiurat. *Berthol.*

Anchin. S. Saluatoris cœnobium, in inſula Aquicinctina (in qua olim *S. Gordanius* eremita vixerat) hoc anno viri illuſtres *Sicherus* & *VValterus* ædificare ac dotare cœperunt. Inſulam ipſis dono dedit *Anſellus* ſiue *Anſelmus*, Comes de *Riboldimonte*, vir nobiliſſimus. *Gerardus II.* Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus iuuit, & primum ipſis Abbatem dedit *Alardum*, monachum Haſnonienſem: vt in Chronico Aquicinctino, quod ms. in Rubra Valle exſtat, me legere memini. Tradunt autem

tem Sicherum ſeu Sigerum fuiſſe dominum *Corcellæ*, Gualterum autem dominum *Pequicuriæ*, ſub cuius ditione ſitum eſt Aquinctum, & quam hodieque poſſidet Abbas Aquicinctinus. *Anno* *Corcellę* *Pecquencourt.*

Hoc tempore Turci in Oriente ſuper Arabes & Saracenos præualuerāt. Armeniam itaque ac Syriam incurſantes, Antiochiam inter reliquas vrbes capiunt. *Sigeb.* *Turci.*

Henricus Leodiēſis Epiſcopus, Romam proficiſcens, ab Arnulfo Comite ſpoliatur, & ad iuramentum compelliter, nihil ſe repetiturum: ſed anno ſequenti à iuraméto abſoluitur per Gregorium VII. Papam, cuius epiſtolam 13. lege.

Anno 1080. Gregorius Papa menſe Martio Henricum Regem iterum excommunicat; Henricus Guibertum Antipapam creat: vt Bertholdus narrat. 1080.

Rodulfus & Henricus Reges, in Saxonia prope *Elſtram*, prælio inter ſe concurrunt: in quo *Rudolfus* Rex cæſus occubuit, pòſt Merſeburgi ſepultus. *Sigeb. & Berthol.*

Rober-

Anno Robertus Friſius, Flandriæ Comes monaſterij Meſſinenſis ab Adela matre ſua conditi (*viſis*, vt ipſe loquitur, *tot miraculorum ſignis in eodem loco*) poſſeſſiones confirmat. Diploma exſtat in noſtro Codice, à Roberto & Philippo Friſij filijs, Euſtathio Comite Bolonienſi, Hugone Comite S. Pauli, Balduino Gandenſi, Arnulfo Ardederenſi, Roberto Peronenſi, & Euerardo Tornacenſi, Caſtellanis, ſignatum.

1081. *S. Arnulfus.* Anno 1081. Metis concilium habetur, in quo *S. Arnulfus* fit Sucſſionum Epiſcopus, & *Lambertus* Morinenſis deponitur: vt ex Hariulfo in Arnulfi vita cap. 25. & ex Gregorij VII. Papæ libro 9. epiſt. 34. datur intelligi.

Idem *Gregorius* Papa hoc anno epiſtolam contra Reges diſcolos, Idibus Martij, ad Herimannum Metenſem Epiſcopum ſcripſit: cui Sigebertus Gemblacenſis, vt Henrici IV. Regis & ſchiſmaticorum fautor, impudenter reſpondit.

Ordo *Vallis Vmbroſæ*, monachorum ſub

ſub regula ſancti Benedicti militantium, inſtituitur à S. Ioanne Gualberto. *Anno Vallis Vmbroſa.*

Ioannes Curopalates Græcus Hiſtoriam ab anno Chriſti 811. vſque ad hunc annum ſcripſit.

Henricus Rex magno cum exercitu Romam profectus, eam obſidet. Henrico IV. Regi filius *Henricus* naſcitur. *Henricus V.*

Aldenburgenſe templum in Flandria multis miraculis illuſtratur.

Anno 1082. Henricus Rex Romam iterum obſidet, ſed fruſtra. Itaque in Longobardiam reuertitur, Guiberto Antipapa Tibure relicto, ad vexandos Romanos. Catholici per Saxoniam conſtituti Regem ſibi eligunt *Herimannum*, & ſufficiunt in locum Rodulfi defuncti. *Sigebertus*. Fuit is natione Lotharingus, & filium habuit *Othonem* Palatinum, *Comitem *de Rinecke*. 1082.

Marianum Scotum, à Chriſti natiuitate ad hunc vſque annum, ætatis ſuæ quinquageſimum ſextum, perduxiſſe ſuum Chron. ſcribit Sigebertus. *Marianus Scotus.*

Quo

Anno Quo fit, vt meritò dubitent eruditi, an pars Chronici,ab orbe condito vſque ad Chriſti ortum, Mariano præfixa, ſit ipſius opus.

1083. Anno 1083. *VVeterico* monacho Blandinienſi per Flandriam ac Brabantiam, contra ſæculi vitia, acriter concionante,quinque viri nobiles, inter quos *Gerardus Niger* eminebat, illius ſacris monitionibus moti, ſæculum reliquerũt, & *Affligemij*, loco tunc inculto ac ſiluis horrido, monaſterium exſtruere cœperunt.

Affli-ghem.

Henricus Rex, capta vrbe Leonina, Guibertum ſeu Clementem Pſeudopontificem in Vaticana Sede per vim collocat.

Monaſterienſe, vt vocant, B. Mariæ cœnobium, à *Conrado* Comite Luxeburgenſi (cui vxor fuit *Clementia*, Henrici IV. Regis filia) in diœceſi Treuerenſi cõditur: quod olim extra, nunc intra muros vrbis Luxeburgenſis viſitur. Conradus porrò, amore diuino ſuccenſus, cùm Hieroſolymam ſe contuliſſet, inde rediens, anno 1086. VI. Idus Auguſti, peregrè obijt. Corpus

Mũſter.

pus

 Anno

pus eius domum poſtea aduectum (præſente vidua *Clementia*) per manus quattuor filiorum, videlicet *Adelberonis* Primicerij Metenſis, *Henrici* & *Conradi* Comitum, & *Rodolphi* primi Abbatis Munſterienſis, honorificè ſepultum fuit in hoc ipſo monaſterio, quod condiderat. Vide Ioannem Bertelium, primò Munſterienſem, pòſt 1083.
Epternacenſem Abbatem, in Hiſtoria Luxeburgenſi.

Theodericus IV. Hollandiæ Comes poſſeſſiones monaſterij *Egmondani*, à Theoderico I. Comite incohati, ab alijs deinde aucti, ſuo diplomate confirmat; quod ex Guilielmi Hedæ Hiſtoria Vltraiectina tranſſcriptum, in Codice noſtro reperies. Egmōt.

Anno 1084. Balduinus Hannoniæ 1084.
Comes, Balduini Montenſis & Richildis filius, vxorem ducit *Idam*, Lamberti II. Comitis Louanienſis ſororem: ex qua liberos habuit Balduinum, Arnulfum, Idam, Richildem, & Aliſam.

Henricus Rex Lateranenſe palatium, feria quinta ante Dominicam

Palma-

Anno Palmarum, occupat, & die Paſchatis à ſuo Antipontifice coronatur. Sed mox, adueniente *Roberto Guiſcardo* Normanno, in Germaniam redijt. Pontifex, Vrbe relicta, Caſſinum montem petijt, indeque Salernum ſe contulit: vt Leo Oſtienſis, & Bertholdus commemorant.

Oudenborch. In Aldeburgenſi apud Flādros templo, Deiparæ cultu ac miraculis celeberrimo, *S. Arnulfus* Sueſſionenſis Epiſcopus cōuentum monachorum Benedictinorum, Roberto Friſio Flandriæ Comite, & Ratbodone Epiſcopo Tornacenſi probantibus, collocat. Hoc ipſo in loco S. Arnulfus anno 1087. obijt ac ſepultus fuit, multis clarus miraculis. Quibus motus *Lambertus* Tornacenſis Epiſcopus, auctoritate *Cononis* Legati Apoſtolici, & Patrum Concilij Bellouacenſis, qui miracula examinauerāt, corpus ſacrum anno 1121. è terra leuauit. Vitam eius ſcripſit *Hariulfus* Abbas Aldeburgenſis, ad eumdem Lambertum Epiſcopum, quæ ms. exſtat integra in Vrſicampo, Ord. Ciſtercienſis monaſterio, apud Nouiomum

Nouiomum Picardiæ vrbem Hanc ipſam Surius tom. 4. edidit, ſed præfatione triplici omiſſa. *Anno*

Aldeburgenſis cœnobij olim monachus fuit *Arnoldus VVionus*, patria Duacenſis, qui bellis ciuilibus apud Belgas ſæuientibus, in Italiam ſe contulit, & *Lignum vitæ*, alioſque libros vtiles de ſuo ordine Benedictino Venetijs publicauit. *Arnol. VVion.*

Ingelramus Dominus Lilarienſis *Hammenſe* monaſterium, inter Ariam & Lilariam Arteſiæ opida, & Balduinus Comes Giſnenſis *Andrenſe* fundant, probante *Gerardo* Morinenſi Epiſcopo; monachis Benedictinis ex Caroſenſi apud Pictones cœnobio adductis, cùm illac ex Compoſtellana ad S. Iacobum peregrinatione domum Ingelramus & Gerardus rediјſſent: vt Iperius in ms. Chronico Bertinenſi & Meierus narrant. 1084. *Ham.* *Andre.*

S. Bruno, Coloniæ Agrippinæ natus, in vaſta eremo, quæ Cartuſia vocatur, apud Gratianopolim in Gallia, monaſterium ædificare incipit. Hinc origo ordinis Cartuſiani. *Cartuſia.*

Anno 1085. Anno 1085. Gregorius VII. Papa die 22. Maij Salerni moritur ac ſepelitur. Ibidem vt Sanctus colitur, itemque Suanæ in patria ſua: teſte Philippo Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ.

Eſtrun. Hoc ferè tempore Gerardus II. Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus *Strumenſe* virginum Benedictinarum cœnobium, primo lapide ab Atrebato ædificandum curauit.

Pace inita cum Balduino Montenſi, *Robertus Friſius* filio ſuo *Roberto* Flandriæ adminiſtrationem committit, & amplo comitatu in Syriā proficiſcitur, templum Hieroſolymitanum & montem Sinam, S. Catharinæ ſepulcro nobilem, viſitat. *Meierus*

Odfridus fundator ac primus Antiſtes Watinenſis cœnobij moritur.

1086. Anno 1086. Richildis, Hannoniæ & Flandriæ Comiſſa, menſe Martio moritur; relicto filio *Balduino* Hannoniæ Comite. Sepulta fuit Haſnonij iuxta Balduinum maritum.

S. Dionyſij Abbatia Benedictinorum altero lapide à Montibus Hannoniæ ſita,

ſita, Richildi, eiuſque filio Balduino originem ac dotem ſuam debet: vt Iacobus Guiſius in mss. Hanoniæ Chronicis narrat. Eſt autem ædificata eo ipſo loco, niſi fallor, quo cruentum prælium an. 1072. eſt commiſſum, de quo ſupra. Anne

Conrado Comite Luxeburgenſi hoc anno, in peregrinatione Hieroſolymitana, defuncto, ſucceſſit *Henricus* filius.

Henricus, Bracbatenſis patriæ Comes & Aduocatus, fundum monaſterij Affligemienſis, ad Comitatum ſuum hereditario iure pertinentem, *Gerardo Nigro*, eiuſque ſodalibus donat, vnà cum capella Wauerenſi. Diploma à Steppone & Waltero Bruxellenſibus, Balduino & Sigero Aloſtanis, Waltero Aſcano, & alijs Brabantiæ proceribus ſignatū, exſtat in noſtro Codice. *Affligē.* *Wauer.*

Adela Comitiſſa Bracbatenſis, cum duobus filijs ſuis, *Henrico* ſupra nominato & *Godefrido Barbato*, eumdem locum libertate donat: vt in ms. Auctario Lipſiano ad Sigeberti Chronicon legitur.

Anno Vt Affligemienſis eccleſia in Brabantia, ſic & Aquicinctina apud Duacum, hoc ipſo anno dedicata eſt à Gerardo II. Cameracenſi Epiſcopo.

Deſiderius Abbas Caſſinenſis ipſo die Pentecoſtes eligitur Papa, & Victor III. nuncupatur. *Bertoldus & Baron.*

1087. An. 1087. Ratbodus Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus confirmat fundationem Harlebecani Canonicorum collegij, prope Curtracum.

S. Arnulfus Epiſcopus Sueſſionenſis Aldenburgi in Flandria moritur ac ſepelitur: de quo vide ſupra anno 1084.

Guilielmus Rex Angliæ & Dux Normanniæ, Balduini Inſulani gener, moritur: ſuccedente filio *Guilielmo Rufo.*

S. Canutus Daniæ Rex hoc anno, aut ſequenti, vt vult Meierus, pro zelo Chriſtianæ religionis interficitur. Ex Adela, Roberti Friſij, Flandriæ Comitis filia, genuit beatũ *Carolum* Flandriæ Comitem, pariter martyrem.

Victor III. Papa moritur XVI.

Kalend.

Kalend. Octobris. *Anno*

An. 1088. Berta Imperatrix, Henrici IV. coniux, moritur, & Spiræ ſepelitur. Anno ſequenti Imperator Coloniæ vxorem duxit Vtonis Marchionis viduam: vt Conradus Abbas Vrſpergenſis narrat. 1088.

Peſtilens morbus, qui *Ignis ſacer* vocabatur, graſſatur.

Vrbanus Papa conſecratur, IV. Idus Martij.

Lotbertus Abbas Haſnonienſis vendit Giſelberto, Balduini Gandenſis filio, alodia in *Aloſt, Raſſegem* & *Lede*. Diploma exſtat in Codice donationum piarum. Idem Giſelbertus, ad Terram ſanctam cum God. Bullonio profecturus, in eodem illo ſuo alodio Aloſtano, ab Haſnonienſibus empto, monaſterium virginum ædificauit, quod inde Foreſtum prope Bruxellam poſtea per *Vorſt.* Odonem Epiſcopum Cameracenſem eſt tranſlatum.

Anno 1089. *Godefrido Bullonio*, Godefridi Gibboſi ex Ida ſorore nepoti, vt Sigebertus loquitur, ab Henrico IV. Germaniæ Rege datur Ducatus 1089.

Anno Lotharingiæ inferioris, quem Conradus eiuſdem Henrici filius hactenus poſſederat.

Herimannus Metenſis Epiſcopus, ſchiſmaticorum hoſtis, ad ſedem ſuam reuertitur, expulſo Brunone inuaſore.

Annus hic peſtilens fuit præſertim in Lotharingia & Flandria: vbi multi, ſacro igne interiora conſumente, & exeſis membris inſtar carbonum nigreſcentibus, miſerè perierunt. *Sigeb.*

Ignis ſacer.

Præpoſitum eccleſiæ S. Donatiani Brugenſis Robertus Comes perpetuum Flandriæ Cancellarium conſtituit, tabulis deſuper editis. *Meierus.*

1090. Anno 1090. *Euſtathius* Boloniæ Comes, & vxor eius *Ida*, Godefridi Bullonij parentes, fundant monaſterium

Merck. B. Mariæ de Capella, vulgò *Merck* nuncupatum, ſecundo lapide à Caleto oppido: quod monaſterium poſtea adiunctum fuit Abbatiæ Morinenſi S. Ioannis in Monte. *Iperius & Meierus.*

Herimannus Metenſis Epiſcopus moritur. Vrbanus Papa Toloſæ ſynodum habet circa Penteceſten.

S. Bernardus in Burgundia naſcitur.

tur. Metis corpus *S. Clementis*, primi illius vrbis Epiſcopi, inuentum leuatur. Herimannus poſt Rodulfum Rex electus contra Henricum IV. Regem, moritur. *Sigeb.* *Anno*

An. 1091. Apud Brugas, in templo Deiparæ, collegium ſacerdotum à Ratbodone Epiſcopo inſtituitur. 1091.

Euershamenſe regularium cœnobium in agro Furnenſi incohatur, *VValtero* Canonico Caſtetenſi altare S. Petri offerente: quod monaſterium *Gerardus* Morinenſis Epiſcopus libertate donauit. *Euerſham.*

Henricus Epiſc. Leodienſis moritur, & ſuccedit *Otbertus*: teſte Sigeberto.

Henricus IV. Rex Mantuam, & alia Italiæ opida ſeu caſtella, ſibi aduerſantia, expugnat & capit. *Sigeb.*

An. 1092. in ſuburbano Tornacenſi, *Odo*, patria Aurelianenſis, Tornaci tunc temporis Scholaſticus, hoc eſt, Rector ſcholarum, vir eruditiſſimus, monaſterium S. Martini conſtruere incipit; *Radbodo* Epiſcopo, & Canonicis eccleſiæ cathedralis fundum donantibus. Idem Odo cum ſocijs ſuis 1092.

Anno an. 1093. veſtem monaſticam induit, ac demum ex Abbate factus Epiſcopus Cameracenſis, anno 1113. obijt. Sic ferè legitur in Orteliano Auctario ad Sigeberti Chronicon.

Odonis, inter alia, commentarius in *Canonem Miſſæ*, ſcriptus eſt ad *VVolbodonem* monachum Affligemienſem, vnum ex primis illius loci fundatoribus.

Gerardus II. moritur Gerardus II. Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus moritur II. Idus Auguſti. Poſt cuius obitum magna fuit altercatio de ſucceſſore conſtituendo. Quam occaſionem amplexi Atrebatenſes, vt proprium ſibi Epiſcopum eligere poſſent, ab Vrbano Papa anno 1093. impetrarunt. Elegerunt itaque Lambertum Archidiaconum Teruanenſem. Cameracenſis autem populus *Manaſſem*, clerus verò *Gualterum* ſibi Epiſcopum elegit.

Iuo. *Iuo*, eccleſiæ S. Quintini Bellouacenſis primus Abbas, ab Vrbano Papa conſecratur Epiſcopus Carnutenſis: vt Baronius teſtatur. Scripſit inter alia Epiſtolas plurimas, rerum iſto æuo geſtarum plenas. Idem Canonicorum regula-

regularium ordinem, iniuria tempo- *Anno*
rum collapſum, reſtituit, & per Galliam propagauit, ac primò quidem in Bellouacenſi, pòſt in Carnutenſi, alijſq́ue diœceſibus. Abbatiam S. Ioannis Carnutenſis *in Valle*, ex ſæculari in regularem an. 1099. conuertit. Vnde verſiculi, ex Kalendario eiuſdem eccleſiæ deſumpti: *Chartres.*

Centũ mille minùs vno currẽtibus annis,
Floruit hic primũ locus ordine canonicali.

Ad meliorem vitam tranſijt Idibus Decembris anno 1115. vt in Martyrologio eccleſiæ Carnotenſis legitur.

Tornaci inſtituitur ſupplicatio ſolemnis à *Ratbodone* Epiſcopo, die Exaltationis S. Crucis, ad peſtem *Ignariam*, ſeu Ignis ſacri, vt vocabant, auertendam; de qua ſupra non ſemel, & infra anno 1129 dicemus.

Guilielmus Rex Angliæ moritur: ſuccedit filius eius *Guilielmus*, cui vxor fuit Clementia, Calixti II. Papæ ſoror, & liberi ex ea Balduinus, Guilielmus, Philippus.

Anno 1093. Robertus Friſius Flãdriæ Comes, pridem ex Syria redux, 1093.

in vi-

Anno in viuis eſſe deſinit, & Caſſeti in crypta S. Petri ſepelitur. Succedit filius eius *Robertus*, cognomento *Hieroſolymitanus*.

Lo. *Thomas* presbyter Loënſis circa annum 1050. eccleſiam ſuam in Canonicorum regularium cœnobium verterat. Hoc anno *Philippus* Comes Loënſis Comitatum ſuum cœnobio huic attribuit, tabulis deſuper editis, quas Meierus ſe vidiſſe ſcribit. Situm eſt monaſterium iſtud in diœceſi Ipreníi, olim Præpoſituræ, nunc Abbatiæ titulo gaudens, ab anno ſcilicet 1623. ex indulto Apoſtolico.

1093. *Conradus* Henrici V. Regis filius à patre deficit, in italiam fugit, & Imperator ſiue Rex ab Archiepiſcopo Mediolanenſi coronatur.

In vico *Declinin*, prope Gerardi montem, Flandriæ opidum, Manaſſes à populo Cameracenſi Epiſcopus electus, circa an. 1093. aut 1095. monaſterium Benedictinorum excitauit: quod inde ad Gerardi montem anno 1096. eſt tranſlatum, Roberto Flandriæ Comite, & Hinrincboldo illius opidi Caſtellano, petentibus, & Manaſſe

naſſe Archiepiſcopo Remenſi, cum ſuis Coëpiſcopis, probante. Anno

Atrebatenſes proprium ſibi Epiſcopum *Lambertum*, antea Teruanenſem Archidiaconum, & S. Petri Inſulenſis Canonicum, die 10. Iulij eligunt, probante Vrbano Papa. Clerus Cameracenſis paulò pòſt *VValterum* ſibi Antiſtitem elegit.

Aimericus Abbas Aquicinctinus eccleſiam *S. Georgij* martyris, iuxta caſtrum *Heſdinienſe*, ædificare incipit: cui coadiutores præcipui fuerunt, *Engelramnus* Comes Heſdinienſis, & nobilis miles *Ernulphus*, qui omnia quæcunque in prædicto caſtello habuit eidem eccleſiæ contulit. Anno 1099. ex Lidda ciuitate Paleſtinæ, pro eccleſia Aquicinctina S. Saluatoris, tranſmiſſum eſt brachium S. Georgij, ab Anſelmo Comite de Riboldimonte; quod an. 1100. attulit Robertus Comes Flandriæ. Sic ferè legitur in veteri Chronico ms. Aquicinctino. *Heſdin.*

Floret hodieque monaſteriolum ſeu Prioratus S. Georgij in veteri Heſdino, Arteſiæ opido, per Carolum V.

Imp.

Anno Imp. deſtructo, cùm Heſdinum nouum loco commodiore, contra Francorum incurſiones, excitaſſet.

Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus moritur: ſuccedit Anſelmus.

1094. Anno 1094. ineunte, Lambertus Romæ ab Vrbano II. Papa conſecratur Epiſcopus Atrebatenſis. Gualterus paulò pòſt aduenięns etiam approbatur, ſed Cameracenſis tantummodò Antiſtes futurus: eſtque Remis à Rainaldo Archiepiſcopo deinde conſecratus. Vrbani Papæ epiſtolas ad hunc Rainaldum, & Rainaldi ad Lambertum conſule, quæ mss. exſtant Atrebati in baſilica cathedrali, & Duaci apud Georgium Colueneriuṁ, Academiæ Cancellarium.

Boillon. Godefridus Bullonius eccleſiam S. Petri, in municipio Bullonienſi ſitam, monachis Benedictinis à Godefrido Barbato ſeniore, Duce Lotharingiæ, traditam, prouentibus amplioribus, hoc ferè tempore, dotauit: vt liquet ex eiuſdem God. Bullonij diplomate, quod in noſtro Codice donationum repræſentauimus.

Anno

An. 1095. *Henricus III.* Comes Louanienſis (cui *Gertrudis* Roberti Friſij Flandriæ Comitis filia nupſerat) Tornacum profectus, ad Euerardum illius loci Caſtellanum, in haſtiludio perimitur, & Niuellis ſepelitur. *Sigeb.* *Anno 1095.*

Fratri ſine liberis defuncto ſucceſſit *Godefridus* cognomento *Barbatus*: qui apud Brabantos, vt Balduinus Inſulanus apud Flandros, plurima cœnobia à fundamentis partim excitauit, partim ab alijs incohata perfecit. *Godefr. Barbatus.*

Gertrudis, Henrici vidua, nupſit poſtea *Theoderico* Alſatiæ Comiti, peperitque *Theodericum* cognomento *Alſatium*, Flandriæ Comitem.

Rainaldus Remenſis Archiepiſcopus hoc anno die 21. Ianuarij Atrebati obijt. Hic, ex mandato Vrbani II. Papæ, Epiſcopatum Atrebatenſem à Cameracenſi diuiſit. Rainaldo ſucceſſit *Manaſſes.*

Vrbanus II. Papa in Galliam veniens, impulſu Petri Eremitæ, in *Claromonte*, Aruerniæ vrbe, ſynodum celebrat, pro recuperatione Terræ ſanctæ. Inter alia, mandato Pontificis, *Claromōtana Synodus.*

hîc

Anno hîc decretum fuit, *vt quotquot ſacræ huius viæ voto ſe obligarent, viuificæ Crucis ſalutare ſignum veſtibus imprimerent, & in humeris portarent illius memoriam, cuius paſſionis locum viſitare propoſuerant*: vt Guilielmus Tyri Archiepiſc. lib. 1. De bello ſacro loquitur.

Cruce ſignati. Itaque tam ex regno Francico, quàm ex Imperio Germanico, ſigno crucis ſe muniuerunt,

Hugo Magnus, Philippi Francorum Regis frater, Veromand. Comes;
Robertus Flandrenſium Comes;
Robertus Normannorum Comes, Guilielmi Anglorum Regis filius;
Stephanus Carnotenſium & Bleſenſium Comes;
Ademarus Epiſcopus Podienſis;
Guilielmus Epiſcopus Arauſicēſis;
Raimundus Comes Toloſæ & S. Ægidij;
Godefridus Bullonius, Lotharingię inferioris Dux, & Marchio Antuerpienſis;
Balduinus & Euſtathius, eius fratres;
Balduinus de Burgo, illorum conſangui-

ſanguineus, Hugonis Comitis de Reteſt filius; Anno
Garnerus Comes de Gres;
Balduinus Comes Hainaucorum, id eſt, Hannonienſium;
Iſuardus Comes Dienſis;
Rainaldus Comes Arauſicenſis;
Guilielmus Comes de Foreis;
Stephanus Comes Albæ Marlæ,
Rotrodus Comes Perticenſis;
Hugo Comes S. Pauli;
Henricus de Aſcha, Brabantus:
Petrus Eremita Ambianenſis, cum ingenti multitudine, quam tam ex Regno, quàm ex Imperio contraxerat;

Ex Tranſalpinis,

Boamundus, Tarentinorum Princeps, Roberti Guiſcardi Apuliæ Ducis filius;
Tancredus, eius ex ſorore nepos, & alij plurimi.

Hi omnes, tempus oportunum exſpectantes, ad militiam Chriſtianam ſe parabant. Hieme itaque tranſacta, cum ſe primùm ver aperiret, equos & arma ſinguli præparant, & mutuis ſe legationibus inuitant. Sic ferè Guilielmus

Anno lielmus Tyrius lib. 1. De bello ſacro.

Ad Synodum Claromontanam redeamus. In ea *Lambertus* Atrebatenſis, & *Gualterus* Cameracenſis, Epiſcopi, coram Vrbano Papa diſceptarunt de Epiſcopatu Atrebatenſi nuper ſeparato. Vicit Lambertus, & ex eo tempore Epiſcopatus Atrebatenſis manſit ſeparatus à Cameracenſi, ſicut iam olim ante tempora S. Vedaſti fuerat.

1096. *Bullonium vēditur* Anno 1096. ineunte, *Godefridus Bullonius* ad bellum ſacrum ſe accingens, *Otberto* Leodienſi Epiſcopo arcem ac ditionem Bullonienſem (quam ab auunculo ſuo Godefrido Gibboſo, Lotharingiæ Duce, ſine liberis defuncto, ſucceſſionis hereditariæ titulo acceperat) mille trecentis argenti & tribus auri marcis vendidit: vt Ægidius Aureæ vallis monachus in Hiſt. Leodienſi tradit. Hanc ipſam hodieque poſſidet Epiſcopus Leodienſis, cum titulo Ducis Bullonienſis.

Eodem tempore *Balduinus* Hannoniæ Comes pariter ad Terram ſanctam profecturus, eidem Otberto Epiſcopo

piſcopo caſtellum *Couinum* vendidit auri pondo & marcis quinquaginta acceptis. Et verò maior fuit vtriuſque vendentis, quàm ementis gloria. *Anno Couinum.*

Menſe Martio *VValterus Senſauerius*, vir nobilis, cum ingenti multitudine, primus ſacrum iter arripuit, & per Germaniam tranſiens in Hungariam deſcendit.

Non multò pòſt *Petrus Eremita*, cum quadraginta circiter millibus hominum, Lotharingia, Franconia, Bauaria, & Auſtria tranſcurſa, fines Hungarorum attigit, ac demum Conſtantinopolim cum *Gualtero Sanſauerio* peruenit.

Anno eodem, die 15. Auguſti, *Godefridus Bullonius*, conuocatis ſocijs, & compoſitis ſarcinis, iter agreſſus eſt. Eius caſtris ſe adiunxerunt, 1066.

Balduinus, frater ipſius vterinus, cũ vxore,
Balduinus Comes Hannonienſis,
Hugo Comes S. Pauli,
Engelramus filius eius,
Garnerus Comes de Gres,

Rainardus Comes Tullenſis,
Anno Petrus frater eius,
Balduinus de Burgo, Bullonij conſanguineus.
Henricus & Godefridus de Aſcha, fratres,
Dodo de Cons,
Cuno Comes Montis acuti, & alij plurimi. Hi omnes vno & indiuiduo comitatu die 20 Septembris in Auſtriam peruenerunt, indeque peragrata Hungaria, Conſtantinopolim attigerunt. *Guil. Tyrius.*

His addantur *Anſelmus*, Comes Riboldimontis, fundator monaſterij Aquicintini, *Giſelbertus Aloſtanus*, cœnobij Foreſtenſis auctor: quos hoc ipſo anno ad expeditionem ſacram profectos eſſe, ex tabulis publicis certò conſtat. Omitto alios penè innumerabiles, quos longa ſerie Tyrius, & alij ſcriptores Belli ſacri, itemque Meierus enumerant.

Ceterùm, vt ad Godefridum Bullonium reuertar, habuit is familiam regio more, per ſacrum hoc iter, inſtructam. Baldricum & Matthæum illius *Dapiferos*

ros, Ioſfridum & Stabelonem *Camerarios*, Rothardum *poculi Prouiſorem*, Vdelradum *Conſiliarium*, Letholdum & Radulfum *milites* eiuſdem domeſticos, idem Tyrius alijque laudant. *Anno* *Bullonij familia.*

Porrò antequam in iter ſe daret optimus noſter Princeps, vt expeditionem ſuam Deo ac S. Michaeli, militiæ cæleſtis principi, commendaret, *Antuerpiæ* collegium XII. Canonicorum, in honorem eiuſdem S. Michaelis, inſtituit ac dotauit, decimis villarum aliquot attributis. Quod collegium ex S. Michaelis templo ad baſilicam Marianam anno 1124. tranſlatum, & totidem Canonicis decurſu temporis auctum, nunc eſt cathedrale. *Canonici Antuerp.*

Sic & *Giſelbertus Aloſtanus*, Balduini filius, Adolphi nepos, antequam ſacro itineri ſe accingeret, in alodio ſuo Aloſtano cænobium ſub regula S. Benedicti conſtituit, & in eo matrem ſuam *Odam*; cum *Lutgarde* filia, collocauit: vt ex publicis tabulis, in Codice donationum à me editis, liquet. Monaſterium iſtud, inde in locum Bruxellis vicinum,

Anno Vorſt. à Fulgentio Abbate Affligemienſi tranſlatum, nunc *Foreſtum* nominatur.

Henricus IV. Rex tandem poſt ſeptennium Italia expellitur. *Berthol.*

Genappe Ida, Godefridi Bullonij mater, Affligemienſi monaſterio dat villam Genapiam in Gallo-Brabantia. Diploma donationis à Gerardo Comite Gelriæ, eiuſque fratre Henrico, Waltero Grimbergano, Henrico Cudicenſi, & alijs ſignatum, exſtat in noſtro Codice.

1097. An. 1097. menſe Martio *God. Bullonius*, nauigijs inſtructis, Boſphorum Thracium trāſiens, exercitum ſuum ex Græcia in Bithyniam, Aſiæ prouinciam, tranſuexit.

Boamundus, Princeps Tarentinus, qui ante ingruentem hiemem, cum *Tancredo*, ſororis ſuæ filio ex Guilielmo Marchione, totoque exercitu, Adriaticū mare tranſiens, Dyrrachium vſque peruenerat, peragrata Bulgaria, Paſchali tempore, prope Cōſtantinopolim in complexum Godefridi Bullonij venit.

Robertus Flandrenſium Comes, & *Hugo Magnus* Comes Veromanduorum

&

& Philippi Francorum Regis frater, *Anno*
qui hieme ineunte, cum ſuo comitatu,
mare tranſierant, & ex Bario Apuliæ
vrbe Dyrrachium appulerant, luſtrata
Conſtantinopoli, haut multò pòſt
Bullonio & Boamundo in Aſia ſe ad-
iunxerunt.

His deinde cum copijs ſuis acceſſe-
re, *Raimundus* Comes Toloſanus, *Ademarus* Podienſis, *Guilielmus* Arau-
ſicenſis, Epiſcopi, *Rainbaldus* Comes
Arauſicenſis, *Guilielmus* Comes Fo-
renſis, Guilielmus de Monte Peſſu-
lano, Girardus Roſſilonius, & alij plu-
rimi.

Cùm & Petrus Eremita (qui in Bi-
thynia, lociſque finitimis, cum paucis
ex ſuo comitatu reſiduis hiemauerat)
Principibus ſupra memoratis ſe iun-
xiſſet, copijs omnibus in vnum velut
corpus conflatis, Europæi noſtri he-
roës, medio menſe Maio, *Nicaam* vr- *Nicaa*
bem obſiderunt, ac tandem pulſis Tur- *capitur.*
cis expugnarunt. Hæc ex Guil. Tyrij
libris breuiter digeſſimus.

Hoc ipſo anno apud Truncinium 1097.
Balduinus Gandauenſis, Truncinij do-

Anno minus, ſacræ ſe militiæ accinxit: cui ad impenſas itineris *Godezo* Prępoſitus, totuſque cœtus XLII. marcas argenti, ex templi donarijs, numerauit. Et ne Eccleſia ſe læſam quereretur, Balduinus illi viciſſim *Otegam* oppignorauit, vnde quotannis CL. modios auenæ acciperet. *Meierus*.

1098. Anno 1098. Europæorum exercitus die 3. Iunij *Antiochiam* expugnat: quæ Boamundo Duci committitur: vt Sigebertus, Tyrius, & Bertholdus narrant.

Conradus Epiſcopus Vltraiectenſis, feria 4. Paſchæ, in domo ſua à quodam perimitur.

Ciſteaux. S. Robertus Abbas Moliſmenſis, *Ciſtercienſe* monaſterium in Burgundia conſtruere incipit: hinc origo ordinis Ciſtercienſis.

Anno milleno, centeno, bis minùs vno,
Sub patre Roberto cœpit Ciſtercius ordo.

Vide Chronicon noſtrum Ciſtercienſe, & Chryſoſtomi Henriquez Faſciculum Sanctorum ord. Ciſtercienſis, nuper Bruxellis editum.

Lancea Dominica, à tempore Apo- ſtolorum

ſtolorum non viſa, per Chriſtianos in Oriente inuenitur: quam poſtea in prælijs felice ſucceſſu prætulerunt. *Sigebertus.* *Anno Lancea Domini*

Robertus Flandriæ Comes, in Syria militans, per litteras vxori ſuæ *Clementiæ* mandat, vt cœnobium conſtruat in honorem *S. Andreæ*, quòd is *Petro* Maſſilienſi ſacerdoti apparuiſſet, auctorque ſacræ lanceæ inueniendæ exſtitiſſet. Clementia, haut procul ab vrbe Brugenſi, mox cœnobium ædificare cœpit; quod Robertus Comes, ex Syria an. 1100. redux, Fulgentio Abbati Affligemienſi commiſit, ea lege, vt ex ſua domo monachos eò mitteret. *Andreanū monaſteriū*

Anno 1180. auctoritate Alexandri Papæ, Andreanum monaſterium ab Affligemienſi eſt diuiſum, datuſque Andreanis Abbas proprius, *Hugo* nomine, per Guilielmum Remenſem Archiepiſcopum, agente Philippo Alſatio, Flandriæ Comite: vt in Chronico ms. Affligemienſi, & apud Meierum legitur.

Ida, Godefridi Bullonij mater, dotat

Anno S. Bertini monaſterium.

1099. Anno 1099. Coloniæ poſt Herimannum Fredericus ordinatur Archiepiſcopus. *Sigeb.*

Hieroſolyma capitur. Hieroſolyma, belli ſacri caput, die 15. Iulij, feria ſexta, ab Europæis capitur, *Godefrido* noſtro *Bullonio*, omnium primo muros tranſcendere auſo. Exinde regnum Hieroſolymitanum Godefrido, cuius potiſſimùm virtute vrbem captam eſſe conſtabat, omnium conſenſu delatum: quanquam pijſſimus Princeps nec inſigne, nec nomen regium vſurpare voluit in ea vrbe, vbi Dei filium purpura indutum, & Regem per ludibrium meminerat appellatum.

Antiochia Boemundo Tarentinorum Principi, Edeſſa Balduino, Bullonij fratri, Galilæa Tancredo, ſororis Boemundi filio, ceſſerunt. Ceteri Principes, capta Hieroſolyma, cum ingenti gloria domum plerique redierunt.

Creatus & Hieroſolymis Patriarcha Latinus: is fuit *Euermarus*, cui deinde ſucceſſerunt, *Arnulfus*, *Guilielmus*

lielmus Meſſinenſis, & *Achardus*, omnes quattuor Belgæ. *Anno*

Fraxinenſem cellam in Gallo-Brabantia (cuius initia *Eremburgi* piæ matronæ debenter) Fulgentius Abbas Affligemienſis regendam ſuſcipit. *Freſne.*

Vrbanus Papa quarto Kalendas Auguſti moritur : ſuccedit *Paſchalis II.*

Ioannes, primùm Canonicus regularis in Monte ſancti Eligij, pòſt Archidiaconus Atrebatenſis, creatur Morinenſis Epiſcopus ; & laudatiſſimè præfuit annis triginta. Eo adiutante, ſex monaſteria in diœceſi Morinenſi ſunt partim incohata, partim abſoluta, videlicet S. Martini *Iprenſe*, *Loënſe* & *Euershamenſe*, Canonicorum rugularium, *Borburgenſe* & *Merckemenſe*, monialium Benedictinarum, itemque *Giſnenſe* : vt Iperius in ms. Chronico Bertinenſi & Meierus commemorant. *Ioannes Bonus.*

Ex his Iprenſe anno 1559. verſum eſt in Canonicorum ſæcularium cathedralę collegium, auctoritate Pij IV. Pont.

Anno

Pont. Maximi. Merckemenſis verò cœnobij prouentus Iprenſi Soc. Ieſu collegio ſunt attributi.

Bourburg.

Borburgenſis monaſterij (quod eſt nobilium virginum, vt & Meſſinenſe) fundatrix fuit *Clementia*, Roberti Hieroſolymitani, Flandriæ Comitis, coniux, & Calixti II. Papæ ſoror: quæ anno 1129. moriens, ibidem eſt condita.

Aneſne les Dames.

Eadem Comitiſſa *Auennenſe* monialium ſimiliter cœnobium apud Bapalmam, Arteſiæ opidum, circa annum 1128. condidit: quod bellis Gallicis ſæuientibus, ad caſtrũ Bellomottçum, haut procul Atrebato, circa an. 1565. eſt tranſlatum.

Canonicorum collegia ſæculo XI. apud Germanos inferiores condita, hoc eſt, ab anno 1000. *vſque ad anno* 1100.

Florines.

F*Lorinenſe* collegium, ab Arnulfo Domino Florinarum, incohatum, filius eius, Gerardus I. Epiſcopus Camera-

meracenſis anno 1012. perfecit. *Anno*

S. Bartholomæi templum ac Canonicorum collegium, ineunte ſæculo XI. *Godeſcalcus*, maioris eccleſiæ Præpoſitus, Leodij excitauit, hortante Notgero Epiſcopo. Templum ſolemni ritu Baldricus Epiſcopus an 1015. conſecrauit. *Liege.*

Lenſienſis eccleſia apud Arteſios anno 1028. cœpit habere Canonicos; quos poſtea dotarunt *Euſtathius* Comes Bolonienſis, eiuſque coniux *Ida*, Godefridi Bullonij parentes, ibidem ſepulti. *Lens.*

S. Albani *Namurcenſe* collegium, nunc cathedrale, inſtituit *Albertus* Comes Namurcenſis, qui an. 1046. à Godefrido Barbato Lotharingiæ Duce cæſus, occubuit. Dotem poſtea Fredericus Imp. auxit. *Namur.*

Louanienſe S. Petri collegium agnoſcit conditorem *Lambertum I.* Comitem Louanienſem, aut eius filium *Baldricum*. *Louen.*

Bruxellenſe SS. Michaelis & Gudilæ anno 1048. fundauit *Baldricus* Comes Louanienſis, & *Oda* eius coniux. *Bruſſel.*

Vltra-

Anno *Vtrecht* *Vltraiectina* S. Petri & S. Ioannis Bapt. collegia *B. Bernulfus* Epiſcopus fundauit, qui an. 1054. obijt.

Deuēter Idem medietatem collegij S. Saluatoris Vltraiecto *Dauentriam* tranſtulit: qua in vrbe ſedes Epiſcopalis anno 1559. per Pium IV. Papam eſt conſtituta.

Meſſines. *Meſſinenſe* XII. Canonicorum ſodalitium anno 1060. inſtituere cœpit Adela Flandriæ Comitiſſa.

Aire. *Harlebeke.* *Lille.* *Arienſe* anno 1059. *Harlebecanum* an. 1063. & *Inſulenſe* an. 1066. dotarunt *Balduinus Pius*, Flandriæ Comes, eiuſque coniux *Adela*. Ariæ in choro ſeu odeio hic verſus chronographicus legitur:

bIs ſepteM IV præbendas baLdIne dedIſtI.

Præbendis XIV. à Balduino inſtitutis alias XVI. *Philippus Aiſatius* Comes an. 1165. adiecit.

Huy. In *Hoienſi* ſeu *Huienſi* eccleſia anno 1066. *Theoduinus* Epiſcopus Leodienſis XV. præbendas addidit prioribus XV. à Bozone Archidiacono fundatis.

Cābray. Cameracenſe S. Crucis collegium

Elbau-

Elbaudus cognomento *Rufus*, vir nobilis, fundauit, qui anno 1071. moriens ibidem in choro conditus iacet. *Anno*

Loſſenſe collegium circa an. 1070. Hermannus, Comitis Loſſenſis frater, condidit. *Los.*

Caſleti ad S. Petri XX. & *Torholti* X. Canonicos circa an. 1073. conſtituit *Robertus Friſius*, Flandriæ Comes. *Caſſel.* *Torholt.*

An. 1078. *Morengus* vir nobilis, eiuſque vxor *Oda* ſex præbendas Bethuniæ in eccleſia S. Bartholomei fundarunt, probante Gerardo II. Cameracenſi & Atrebatenſi Epiſcopo. Reliquas poſtea adiecerunt *Daniel* & *Robertus*, toparchæ Bethunienſes. *Bethune*

Trudonenſe B. Mariæ collegium circa an. 1080. initia accepit ab Adalardo Abbate Trudonenſi.

Brugenſe B. Mariæ collegium *Ratbodo* Epiſcopus Tornacenſis inſtituit anno 1091. *Bruges.*

Antuerpienſe collegium, quod nunc eſt cathedrale, *Godefridus Bullonius*, Dux Lotharingiæ, & Marchio Antuerpienſis, anno 1096. inſtituit ac dotauit. *Anuers.*

Hoc

Anno Ander-lecht. Hoc item ſæculo, nimirum an. 1012. S. Guido obijt *Anderlaci* prope Bruxellam: ad cuius ſepulcrum cùm plurimi confluerent, & donaria offerrent, collegium Canonicorum, progreſſu temporis, ab Epiſcopis Cameracenſibus eſt inſtitutum, & à toparchis Gasbecanis dotatum atque auctum.

Benedictinorum monaſteria ſæculo XI. excitata.

Florines FLorinenſe monaſterium, ab *Arnulfo* toparcha Florinenſi incohatum, filius eius *Gerardus* I. Epiſcopus Cameracenſis an 1012. perfecit.

Liege. *S. Iacobi* Leodienſe an. 1014. *Baldritus* Epiſcopus Leodienſis incohauit, & *VVolbodo* eius ſucceſſor abſoluit.

Monaſterium *S. Laurentij*, propè Leodium, an. 970. ab *Euraclo* Epiſcopo incohatum, *Reginardus* Epiſcopus nouo & ampliore templo an. 1030. exornauit.

S. VVinoxberghen. *VVinnoci-bergenſe* templum Benedictinis an. 1028. à Balduino Barbato, Flandriæ Comite, eſt traditum, pul-

ſis

ſis Canonicis. *Anno*

Marchianis prope Duacum per eumdem Comitem Benedictini anno eodem ſunt collocati, dimiſſis monialibus. *Marchiennes.*

S. Andreæ monaſterium in Caſtello Cameraceſij, per Gerardum I. Epiſcopum an. 1046. fundatur ac dotatur. *Chaſteauen Cambreſy.*

S. Pauli Abbatia, ab Aufrido Epiſcopo Vltraiectino fundata, ex agro Amersfurtenſi in vrbem Vltraiectinam anno 1054 per B. Bernulphum Epiſcopum transfertur. *Vtrecht*

Fidemium circa an. 1060. aut 1080. eſt fundatum in ſilua Fidemienſi, quam Otho III. Imp. Rothardo Epiſcopo Cameracenſi an. 982. dedit, teſte Balderico lib. 1. cap. 108. *Fimy.*

Einhamum anno 1063. à Balduino Pio Flandriæ Comite, eiuſque vxore Adela Benedictinis traditur. *Eenhā.*

Cameracenſe *S. Sepulchri* cœnobium anno 1063. Lietbertus Epiſcopus excitauit. *Cambray.*

Haſnonium Benedictinis anno 1070. traditur à Balduino Montenſi, Comite Flandriæ. *Haſnon.*

Alciaco

Anno Auchy les moines. *Alciaco* in Arteſia an. 1072. Heribertus Abbas Bertinenſis primum dedit Abbatem, nomine Suelgerum.

Anchin. *Aquicinctum*, ſecundo lapide à Duaco, an. 1079. extrui cœptum eſt à viris nobilibus *Sichero* & *VValtero*.

Affligem. *Affligemium* in Brabantia an. 1083. *Gerardus* cognomento *Niger*, vir nobilis, cum aliquot ſocijs, ædificauit.

Munſter. *Munſterienſe*, in Ducatu Luxeburgenſi, *Conradus* Comes Luxeburgenſis an. 1083. condidit.

S. Denys. *S. Dionyſij* Abbatiam, prope Montes Hannoniæ, circa an. 1084. *Richildis* Comitiſſa, eiuſq; filius *Balduinus* condiderunt.

Audenbourg. *Aldenburgi* in Flandria anno 1084. Benedictinos S. Arnulfus Sueſſionenſis Epiſcopus poſuit.

Ham. *Hammenſe* in Arteſia an. 1084 conditorem habuit Ingelramnum dominum Lilarienſem.

Merck. *Merckenſe* monaſterium prope Caletum an. 1090. Euſtathius Comes Bolonienſis, eiuſque coniux Ida de ſuo dotarunt.

Tournay. *Tornacenſe* S. Martini an. 1092. ædificare

ficare cœpit Odo, patria Aurelianenſis, pòſt Epiſcopus Cameracenſis. *Anno* *Tourrnay.*

Decliuinnenſe cœnobium, circa an. 1093. incohatum, inde ad *Gerardi montem*, vicinum Flandriæ opidum, anno 1096. eſt tranſuectum. *Geesberghen.*

Brugenſe S. Andreæ an. 1098. ædificandum curauit Robertus Hieroſolymitanus, Flandriæ Comes. *Brugge.*

Prioratus monachorum ord. Benedictini.

BElgicis pleriſque Benedictinorum Abbatijs illuſtrioribus annexa ſunt monaſteriola, quæ *Præpoſituras* aut *Prioratus* vulgò nuncupant; in quibus duo aut tres monachi commorari ſolent. Sic *Bullonienſis* Prioratus annexus eſt Abbatiæ S. Huberti in Arduenna, *Heſdinienſis* autem Abbatiæ Aquicinctinæ.

Bullonienſis circa an. 1060. à *Godefrido Barbato* Lotharingiæ Duce inſtitutus, pòſt à *Godefrido Bullonio* auctus. Vide pag. 618. *Boilloni*

Heſdinienſis in Arteſia an. 1093. *Hesdini*

fundatus per *Engelramnum* Comitem *Anno* Heſdinienſem, & *Ernulphum* virum nobilem. De reliquis vide Origines noſtras Benedictinas.

Benedictinarum virginum monaſteria.

Meſſines. M*Eſſinenſe*, ſecundo lapide ab Ipris, Flandriæ vrbe an. 1060. ab *Adela* Flandriæ Comiſſa ædificari cœptum.

Eſtrun. *Strumenſe*, primo lapide ab Atrebato, circa annum 1085. Gerardus II. Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus ædificandum curauit.

Giſtelles *S. Godoleuæ* monaſterium Giſtellenſe circa anno 1088. ædificatum, ob bellorum tempeſtatem, noſtro æuo in vrbem Brugenſem eſt tranſlatum.

Vorſt. *Foreſtenſe* prope Bruxellam anno 1096. fundatorem habuit *Giſelbertum Aloſtanum*, virum nobilem.

Cortenberch. *Cortenbergenſe* monaſterium, inter Bruxellam & Louanium medio ferè itinere ſitum, putatur Foreſtenſi eſſe antiquius. Illud ab *Odone* Cameracenſi Epiſco-

Epiſcopo anno 1105. viſitatum fuiſſe conſtat ex diplomate, quod moniales adſeruant. *Anno*

Merckemenſe, primo lapide à Dixmuda, Flandriæ opido, circa an. 1099. inchoatum, deſijt. *Merckẽ-ken.*

Borburgenſe in Flandria anno 1099. & *Auennenſe* in Arteſia an. 1128. *Clementia*, Roberti Hieroſolymitani, Flandriæ Comitis, vxor excitauit. *Bor-burg. Aueſnes les Dames.*

Canonicornm regularium cœnobia, ſæculo XI. inſtituta.

SAſvvalo, Caſtellanus Inſulenſis, an. 1039. *Falempinum* in diœceſi Tornacenſi fundauit. *Falempin.*

In *Henniaco Lietardi*, vico Arteſiæ inter Duacum & Atrebatum, an. 1040. *Rotbertus* Dominus Bethuniæ, & Aduocatus Abbatiæ Vedaſtinæ, XII. Canonicos, expenſis proprijs rebus, conſilio Gerardi I. Cameracenſis Epiſcopi deputauit; vt Baldericus lib. 2. cap. 23. loquitur. Hi vitam regularem circa an. 1090. ſunt amplexi: quo anno cœpit & Congregatio Aroaſiana. *Hennin Lietardo*

Anno *Quercetum* apud Brugas an. 1050. conditur; vt vult Meierus. Vide ſupra pag. 220.

Loënſe, an. 1050. & *Euerſamenſe* an. 1091. monaſteria incohata perfecit *Io.* *Ioannes* Morinenſis Epiſcopus, exi- *Euerſā.* mius ordinis Canonicorum regularium circa an. 1100. propagator.

In Cameracenſi *S. Auberti* monaſterio, & in *Monte S. Eligij* regulares Canonicos, amotis ſæcularibus, poſuit *Lietbertus* Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus, qui anno 1076. viuere deſijt.

Vormeſeele. *Formiſela*, in diœceſi Iprenſi, ab *Iſaaco* illius loci Domino fundata, regularem diſciplinam an. 1100. admiſit.

Apud *VVatanas* ſeu *VVatanum* in Ca- *VVatene.* ſtellania Caſſetana, temporibus Roberti Friſij, circa an. 1072. *Adam* vir diues, eiuſque coniux monaſterium, Præpoſituræ titulo, inſtituerunt in quo regulares Canonici, auctoritate Gregorij VII. Papæ, ſunt collocati. In hoc monaſterio viſitur tumulus Theoderici Alſatij, Flandriæ Comitis, qui terram ſanctam quater adijt, & inde Cruorem

orem Domini Brugas attulit, obijtque anno 1168. *Anno*

Aroaſia, haut procul à Bapalma, Arteſiæ opido, anno 1097. à Conone & Heldemaro, presbyteris eſt condita. Fuit ea olim caput reformatæ Congregationis Aroaſienſis, anno 1090. inſtitutæ, & à Iacobo Vitriaco in Hiſt. Occidentali cap. 23. laudatæ. Sub qua olim comprehédebantur plurima Belgica (vt de externis nihil dicam) monaſteria; vt *Ciſonium* & *Falempinum*, in Caſtellania Inſulenſi, *Henniacum*, *Quercetum*, *Mareolum* prope Atrebatum, *Bellus locus* prope *Choques* Arteſiæ vicum, *Sonnebeca* & *VVarneſtunum* apud Ipras, *Dulcis Vallis* apud Middelburgum Flandriæ opidum, *Riuouilla*, in Comitatu S. Pauli, *S. Ioannis* monaſterium in vrbe Valentianenſi, & *S. Nicolai* cœnobium Tornacenſe. *Arouaſi*

Anno 1100. Guilielmus Rex Anglorum moritur: ſuccedit frater eius Henricus. *Sigeb.* 1100.

Godefridus Bullonius Rex Hieroſolymorum, idemque Dux Lotharingiæ & Marchio Antuerpienſis, die 18. Iu- *Bullonius moritur.*

Anno lij Hieroſolymis moritur, & regio more ſepelitur. In regno ſucceſſit illi frater *Balduinus*, in Ducatu autē ab Henrico IV. Rege anno 1101. ſuffectus eſt *Henricus* Comes *Lemburgenſis*: vt Sigebertus in Chronico teſtatur.

Bullonij Mauſoleum, lapide Pario conſtructum, exſtat ante montē Caluariæ, in veſtibulo Golgothanæ eccleſiæ: vt Conradus Abbas Vrſpergenſis, illius fere temporis ſcriptor, loquitur. Viſitur illud hodieque in ſepulcri Dominici tēplo Golgothano, hac inſcriptione: *Hic iacet inclytus Godefridus Bulion, qui totam iſtam terram acquiſiuit cultui Chriſtiano: cuius anima requieſcat in pace, amen.*

Erit ſpero cùm res geſtas laudatiſſimi herois, peculiari libro deſcriptas habebimus; vt pote *qui tria ampliſſima patrimonia, ſuum, fratris, & matris partim oppignorauit partim diſtraxit, vt copias piorum pluſquam pro virili aleret*: vt S. Bernardus in Exhortatione ad Ludouicum Galliæ Regem loquitur.

Bertholdi Conſtantienſis Chronicon definit.

Rober-

Robertus Flandriæ Comes ex Syria reuerſus à ſuis maximo cum gaudio excipitur. Formiſelenſes Canonici prope Ipras regulare inſtitutum amplectuntur. *Meierus.* *Anno* *For-meſel-le.*

Belli-loci monaſterium, in diœceſi tunc Morinenſi, nunc Audomarenſi, prope *Choques* vicum Arteſiæ, à Canonicis regularibus ædificatur: quod *Robertus* & alij Domini Bethuniæ poſtea dotarunt. *Choques*

Anno 1101. Henricus IV. Rex Paſcha Leodij celebrat. Conradus, Henrici Regis filius, à patrijs moribus alienus, in Italia moritur. 1101.

Henricus Rex *Henricum Lemburgenſem* Comitem, ſibi aduerſantem, debellat, eumque ad deditionem cogit. Sed Rex ei, multa ſumma gratiã ſuam redementi, etiam Ducatum Lotharingiæ, donat. *Sigeb.* *Henric. Lemburgenſis.*

S. Bruno, Cartuſiani ordinis conditor, moritur in Calabria *S. Bruno*

Gerardus, ſpectatæ vitæ ſacerdos, SS. Martini & Petri eccleſijs apud Ipras à *Ioanne* Epiſcopo Morinenſi præfectus, cœnobium in pratis exſtruit, &

Anno ſodales ſibi adſciſcit, qui iuxta regulam S. Auguſtini viuerent, doctriniſque Euangelicis populos imbuerent. *Meierus.* Iprenſe iſtud S. Martini monaſterium nunc eſt Canonicorum ſæcularium cathedrale collegium, ab an. 1559.

Ad *Aquas curtas*, in Arteſia & diœceſi Atrebatenſi, Odo presbyter ædificat monaſterium Canonicorum regularium, probante Lamberto Epiſcopo Atrebatenſi. *Eau-court.*

Anno 1102. contra Robertum
1102. Flandriæ Comitem, qui Cameracum inquietabat, Henricus Rex proficiſcitur: ſed aſperitate hiemis redire compellitur. Ita Sigebertus. Nimirum Paſchalis Papa Robertum Flandrum incitauerat, vt vaſtatis Cameracenſibus, etiam Leodienſes vt ſchiſmaticos infeſtaret. Exſtat epiſtola apud Baronium: ad quam Sigebertus Gemblacenſis, vt Henrici IV. ac ſchiſmaticorum fautor, reſpondit.

An. 1103. Leodij generalis con-
1103. uentus habetur, & Robertus Flandriæ Comes cum Henrico Rege in gratiam redit. *Sigeb.*

Otber-

Otbertus Epiſcopus Leodienſis corpus *S. Odæ* virginis è terra leuat, & decenter collocat in eccleſia Rodana, quæ nunc eſt collegiata Canonicorum in diœceſi Siluiducenſi. *Anno* *S. Odæ.*

An. 1104. Balduinus Rex Hieroſolymorum Turcis eripit Aconem ſeu Ptolemaidem. 1104.

An. 1105. Manaſſes Cameracenſis Epiſcopus cùm veſtem monaſticam induiſſet, *Odo*, primus Abbas S. Martini Tornacenſis, ipſi in Epiſcopatu ſucceſſit: vt in Auctario Aquicinctino & Orteliano ad Sigebertum legitur. 1105.

Henricus, Henrici IV. Imp. filius, cùm à patre defeciſſet, à Gebehardo Conſtantienſi Epiſcopo, iuſſu Paſchalis Papæ, abſoluitur. Idem paulò ante Natalem Chriſti patrem Ingelhemij cepit, ac detinuit captiuum: vt Dodechinus, & Otho Friſingēſis, teſtātur.

Baldricus Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus eccleſiam *Tiletanam* donat Canonicis Harlebecanis, petente Roberto Flandriæ Comite, eiuſque vxore Clementia. *Tilt.*

An. 1106. Henricus IV. Imp. In- 1106.

gelhemio

Anno gelhemio fugiens, primò Coloniam, inde Leodium venit: vbi epiſtolam ſcripſit ad Philippum Regem Francorum, quæ exſtat in Sigeberti Chronico, à nobis edito, ſed cautè legenda, & cum Baronio, alijſque conferenda. Nam vt Henricus IV. Imp. ob varias cauſſas, ſic & Philippus Rex, cùm eſſet obſtinatus in adulterij crimine, à Pontifice Romano eſt excommunicatus. Qua de re Baronium conſule.

Henrici Imp. filius contra patrem veniens, Moſæ fl. pontem ad Viſetum opidum occupare tentat; ſed repellitur. Henricus Imp. exinde Leodij IV. Idus Auguſti moritur, & in templo S. Lamberti ibidem ſepelitur: ſed mox iuſſu Paſchalis Papæ ad vicinum montem Cornelij transfertur, inde Spiram poſtea deportatus. Patri in Imperio ſucceſſit Henricus V.

Henricus V. Imp.

Henricus Lemburgenſis, Dux Lotharingiæ, qui pro Henrico IV. Imp. contra Henricum eius filium ſteterat, mortuo patre, vt reum maieſtatis, filio ſe dedidit, & ab eo captus, cuſtodiæ eſt traditus: ex qua tamen ipſe per induſtriam

duſtriam euaſit. Ducatus eius ab Henrico V. datur *Godefrido Barbato*, Comiti Louanienſi, quem veroſimile eſt pro filio Catholico, contra patrem ſchiſmaticum, ſtetiſſe. *Sigeb.* *Anno Godef. Barbatus.*

Hoc ipſo tempore vixit *Henricus* Portugalliæ Comes, à quo Luſitani Reges generis originem trahunt. De eius ſtirpe multiplex hactenus fuit quæſtio: Ioannes Mariana Lotharingum, alij Burgundum aut Veſontionenſem nuncupant. De eius itaque proſapia hæc habe. *Henricus Comes Portugalliæ.*

Hugo Capetus Francorum Rex, Hugonis Magni, Comitis Pariſienſis & Aurelianenſis, filius, an. 998. moriens ex *Adelheide* coniuge liberos reliquit, *Robertum* in regno ſucceſſorem, *Hadeuuidam* Raginero Hannoniæ Comiti nuptam, *Adelheidem* & *Giſlam*.

Robertus Rex ex Conſtantia coniuge reliquit *Hugonem Magnum*, qui ante patrem obijt, *Henricum* Franciæ Regem, *Robertum* Burgundiæ Ducem, *Eudonem* Aureliæ in carcere defunctum, & *Adelam* Balduino Inſulano, Flandriæ Comiti, nuptam.

Henri-

Anno *Henricus I.* Franciæ Rex, ex *Anna* Georgij Ruſſiæ Ducis filia, ſuſtulit *Philippum I.* Galliæ Regem, *Robertum*, & *Hugonem Magnum*, quorum poſtremus duxit heredem Comitatus Veromanduorum.

Robertus, Roberti Regis filius, Henrici I. frater, Burgundiæ Dux, anno 1075. moriens, ex *Helide* liberos reliquit *Hugonem*, qui ante patrem obijt, *Henricum* Burgundiæ Ducem, *Robertum*, *Simonem*, *Hildegardem* & *Conſtantiam*, Alfonſo Caſtellæ Regi nuptam.

Henricus Burgundiæ Dux, Roberti I. Burgundiæ Ducis filius, filios reliquit *Hugonem* & *Eudonem* Burgundiæ Duces ex ordine, *Robertum* Epiſcopum Lingonenſem, & *Henricum*, cui Alfonſus Caſtellæ Rex *Tereſiam* filiam ſuam naturalem matrimonio iunxit, quemque anno 1090. Comitem Portugalliæ creauit. Id, ex veteri fragmēto hiſtorico monaſterij Floriacenſis, nos docuit *Theodorus Gothefredus*, Dionyſij filius, cùm anno 1610. Lutetiæ verſaremur. Ex eo coniugio *Alfonſus* primus Luſitaniæ Rex, & alij deinde

Portugalliæ Reges.

deinde Reges prodierunt. *Anno*

Hugoni, monachum Cluniaci induto, frater *Eudo* in Ducatu Burgundiæ ſuffectus, *Ciſtercienſe* monaſterium an. 1098. fundauit, & liberos reliquit, *Ciſteaux.* *Hugonem* in Ducatu ſucceſſorem, *Henricum* monachum Ciſtercienſem, & *Adelam*. De reliquis Burgundiæ Ducibus ac Comitibus Andr. Quercetanum in Hiſtoria Burgundiæ conſule.

Ad res anni 1106. ſermo redeat. *Ringotus Caluus*, opidi Teneramondani in Flandria dominus, & collegij *Dermōde.* Canonicorum illo in opido fundator, moritur. Illud poſtea prædijs auxerunt *Adelwidis* Ringoti vidua, & *Guiliemus* Bethuniæ ac Teneramondæ Dominus, cum coniuge ſua *Machtilde*.

Lambertus Epiſcopus Atrebatenſis an. 1106. confirmat poſſeſſiones Lenſienſis collegij Canonicorum in Arteſia; *Ida* Godefridi Bullonij matre, *Euſtathio* Bolonienſium & Lenſenſium *Lens.* Comite, eiuſque coniuge *Maria* petentibus. Diploma exſtat in noſtro Codice.

Anno 1107. Henricus Comes Lemburgen- 1107.

Anno burgenſis, re & cognomento Exdux, Ducatum Lotharingiæ repetens, occupat Aquaſgrani, excluſo Godefrido Barbato, quem anno ſuperiore Ducem creatum diximus. Sed id non ferens Godefridus, Aquenſe opidum occupauit, multoſque Comites cepit, Henrico cum filijs ſuis vix fuga elapſo. Vxorem eius capere cùm poſſet, id Godefridus indignum duxit. Comites ac nobiliores ex ijs, quos ceperat, ſibi conciliatos, ad partes ſuas adduxit. *Sigebertus.*

Aken. Aix.

Congregatio Canonicorum regularium *S. Rufi*, apud Valentiam, Delphinatus ſeu prouinciæ Viennenſis vrbem, hoc ferè tempore ſumpſit exordium.

Congregatio S. Rufi.

1107. Anno eodem 1107. obijt Rogerius Apuliæ & Calabriæ Dux, filius Roberti Guiſcardi, maritus Adelæ Reginæ, filiæ Roberti Friſij Flandriæ Comitis, viduæ Canuti Danorum Regis, quæ mater ex illo fuit Caroli Boni, Flandriæ Comitis: relicto ex Adela filio *Guilielmo*, Apuliæ & Calabriæ Duce. *Meierus.*

Ligerius

Ligerius anachoreta in Flandrico *Anno*
Oceani littore haut procul à Furnis, loco arenoſo vitam duxit ſolitariam. Conuenerunt in eadem ſolitudine viri aliquot religioſi, ſanctitatis ipſius fama exciti: quibus piè annis xx. præfuit, conſtructo monaſteriolo, quod *Ioannes* cognomento *Bonus*, Morinorum Epiſcopus, in honorem Deiparæ dicauit. Id celeberrimi apud Flandros *Dunen.*
cœnobij *Dunenſis* exordium fuit: quod poſtea Ciſtercienſem diſciplinā admiſit, à Guilielmo Normanno & Theoderico Alſatio, Flandriæ Comitibus, ampliſſimè dotatum. *Idem.*

An. 1108. Philippus Franciæ Rex 1108.
II. Kal. Auguſti moritur, cùm annis 49. regnaſſet. *Ludouicus* filius eius ſucceſſit: vt in Fragmento Annalium Pithæanorum & apud Iperium legitur. Sigebertus tamen hæc ad annum ſequentem refert.

Anno 1109 S. *Anſelmus* Archiepiſ- 1109.
copus Cantuarienſis, & S. *Hugo* Abbas Cluniacenſis in Domino obdormiunt.

Anno 1110. in Valentiana Hanno- 1110.
niæ

Anno Valen-ciennes. niæ vrbe, Canonici S. Ioannis regularem vitam amplectuntur.

Henricus V. Rex, ineunte autumno, proficiſcitur in Italiam, & per internuntios varia cum Paſchali II. Papa tractat.

S. Guibertus. *S. Guibertus*, cœnobij Gemblacenſis fundator, quem Deus multis miraculorum ſignis per annos XII. longè lateque clarificauerat, Frederici A. Colonienſis auctoritate, & Synodi aſſenſu, ab *Otberto* Leodienſi Epiſcopo XI. Kal. Octobris è terra eleuatur.

Leo Oſtienſis Leo Marſicanus, Epiſcopus Oſtienſis, qui Chronicon monaſterij Caſſinenſis conſcripſit, hoc anno ineunte obijt.

1111. Anno 1111. Henricus V. Rex Romæ à Paſchali II. Pontifice priuilegium de Inueſtituris extorquet, & die 13. Aprilis, Dominica in Albis, coronatur: vt fusè Baronius in Annalibus commemorat. Quæ porrò Sigebertus in Chronico, à nobis edito, ad hunc annum recitat, cautè legenda moneo, vtpote ab homine, partium Imperialium perſtudioſo, conſcripta.

Tan-

Tanchelinus hæreſim ſuam Sacramentariam apud Belgas ſpargit. *Meierus.* *Anno*

S. Adriani martyris reliquiæ, ex Raulicuria Hannoniæ vico, Gerardimontem transferuntur. *Idem.*

Henricus V. Imp. ex Italia in Germaniam reuertitur: & pater eius *Henricus IV.* ſublato excommunicationis vinculo, terræ mandatur, Spiræ; vt Conradus Abbas Vrſpergenſis narrat.

Rupertus Abbas Tuitienſis ex oppoſito Coloniæ Agrippinæ, olim monachus Leodij ad S. Laurentium, floret. *Rupertus.*

Robertus Hieroſolymitanus Flandriæ Comes moritur, & Atrebati ad S. Vedaſtum ſepelitur: Ludouico Craſſo, Galliæ Rege, inter alios funus proſequente. Ex Clementia, Guilielmi Burgundiæ Comitis filia, Roberti Galliæ Regis pronepte, Calixti II. Papæ ſorore, *Balduinum* cognomentō *Securim* reliquit ſucceſſorem. *Bald. Securis*

An. 1112. Paſchalis Papa Concilio indicto, priuilegium de Inueſtituris

Anno reuocat, & Henricum V. Imp. excommunicat. *Baron.*

Qua de re Abbas Vrſpergenſis, etſi ſchiſmaticorum fautor, ſic habet: Concilio expleto, ſurrexit *Gerardus* Engoliſmenſis Epiſcopus, Legatus in Aquitania, & communi conſenſu legit hanc ſcripturam: Priuilegium illud, quod non eſt priuilegium, ſed verè debet dici

Praui-legium. *Prauilegium*, per violētiam Regis *Henrici* extortum, nos omnes in hoc ſancto Concilio congregati, damnamus & irritum eſſe iudicamus: quia in eo continetur, quòd Electus Canonicè à nemine cōſecretur, niſi priùs à Rege inueſtiatur; quod eſt contra Spiritum ſanctum & Canonicam inſtitutionem. Et perlecta charta, acclamabāt omnes, Amen, Amen. Et *Ioannes* Patriarcha Venetus, *Sennes* Capuanus, & alij ferè centum Epiſcopi ſubſcripſerunt. *Hactenus Vrſpergenſis.*

1112. *Sigebertus.* Sigeberti, Gemblacenſis in Brabantia monachi, Chronicon definit, quod cum autographo contulimus, & Antuerpiæ an. 1608. publicauimus. Sed & ipſe Sigebertus hoc anno Gemblaci

III.

III. Nonas Octobris obijt. Eius Chronicon continuauit *Anſelmus* Abbas Gemblacenſis, à nobis pariter editus, itemque *Robertus*, Abbas Montis S. Michaelis, in Britannia minore. *Anal*

Baldericus Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus, ſcriptor Chronici Cameracenſis, moritur.

An. 1113. Anſelmus, Chronici Sigebertini continuator, fit Abbas Gemblacenſis. 1113.

Tanchelinus hæreſiarcha à clero ac populo Brugenſi vrbe eijcitur. *Meierus.*

Balduinus Hieroſolymorum Rex vxorem ducit viduam Rogerij Siciliæ Ducis.

Helinus Abbas S. Mariæ Leodij fundat hoſpitale Cathenæ, vt vocabant; quod nunc eſt Seminarium ſeu collegium ad Parochos inſtituendos.

S. Bernardus fit monachus in Ciſtercio, anno ætatis viceſimo ſecundo: quem Ordinem is poſtea mirificè auxit ac propagauit, vt vulgò Bernardinus inde nuncupari ſoleat. *S. Bernardus.*

S. Victoris monaſterium Canonico- *S. Victoris*

 rum

Anno cœnobi-um. rum regularium, ad muros vrbis Pari-ſienſis à Ludouico Craſſo Galliæ Re-ge fundatur ac dotatur. Fuit id poſtea caput Congregationis Victorinæ: de qua vide Iac. Vitriacum in Hiſtoria Occidentali.

1114. An. 1114. Concilium in vrbe Bel-louacenſi celebratur à Conone Epiſ-copo Præneſtino & Legato Apoſtoli-co.

Henricus V. Imp. Moguntiæ vxo-rem ducit filiam Henrici Anglorum Regis.

1115. *Petrus Eremita.* Anno 1115. *Petrus* re & nomine *E-remita*, vt Guil. Tyrius loquitur, pa-tria Ambianenſis (qui Vrbano II. Pontifici ſacræ in Syriam expeditionis auctor exſtiterat) apud Huium diœ-ceſis Leodienſis opidum, VIII. I-dus Iulij moritur, & ibidem ſepeli-tur in monaſterio S. Sepulcri, Cano-nicorum regularium, quod ipſe fun-darat, opibus *Cononis* Comitis Mon-tiſacuti & *Lamberti* Comitis Claro-montani.

Moritur item Lambertus Atreba-tenſis Epiſcopus. Sepultus iacet Atre-

bati

bati in baſilica cathedrali, hac addita inſcriptione; *Anno*

Anno Domini milleſimo centeſimo decimo quinto, XVI. Kal. Iunij, obijt beata memoria Lambertus, *huius Atrebatenſis Sedis Cardinalis Epiſcopus. Per hunc reſtituta eſt dignitas huius Epiſcopatus, quæ per multa tempora Cameracenſi Epiſcopo fuerat commendata. Huic Epiſcopo & duobus ioculatoribus* Itherio *&* Normanno *beata Maria in hac eccleſia apparuit, dans eis candelam, per quam ſanantur ardentes Igne malo.*

Candela ſeu Cereus iſte miraculoſus, *Lamberto* & cytharedis duobus *Itherio* & *Normanno*, noctu in baſilica cathedrali orantibus, datus eſt à Deipara: mandatumque vt guttas ex iſto Cereo in aquas diſtillarét, & eas ægris atque Ignis, vt vocabant, ardentis lue laborantibus potandas darent, ad valetudinem recuperandam. Quod quidem cùm ab ipſis præſtitum fuiſſet, innumerabiles priſtinæ ſanitati ſunt reſtituti. *Cereus Atrebatenſis.*

Huius rei hiſtoria ſpectatur hodieque in vetuſto marmore expreſſa, A- 1115.

Anno trebati in templo primario, ad tumulum Lamberti Epiſcopi, cum epigraphe, quam paulò ante recitaui.

Idem Cereus (qui ardendo non minuitur) etiamnum adſeruatur Atrebati, in ipſius fori ſacello, ab honeſtiſſimorum ciuium, hominum, inquam, prorſus laicorum ſocietate, non à clericis aut ſacerdotibus. Quod addo, ne quis in fraudem, vel ad quæſtum (vt religionis noſtræ hoſtes ferè calumniari ſolent) hæc talia confingi ſuſpicetur.

Ne cui autem iſta fortaſſe minùs credibilia videantur, moneo ſimilia legi apud Ioannem Moſcum in Prato ſpirituali, & apud Greg. Turonenſem lib. 1. De gloria martyrum cap. 5. & 32. & alibi.

Sixtus IV. Papa perenne iſtud miraculum ſerio diſcuti, & per Notarios in Acta publica referri mandauit. De eodem Meierus in Annal. Flandriæ ad an. 1095. agit, & nos in Faſtis Belgicis 30. Iunij.

Mathildis. Eodem ipſo anno *Mathildis*, Italiæ & Antuerpiæ Marchioniſſa, Godefridi Gibboſi, Lotharingiæ Ducis, ac Marchionis

chionis Antuerpienſis vidua; viuere Anno
deſijt: vt teſtatur Domnizo in eius
vita, metro conſcripta, cùm ſex decieſ-
que nouem vixiſſet annos. Condita
eſt in *Padolirone* monaſterio, à ſe dota-
to, inter Padum & Larionem lacum,
in diœceſi Mantuana.

Fuit virili animo mulier, & non ſe-
mel pro Romanis Pontificibus, con-
tra Henricum IV. Regem & Pſeudo-
pontifices, arma cepit.

Moriens magnam Tuſciæ partem,
cum Ferraria & alijs Italiæ vrbibus,
Petro Apoſtolo legauit, pulchrius rata
Diuos heredes habere, quàm homi-
nes. Id S. Petri patrimonium hodie
appellatur.

Ob Adelbertum A. Moguntinum 1116.
annis ſuperioribus captũ, Fredericus
A. Colonienſis, Godefridus Barbatus
Loth. Dux, Henricus Lemburgenſis
Exdux, Fredericus Arnesburgius, &
alij contra Henricum V. Imp. arma
capiunt. *Sigeb. & Vrſperg.*

Tanchelinus, qui Antuerpienſes,
Zelandos, & alios Belgicæ populos
hæreſi infecerat, occiditur.

Anno Clara-Vallis fundatur, in qua S. Bernardus poſtea Abbatem egit.

Adelbertus A. Moguntinus è cuſtodia dimittitur, & conſecratur Coloniæ per Othonem Epiſcopum Bambergenſem.

1116. Anno 1116. *Sigerus* Abbas Blandinienſis, ſacram profeſſus militiam, proficiſcitur in Syriam; regimen autem monaſterij *Ansboldo* committitur.

Henricus Imp in Italiam proficiſcitur, ad Mathildis cognatæ ſuæ, anno ſuperiore defunctæ, hereditatem obtinendam, ſed fruſtra; vtpote quæ S. Petro ſuum patrimonium tranſcripſerat.

1117. Anno 1117. Rupertus Abbas Tuitienſis libros ſuos de S. Trinitate Cunoni Abbati Sigebergenſi dedicat.

Blandinienſe monaſterium reformatur (procurante Balduino, Flandriæ Comite, eiuſque matre Clementia) per *Ioannem* Epiſcopum Morinenſem, & *Lambertum* Abbatem Bertinenſem. Nouus ibidem Abbas conſtituitur *Arnulfus*: ad quem ſede ſua pulſus confugit

git *Rodulfus*, Abbas S. Trudonis, cuius Chronicon Trudonenſe ms. apud me exſtat. Vixit is in monte Blandinio vſque ad obitum Frederici Leodienſis Epiſcopi. *Anno*

An. 1118. Balduinus Rex Hieroſolymorum, frater Godefridi Bullonij, moritur: ſuccedit *Balduinus Burgenſis*, filius Hugonis Comitis de Reiteſta. Paſchalis II. Papa 18. Ianuarij moritur: cui *Gelaſius II.* eſt ſuffectus. *Anſel. Gembl. & Baron.* 1118.

Alexio Comneno Imp. Conſtantinopolitano ſuccedit *Calo-Ioannes Comnenus*. Ioannis Zonaræ, monachi Græci, Chronicon terminatur; quod Nicetas Choniates excepit.

An. 1119. Gelaſius II. Papa IV. Kal. Februarij moritur Cluniaci in Gallia, ibidemque ſepelitur. Succedit *Calixtus II.* & Cluniaci conſecratur, antea Guido nuncupatus, Viennenſis in Gallia Archiepiſcopus, Guilielmi Burgundiæ Comitis filius. *Anſel. & Baron.* 1119.

Calixti ſoror Clementia maritum habuit Robertum Hieroſolymitanum

Flan-

Anno Flandriæ Comitem, cui filios tres, *Balduinum* cognomento *Securim*, *Guilielmum* & *Philippum* peperit.

Henricus ex Italia in Lotharingiam redit. Otbertus Epiſcopus Leodienſis vltimo die Ianuarij moritur, anno 1118. adhuc currente, ſecundùm morem veterem Eccleſiæ Gallicanæ, quo anni à Paſchate incohabantur. Succeſſit *Fredericus*, Godefridi Comitis Namurcenſis frater; quem Calixtus II. Papa Remis in ſynodo menſe Octobri conſecrauit.

Balduinus Securis, Flandriæ Comes, ex vulnere in Normannia accepto Roſilariæ XV. Kalend. Iulias moritur, ad S. Bertinum ſepultus, poſtquam *Carolum*, amitinum ſuum, Canuti Daniæ Regis ex Adela filium, inſtituiſſet heredem. *Meierus.*

Cono, Epiſcopus Præneſtinus & Legatus Apoſtolicus ſynodum Coloniæ celebrat: cui Norbertus peregrini habitu interfuit, paulò pòſt ordinis Præmonſtratenſis conditor futurus.

Furnes. Furnenſe S. Auguſtini monaſterium incohatur, quod poſtea Præmonſtratenſem

tenſem diſciplinam admiſit. *Anno*

Anno 1120. *Norbertus*, Sanctis Cliuiæ opido natus, relicto Canonicatu, 1120.
quem hactenus in patria poſſederat, *S. Norbertus.*
Præmonſtrati, loco ſiluis horrido ac ſolitario, in diœceſi Laudunenſi, monaſterium fundat, adiutãte Bartholomæo Laudunenſi Epiſcopo: vnde Ordini Præmonſtratenſi nomen natum. Vide Chronicon noſtrum Præmonſtratenſe, Coloniæ anno 1613 editum.

Anno milleno, centeno, bis quoque deno,
In Præmonſtrato fundatur cãdidus ordo.

Clementia, Calixti II. Papæ ſoror, & Roberti Flandriæ Comitis vidua, nubit Godefrido Barbato Comiti Louanienſi.

Henricus Rex Angliæ eiuſdẽ Godefridi filiam Adelam ſibi coniugio ſociauit hoc anno, aut proximè ſequenti.

Fulgentius Abbas Affligemienſis monaſterium *Bornehemienſe* regendum *Bornhẽ.*
ſuſcipit, tradente Abbate & Canonicis illius loci regularibus; qui omnes monaſticum S. Benedicti inſtitutum ſunt amplexi. Eſt autem *Bornehemium* Flandriæ municipium, Baroniæ titulo cla-

Anno lo clarum, ad veterem Scaldis fl alueum: vbi nunc eſt Præpoſitura Affligemienſi Abbatiæ annexa.

Theodericus Metenſis Epiſcopus moritur; vt Dodechinus in Chronico teſtatur.

S. Martini Laudunenſis eccleſia in regularem conuertitur à S. Norberto: quæ eſt ſecunda ord. Præmonſtratenſis Abbatia.

1121. Anno 1121 Fredericus Epiſcopus Leodienſis moritur: cui poſt biennium *Adelbero*, Godefridi Barbati Comitis Louanienſis frater, tunc Primicerius Metenſis, eſt ſuccenturiatus.

S. Arnulfi Epiſcopi Sueſſionenſis corpus auctoritate Cononis Apoſt. Legati, & Concilij Bellouacenſis, Aldenburgi in Flandria è terra leuatur.

Floreſ. Floreffienſis Abbatia, in ord. Præmonſtratenſi tertia, ædificatur à *Godefrido* Comite Namurcenſi, eiuſque coniuge *Ermenſende*. Dotem poſtea auxit *Henricus* Comes, *Godefridi* filius.

Lamberto Nouiomenſi ac Tornacenſi Epiſcopo defuncto ſufficitur *Simon*, Hugonis Magni Veromanduorum

rum Comitis filius. *Anno*

Milo fit Abbas monaſterij S. Iudoci in nemore in diœceſi Ambianenſi, quod nunc Dom-martinenſe monaſterium dicitur. *Dom-martin.*

Henricus V. Imp. cum Calixto II. Papa in gratiam redit, *dimittens Deo, & SS. Apoſtolis Petro & Paulo, Catholicæ item Eccleſiæ omnem Inueſtituram per annulum & baculum, & concedens in omnibus eccleſijs fieri electionem, & liberam conſecrationem.* 1122.

E contra Calixtus Papa *conceſſit electiones Epiſcoporum & Abbatum, Teutonici regni, in præſentia Henrici Imp. fieri, abſq; ſimonia & aliqua violentia, ſic vt electus regalia ab ipſo reciperet per ſceptrum, non autem per baculum epiſcopalem aut annulum.* Ita conuentum apud Wormatiam, Lamberto Epiſcopo Oſtienſi, Saxone Cardinale montis Cælij, & Gregorio altero Cardinale, præſentibus: vt Anſelmus Gemblacenſis & Cōradus Vrſpergenſis narrant. Plura qui volet, Baronium conſulat.

Henricus Imp. auditis querelis de inſolentijs cuiuſdam Gothuini ſeu

Gozu-

Anno Fauque mont. Gozuini, caſtrum eius, quod *Mons Falconis* dicitur (adiutante Godefrido Duce ac Comite Louanienſi) obſidet, capit, incendit, & deſtruit. *Anſelmus.*

Id hodie nomen retinet & à noſtratibus *Falcoburgum* dicitur, opidum Tranſmoſanum; quod ſuos olim Comites habuit. *Valken-burg.*

Euſtathius Comes Bolonienſis monaſterium S. Bertini dotat; edito diplomate, quod *Ioannes* Epiſcopus Morinenſis, *Rodulfus* Euſtathij Comitis filius, *Euſtathius* Vicecomes Bolonienſis, & alij ſignarunt.

Cappen-berch. Godefridus Comes Cappenbergenſis, caſtrum ſuum Cappenbergenſe, in Weſtphalia, conuertit in monaſterium ord. Præmonſtratenſis, ibidem poſtea regularem vitam amplexus, cum fratre ſuo Othone. Godefridi vitam, à Nic. Serario ſcriptam, lege.

Oſtbroucana Benedictinorum Abbatia, primo lapide ab Vltraiecto, ædificatur à Godebaldo Epiſcopo.

1123. Anno 1123. Albero God. Barbati, Lotha-

Lotharingiæ ac Brabantiæ Ducis, frater, vir integerrimæ vitæ, ordinatur Epiſcopus Leodienſis. Is in eccleſia *S. Ægidij*, in publico monte iuxta Leodium, à *Goderano* ædificata, Canonicos regulares poſuit ac dotauit. Idem in *Monte Cornelij*, extra Leodium, Præmõſtratenſibus cænobium ædificauit, qui poſtea in vrbem migrarunt, & in *Bello reditu* nunc ſedem habent. *Anno*

In *Monte S. Guilberti* ab Anſelmo Abbate Gemblacenſi eccleſia ædificatur, & à Godefrido Duce, paulò ante nominato, tamquam Aduocato Gemblacẽſis monaſterij, in protectionem ſuſcipitur, diplomate edito, quod in noſtro Codice exſtat.

Anno 1124. Tancheliniana hæreſi per Norbertum, ord. Præmonſtratenſis fundatorem, Antuerpiæ profligata, *Hildolfus* Præpoſitus & Canonici Antuerpienſes in templo S. Michaelis tunc reſidentes, *Norberto* & ſocijs eius idem templum cum parte prædiorum ceſſerunt: & inde ad baſilicã Deiparę migrarunt: quam Paulus IV. Papa an. 1559. Epiſcopali cathedra illuſtriorem 1124. *Anuers.*

reddi-

Anno reddidit. Hildolfi diploma exſtat apud Baronium, quod ipſi tranſmiſimus, cùm Annalium tomum XII. ſub manibus haberet.

Pomeren. Pomerania ad Chriſtum cōuertitur, opera Othonis Epiſc. Bambergenſis; adiutante Boleſlao Polonorum Rege.

Dauid, Edgari frater, creatur Rex Scotiæ, vir Chriſtianæ religionis ſtudioſiſſimus, qui ſex vetuſtis Epiſcopatibus nouos quattuor adiecit, *Roſſenſem*, *Brechinenſem*, *Caledonienſem* ſeu *Dunckeldenſem*, & *Dumblanenſem*. Notitiam noſtram Epiſcopatuum vide.

Compoſtella, vrbs Galæciæ in Hiſpania, S. Iacobi lipſanis cultuque celebris, à Calixto II. dignitate Archiepiſcopali donatur: qui hoc ipſo anno obijt, *Honorio II.* ſuccedente. Hic Ordinem Præmonſtratenſem confirmauit.

Tyrus à Chriſtianis in Terra ſancta capitur. Bruno Epiſcopus Treuerenſis moritur, Dodechino teſte.

Guilielmus Calabriæ & Apuliæ Dux, Roberti Guiſcardi ex Rogerio filio nepos, moritur ſine liberis. *Meierus.*

Anno

An. 1125. Henricus V. Imp. Leodij Paſcha celebrat, inde per Neomagum veniens Vltraiectum, moritur ibidem feria quinta Pentecoſtes, Spiræ, iuxta patrem & auum Henricos, & proauum Conradum conditus; hoc verſu tumulis gradatim inſcripto: *Anno 1125.*

Filius hîc, pater hîc, auus hic, proauus iacet iſthic.

Menſe Auguſto, Euerardus & Romanus, Legati Apoſtolici, & Archiepiſcopi cùm Epiſcopis, Moguntiæ conuenientes, de Rege ſubſtituendo conſultant. *Lotharius* Dux Saxonum, vir ſapiens, induſtrius, & eccleſiaſtico iuri deuotus, omnium aſſenſu eligitur. Hic menſe Septembri cum eiſdem Legatis, Archiepiſcopis duobis, Epiſcopis octo, & multis Abbatibus ac proceribus, Aquaſgrani veniens, Idibus Septembris à Frederico A. Colonienſi in Regem vngitur: vt Anſelm. Gemblacenſis narrat. Inter alios Epiſcopos adfuit Burchardus Cameracenſis, & Henricus Virdunenſis. *Lotharius II. Imp.*

Viconia apud Valentianas, pulcherrima ord. Præmonſtratenſis apud Bel- *Viconiæ.*

Anno gas Abbatia, initia ſua debet *Guidoni* eremitæ.

Fliderbecana Benedictinorum Abbatia, haut procul à Louanio, à Go- *Vlier-beke.* defrido Barbato, Lotharingiæ Duce, ac Comite Louanienſi, fundatur, tabulis publicatis, quæ in noſtro Codice leguntur.

S. Nicolai Pratenſe monaſterium, *S. Nic. des Prez.* Canonicorum regularium, Tornaci in ſuburbana S. Medardi capella, à *Mouino* ciue Tornacenſi ædificatur, probante *Simone* Epiſcopo.

Balduinus & Iuanus Aloſtani fratres villam *Herenbaldeghem* dant monaſterio Affligemienſi, conſcriptis tabulis, quæ in noſtro Codice donationum extant. Errat itaque Meierus, qui Balduinum Gandenſem, Iuani fratrem, an. 1124. obijſſe ſcribit.

1125. Lothario ad Imperium euecto *Conradus*, Frederici Sueuorum Ducis, ex Agnete, filia Henrici V. Imp. filius, ſe obiecit, à nonnullis Germaniæ proceribus Imperator ſalutatus.

Conrado inter alios ſeſe *God. Barbatus* Dux Lotharingiæ inferioris adiunxit,

iunxit. Lotharius itaque offenſus Godefridum Ducatu priuauit, & *Valeranum Limburgenſem*, Henrici Exducis filium, illa dignitate cohoneſtauit. Quam & Valeranus vſque ad an 1137 tenuit, quo Conradus, Lotharij defuncti ſucceſſor, Barbato Ducatū Lotharienſem reſtituit. *Anno* *Valeranus Limburgenſis.*

Hunc principatum is ad poſteros longa ſerie tranſmiſit: adeò quidem, vt maſculis factus ſit hereditarius. Quod priuilegium anno 1204. Philippus Imp. ad feminas etiam extendit, Henrici I. Ducis meritis prouocatus.

Lotharingiæ autem titulo titulum Brabantiæ Ducis, primus adiunxit *Henricus* eo nomine *Tertius* Dux noſter, ex Maria Philippi Imp. filia natus. Vtrumque titulum etiamnum Rex Catholicus in diplomatibus Belgicis meritiſſimè vſurpat. *Loth. & Brab. Dux.*

Anno 1126. Lotharius Imp. prouinciam Miſnenſem concedit Conrado *VVetini* Comiti. 1126.

Ida, vidua toparchæ Ceruienſis, & *Ida* altera, mater Nicolai Epiſcopi Ca- *Guil-lenghien*

Anno meracenſis, *Guillengemienſe* nobilium virginum Benedictinarũ cœnobium, in Hannonia, ædificant: quibus Ida prior ſe adiunxit.

Saxoniæ Ducatus à Lothario II. Imp. datur filio Ducis Bauariæ. *Dodech.*

An. 1127. *Carolus* cognomento *Bo-*
1127. *nus*, Flandriæ Comes, Brugis in templo S. Donatiani VI. Nonas Martij, in Quadrageſima, ab impijs occiditur, cùm ante aram Deiparæ, in ſuperiore templi parte, quæ palatio eius erat cõtigua, preces ad Deum funderet.

Vitæ ac martyrij hiſtoriam ſcripſit *Gualterus* Teruanenſis Canonicus, ad Ioannem Teruanenſem Epiſcopum, Pariſijs an. 1615. editam. De eiuſdem cœde Galbertus clericus Brugenſis accuratum Chronicon conſcripſit, quod ms. vidi.

Sacra eius oſſa, è tumulo leuata, in ſacrario Canonicorum cathedralis eccleſię Brugenſis religioſè adſeruantur.

Morinorum ſeu Flandrenſium Comitatus à Ludouico Francorum Rege datur *Guilielmo*, Roberti Normanniæ Comitis

Comitis filio, Guilielmi Regis Anglorum, fratri. *Anſel. Gemb.* *Anno*

Rainaldus A. Remenſis beneficium Remenſis eccleſiæ, quod ad caſtellum Bullonienſe pertinebat *Alberoni* Leodienſi Epiſcopo ſub certis conditionibus, tradit; conſcripto diplomate, quod Lambertus Comes, Gualterus Caſtellanus Hoienſis, & alij proceres ſignarunt. *Boillon.*

Guilielmus Burgundionum & Sedunenſium Comes, in eccleſia orans, ante altare à ſuis confoditur. Conradus Zeringenſis, coram pleriſque Burgundionum optimatibus, Spiræ ad Principatum Burgundiæ ſublimatur. *Dodech. & Anſel.*

Godebaldus Vltraiectenſis Epiſcopus moritur: cui anno ſequenti ſucceſſit Andreas, antea Præpoſitus Leodienſis. *Dodech.*

Rochauillenſe cœnobium Canonicorum regularium, in Arteſia & diœceſi Bolonienſi, à toparcha Querquienſi fundatur: quod hodie monaſterium noſtrę Dominę in Nemore nuncupant, *Noſtre Dame au bois.* *Ronch. uille.*

Anno *1128.* Anno 1128. Albero Leodienſis Epiſcopus Kalendis Ianuarijs moritur, & in monaſterio S. Ægidij, prope Leodium, à ſe fundato ſepelitur. *Alexander* eius loco ſufficitur, & XV. Kalend. Aprilis conſecratur.

Neumoſtier. Is eccleſiam Noui monaſterij prope Huium à Petro Eremita ædificati, perfecit ac dotauit, *Gerunſartum* cœnobium dedicauit, & *Auerbodium*, ab Arnulfo Comite Loſſenſi extructum, confirmauit.

Ligerius anachoreta, Furnenſis cœnobij auctor, moritur, & ſufficitur *Fulco*, primus Abbas Dunenſis, natione Biturix, Sauigniacenſis inſtituti monachus. *Meierus.*

Theodericus Alſatius. Guilielmo Normanno defuncto, *Theodericus Alſatius*, Theoderico Alſatiæ Lantgrauio, & Gertrude Roberti Friſij Flandriç Comitis filia natus, potenter apud Frandros imperat. Is *Grauelingam* opidum condidit.

Ioannes Morinenſis Epiſcopus immunitatem eccleſiæ S. Petri Inſulenſis confirmat, Roberto Betunienſi, Ingelberto de Petingem, Galtero Tornacenſi,

cenſi, Balduino Dapifero, Razone *Anno*
Pincerna, Sigero Iſlenſi Caſtellano, Oſtone de Falckenberga, Gilleberto Bergenſi Caſtellano, & alijs multis pręſentibus.

In Concilio Trecenſi militibus Templarijs veſtis alba aſſignatur, & Regula à S. Bernardo dictata præſcribitur. Exſtat ea in Chronico noſtro Ciſtercienſi, Coloniæ anno 1614. edito.

Anno 1129. lues Ignis ardentis Atrebatum, Cameracũ, Pariſios, Sueſſiones, Carnutes, & alios Belgicæ populos mirabiliter affligit, ſed mirabiliùs per merita Deiparæ exſtinguitur: vt fusè Anſelmus Gemblacenſis in Auctario ad Sigebertum narrat. 1129. *Ignis ardens.*

God. Barbatus Comes Louanienſis, & Theodericus Alſatius Flandrię Comes, iuxta villam Wilre, haut procul à caſtro Durachio, VII. Idus Auguſti infeliciter pugnant, contra Alexandrum Epiſcopum Leodienſem & Valeranum Ducem Limburgenſem. *Anſel.* *Duras.*

Ludouicus Rex Remis in Paſchate *Philippum* filium ſuum in Regem

Anno poſt ſe eleuat, præſentibus Epiſcopis ac proceribus regni ſui. *Anſel.*

Vrſicampus. Ciſonienſes Canonici regulare inſtitutum amplectuntur. *Vrſicampi* monaſterium ord. Ciſtercienſis à Gerardo Nouiomenſi Epiſcopo fundatur. *Giſnenſe* monialium cœnobium ab *Ennia* Comitiſſa inſtauratur. Clementia Flandriæ Comitiſſa moritur, & Borburgi in monaſterio à ſe exſtructo tumulatur. *Meierus.*

Magdeburgi in eccleſia S. Mariæ Norbertus Archiepiſcopus ſui ord. Canonicos conſtituit, amotis ſæcularibus.

1130. An. 1130. Lotharius Rex Spiram capit. Honorius Papa moritur: cui *Innocentius II.* ſucceſſit. Alij in ſchiſmate Petrum Leonis elegerunt. Innocentius, Petri potentiam veritus; mari emenſo, in Galliam appulit. *Anſel.*

Algerus, ex Scholaſtico Leodienſi monachus Cluniacenſis, *Petrus Venerabilis*, Abbas Cluniacenſis, Guilielmus Malmesburienſis, Irnerius ſeu Wernerus Iuriſprudentiæ inſtaurator, omnes ſcriptis clari, florent.

S. Ber-

S. Bernardus ab Innocentio II. Papa mittitur ad Guilielmum Aquitaniæ Ducem, qui Leoni Antipapæ adhærebat. *Baron.* *Anno*

Balduinus monachus Claræ-vallis, Bernardi diſcipulus, primus ex ordine Ciſtercienſi, ab Innocentio II. creatur Cardinalis, pòſt Archiepiſc. Piſanus.

Burchardum Cameracenſem Epiſcopum hoc anno obijſſe, tradit Dodechinus in Chronico: ſucceſſit anno ſequenti Liethardus.

Balduino II. Hieroſolymorum Regi ſuccedit gener eius *Fulco* Andegauenſium Comes. *Anſelm.*

An. 1131. Roberto Atrebatenſi Epiſcopo *Alui ſus*, & Ioanni Morinenſi ſuccedit *Milo*, Abbas S. Iudoci in nemore, ex ord. Præmonſtratenſi. 1131.

Innocentius II. Papa ex Francia, per Nouiomum & Cameracum, venit Leodium Dominica 3. Quadrageſimæ, XI. Kal. Aprilis. Dominica ſequenti, à templo S. Martini in monte, quaſi via triumphali Romæ, vſque ad Capitolium ſeu ædem primariam ſancti Lamberti proceſſit, & Miſſa cele- *Papa agit Leodij.*

Anno celebrata Regem ac Reginam coronauit. Putantur ſolenni ſupplicationi XXXII. Epiſcopi & Abbates LIII. interfuiſſe. *Anſelm.*

Leodio Innocentius Papa in Brabantiam venit, & hoc ipſo anno, Idibus Octobris, templum maioris xenodochij, quod S. Ioannis nuncupant, *Bruxellis.* Bruxellis dedicauit, Hugone Rotomagenſi & Oſtienſi, Matthæo Albanenſi, Alberone Virdunenſi, Gaufrido Catalaunenſi, & Aluiſo Atrebatenſi, Epiſcopis præſentibus: vt ex diplomate, cui ſigillum eiuſdem Papæ etiamnum appendet, didici. Hoſpitio Bruxellis exceptum fuiſſe tradunt in ædibus angularibus, quæ ſchalas maiores templi S. Gudilæ adſcendentibus ſunt ad ſiniſtram, ex quibus per pontem ſublicium, tunc ſtructum, eſt acceſſus ad cœmiterium.

Remis, poſt feſtum S. Lucæ, idem *Remis.* Pontifex Concilium habuit, cum Epiſcopis & Abbatibus trecentis, præſente *Ludouico* Francorum Rege, cuius filium *Ludouicum* ſecundo genitum Papa ibidem in Regem vnxit; *Philippo* primo-

primogenito nuper è viuis ſublato. Anno
Remenſi huic Concilio *S. Norbertus*, ord. Præmonſtratenſis fundator, & *S. Bernardus* Abbas Claræ Vallis, interfuerunt.

Alexander Leodienſis Epiſcopus, iuſſu Innocentij Papæ, corpus *S. Gerardi* Bronienſis Abbatis è terra eleuat, præſente *Godefrido* Comite Namurcẽſi.

In Aurea Valle, Ducatus Luxeburgenſis & diœceſis Treuerenſis monaſterio, monachi ord. Ciſtercienſis collocantur. *Orual.*

Fredericus Archiepiſcopus Colonienſis moritur.

Liquenſe ſeu Liſquenſe monaſterium, in diœceſi Teruanenſi, à *Roberto* toparcha Liquenſi conditur, quod poſtea Milo Epiſcopus Teruanenſis Præmonſtratenſibus tradidit. *Meierus.* *Liquesi*

1131. In locum Frederici A. Colonienſis *Bruno*, & in locum Meginheri Treuerenſis, hoc anno defuncti, *Adelbero* ſufficitur, & à Gulielmo Cardinale Præneſtino, Legato Apoſtolico, Coloniæ vterque conſecratur. *Dodech.*

Anno

Anno 1132. Maeſtricht.

Anno 1132. Lotharius III. Imp. Aquiſgrani in Paſchali curia exiſtens, priuilegia eccleſiæ S. Seruatij Traiectenſis confirmat, ſcripto diplomate, quod Guilielmus Præneſtinus, Matthæus Albanenſis, Ioannes Cremenſis, Wido Diaconus, Cardinales, Albero Treuerenſis, Stephanus Metenſis, Liethardus Cameracenſis, Epiſcopi, Waleranus Limburgenſis & Simon, Duces, Arnulfus Comes Loſſenſis, & Goſuinus Falcomontenſis, ſignarunt. Diploma exſtat in noſtro Codice Donationum.

Grimbergæ.

Gualtero Bertholdo Grimbergæ Domino petente, circa annum 1105. *odo* Cameracenſis Epiſcopus in eccleſia Grimbergana primùm Canonicos regulares, poſtea monachos collocauerat. Qui cùm eccleſiam deſolatam reliquiſſent, *Gerardus* & *Arnulfus*, Walteri heredes, eccleſiam illam S. Norberto, eiuſque ſodalibus tradiderunt: quod hoc anno *Liethardus* Cameracenſis Epiſcopus edito diplomate approbauit.

Lotharius Imp. collectis viribus, cum

cum Innocentio Papa, Romam tendit. *Anſelm.* *Anno*

S. Hugo Epiſcopus Gratianopolitanus moritur: cuius vitam ſcripſit Gigo Prior Cartuſiæ: vt Robertus Abbas Montis S. Michaelis in Chron. teſtatur.

In *Valcellenſi* monaſterio, diœceſis Cameracenſis, quod anno ſuperiore exſtrui cœptum, S. Bernardus Radulfum Abbatem, cum ſui ordinis monachis, hoc anno collocauit. *Vaulcelles.*

Florentius Niger, Theoderici Hollandiæ Comitis frater, ad venationem pergens, in *Alſtede,* haut procul Vltraiecto, ab Hermanno Comite Cudicenſi trucidatur: vt Guil. Heda in hiſt. Vltraiectina narrat. *Cuyck.*

Anno 1133. Godefridus Barbatus, Dux Lotharingiæ & Comes Louanij, dat locum *Bigardienſem,* haut procul à Bruxella ſitum, *VViuinæ*, eiuſque ſociæ *Emuuaræ*, ad excitandum cœnobium: ſcripto diplomate, quod Steppo Bruxellenſis, Arnulfus Aſcanus, Sigerus Anderlechtenſis, Franco Caſtellanus Bruxellenſis, & alij viri nobiles 1133.

Anno biles ſignarunt.

Bigardia maior. Hoc fuit initium *Bigardiæ Maioris*, quæ eſt præclara nobilium virginum Benedictinarum Abbatia, corpus *S. VViuinæ*, primæ ſuæ Abbatiſſæ, in capſa religioſè adſeruans.

Minor. Eſt & altera *Bigardia* cognomento *Minor*, quam anno 1251. *Godefridus à Louanio*, Henrici II. Brabantiæ Ducis frater, cum Maria coniuge, & *Ioannes à Louanio*, Herſtalli ac Gasbecæ Dominus, anno 1324. defunctus, dotarunt.

1133. Lotharius Imp. Romam ingreſſus, Innocentium Papam in ſede Lateranenſi collocat, & ab ipſo coronatur Imperator. *Anſel.*

1134. *Melſbrouck.* Anno 1134. Liethardus Epiſcopus Cameracenſis Bruxellenſi Canonicorum collegio dat eccleſiam Melſbroucanam.

S. Norbertus moritur *S. Norbertus*, ab expeditione Italica cum Lothario Imp. in Germaniam reuerſus, pijſſimè in Domino obdormit, VIII. Idus Iunij, Magdeburgi in Mariano ſui ordinis cœnobio conditus: de cuius ſancta propagine vide Chronicon

nicon noſtrum Præmonſtratenſe. Miraculis vitæque ſanctimonia clarum Gregorius XIII. Diuis adſcripſit. *Anno*

Innocentius II. Papa Piſis ſynodum celebrat: in eaque Alexander Epiſcopus Leodienſis ob Simoniā deponitur.

Rainaldus Comes Barrenſis Bulloñienſem arcem occupat.

An. 1135. Guilielmum Aquitaniæ Ducem S. Bernardus ad Eccleſiæ cōmunionem reducit. 1135.

Arnoldus ſeu Arnulfus Comes Loſſenſis, cum Ludouico filio ſuo, in *Auerbodio* alodio ſuo, Abbatiam ord. Præmōſtratenſis fundat ac dotat: quod poſtea probarunt Waleranus Limburgenſis Dux Lotharingiæ, Godefridus Comes Namurcenſis, Lambertus Comes Montis-acuti, Arnulfus Arſchotanus, Arnulfus Diſtenſis, & alij viri nobiles. *Euerboden.*

Fredericus Sueuorum Dux cum Lothario Imp. in gratiam redit. *Anſel.*

An. 1136. Adelbero H. Comitis Gelriæ filius, fit Leodienſis Epiſcopus. Huic Innocentius Papa vſum Rationalis conceſſit. 1136.

Ludo-

Anno Ludouicus Groſſus Rex Francorum Kalendis Auguſti moritur: ſuccedit filius eius Ludouicus.

Anſelmi Abbatis Gemblacenſis hoc anno defuncti, Chronicon deſinit, quod cum Sigeberti Chronico edidimus, itemque cum Auctarijs Gemblacenſi, Affligemienſi, & Aquicinctino.

Godefridus Louanienſis & Godefridus Namurcenſis, Comites, bello inter ſe concurrunt.

S. Leopoldus Marchio Auſtriæ moritur.

1137. Anno 1137. S. Guilielmus Dux Aquitaniæ ad S. Iacobum in Galæciam proficiſcitur: Eleonora, filia eius natu maior, Ludouico, Ludouici Groſſi Francorum Regis filio, nupta, Ducatum Aquitaniæ in dotem attulit: vt Robertus Abbas Montenſis tradit. Vitam S. Guilielmi, reiectis fabellis, à nobis annorum ſerie breuiter digeſtam, in Originibus Monaſticis reperies.

In ſilua Carbonaria, prope Rodium Hannoniæ opidum, *S. Foillani* monaſterium,

ſterium, temporibus *Burchardi* Epiſco- *Anno*
pi Cameracenſis incohatum, *Nicolaus*
Epiſcopus ſuo diplomate firmat, quod
in Codice noſtro exſtat. Eſt nunc præ-
clara ord. Præmonſtratenſis Abbatia.

Adelbertus Archiepiſcopus Mo-
guntinus moritur.

Ninouienſe ord. Præmonſtratenſis
monaſterium in Flandria à Gerardo *Ninoue.*
Conſtabulario incohatur. Truncinien-
ſe item collegium Canonicorum, in
eiuſdem ordinis cœnobium conuer- *Dron-*
titur ab Iuano Comite Aloſtano. *Meie-* *gen.*
rus,

Fulco Abbas Dunenſe ſuum mo- *Dunen.*
naſterium, & Claremariſcum S. Ber- *Clair-*
nardo, eiuſque diſciplinæ ſubmittit. *mares.*

Anno 1138. *Theodericus* Flandriæ
Comes, eiuſque vxor *Sybilla*, Fulconis 1138.
Regis Hieroſolymitani filia (petente
Oggero Præpoſito Truncinienſi & *Iua-*
no Comite Aloſtano) emanciparunt,
& in manibus *Simonis* Epiſcopi Tor-
nacenſis, ac *Goſuini* Abbatis poſuerunt
eccleſiam *Truncinienſem*, ad vſum fra- *Dron-*
trum ord. Præmonſtratenſis. tabulis *ghen.*
Ariæ ſcriptis, quas Milo Morinorum

Anno Epiſcopus multique Abbates ſignarunt. Exſtant eæ in noſtro Codice: ex quibus colligi videtur, hoc demum anno Præmonſtratenſes Truncinium veniſſe, Canonicis ſæcularibus loco cedentibus.

S. Bernardo per Flandriam prædicante, Dunis monachi Ciſtercienſes collocantur. *Meierus.* *Dunen.*

Honorij Auguſtidunenſis presbyteri Chronicon deſinit. Lothario Imp. prope Tridentum ſub finem anni ſuperioris defuncto, ſufficitur *Conradus*, Henrici V. Imp. ex ſorore nepos, & Dominica 4. Quadrageſimæ Aquiſgrani coronatur. *Conradus II. Imp.*

God. Barbatus, Loth. Dux, cum conſenſu Godefridi & Henrici, filiorum ſuorum, dat Paruino, Abbati S. Sepulchri Cameracenſis, alodium ſuum Bruxellæ contiguum, cum capella à ſe ædificata.

Idem prædia ac poſſeſſiones monaſterij *Affligemienſis* confirmat: Hoſpitale item B. Mariæ & XII. Apoſtolorum, à pijs vtriuſque ſexus perſonis, Bruxellæ fundatũ, ſuo diplomate corroborata,

roborat. Diplomata in citato Codice *Anno*
exſtant.

Brunoni A. Colonienſi ſufficitur *Hugo*, cui mox defuncto ſucceſſit *Arnulfus*.

An. 1139. ſtilo Gallico, God. Barbatus, Loth. inferioris Dux, Comes Louanienſis, & Marchio Antuerpienſis, VIII. Kal. Februarij moritur, & Affligemij ſepelitur. Is *Fliderbecanum*, *Parcenſe*, & *Bigardienſe*, monaſteria cōdidit, collegium Antuerpienſe Marianum, itemque Affligemium, & alia cœnobia beneficijs auxit. 1139.

Perck.

Barbati principatum *Godefridus* filiorum natu maior excepit: Henricus natu minor monachum Affligemij induit, vbi & obijt. *Godefridus II. Dux*

Conradus III. Rex Godefridum Ducem facit paterni honoris ſucceſſorem (hoc eſt, Lotharingiæ Ducem creat) quia Lutgardem ſuæ coniugis ſororem ei dederat vxorem: vt in Auctario Gemblacenſi legitur.

In Claromariſco ſeu Clara palude Theodericus Flandriæ Comes templum ædificat: vbi S. Bernardus ſui

Anno ordinis monachos poſuit. *Meierus.*

Ludouicus Comes Arenſtenius in
Aren-ſtein. diœceſi Treuerenſi caſtrum ſuum in monaſterium ord. Præmonſtratenſis conuertit, factus ibidem Conuerſus, vt vocant.

1140. Anno 1140. inter Adelberonem Epiſcopum Leodienſem, & Henricum Comitem Namurcenſem exoritur diſcordia.

Henricus Lemburg. Henricus Comes Lemburgenſis, dolens ſe priuatum honore Ducatus Lotharienſis, à Valerano patre ſuo poſſeſſi, contra Godefridum Ducem rebellat. Godefridus Dux opidum S. Trudonis, & Aquaſgrani occupat. *Auct. Gembl.*

Henricus, filius Ducis Godefridi Barbati, alodia ſua, quæ apud *Sichenas, Rodam*, & *VVilram*, ex paterna hereditate poſſidebat, monaſterio Afflige mienſi donat, & fit monachus ibidem. Diploma donationis exſtat in noſtro Codice.

Rainaldo Archiepiſcopo Remenſi anno 1138. defuncto, *Samſon* ſufficitur. Otho Bambergenſis Epiſcopus, Pomeranorum

meranorum Apoſtolus, moritur. *Anno*

Manaſſes vir nobilis de *Hirge*, cùm ſtatuiſſet proficiſci Hieroſolymam, *Ebroino* Abbati Bronienſi alodia ſua, quæ iacent in pago Hasbanienſi, videlicet *Miele* & *Muſin*, tradidit, ſeu potiùs vendidit octoginta marcis: quod Adelbero Epiſcopus Leodienſis tabulis firmauit, à Chapeauillio editis.

Idem Manaſſes VI. Idus Martij in Bronienſi eccleſia, *glebas & ramos de ſingulis alodijs ſuper altare S. Petri poſuit, ſupradictam traditionem recognoſcens*: vt Ægidius rerum Leodienſium ſcriptor loquitur.

Notet hîc Lector veterem ritum offerendi glebas ſeu ceſpites, & ramos ad altare; quos quidem deſumebant ex fundo ſeu terra Deo dicanda; quales ceſpites in ſacrarijs templorum, in huc vſque diem adſeruatos, me videre memini.

Guelforum & Gibellinorum factioſa ac feralia nomina hoc ferè tempore nata ſunt.

Anno 1141. Henricus, God. Barbati filius, monachus, vel vt alij vocant 1141.

Anno Conuerſus Afflıgemij moritur.

Bullonium caſtrum, quod Rainoldus ſeu Raginoldus Comes Barrenſis à ſeptennio inuaſerat, Adelbero Epiſcopus Leodienſis obſidet, & delato ad caſtra corpore S. Lāberti, feliciter expugnat. Triumphum S. Lamberti de Caſtro Bullonio ſcripſit Nicolaus Canonicus Leodienſis, exſtatque apud Chapeauillium.

Hugo Victorinus, ſcriptis clarus, moritur hoc anno aut prçcedente.

Rogerius Calabrię & Apuliæ Dux, ab Innocentio Papa coronatur Rex Siciliæ. *Rob. Abb.*

1142. Anno 1142. Lubeca in littore Baltico conditur. Francofurti ad Mœnum comitia celebrantur: quibus S. Bernardus interfuit.

Auicenna & Auerroës, Medici Arabes, Cordubæ in Hiſpania florent.

Godefridus II. Dux Lotharingiæ, anno ſui Ducatus quarto, moritur, & Louanij ad S. Petrum tumulatur. Succedit filius eius *Godefridus in Cunis*, primum ætatis annum agens. *Auct. Gembl.*

Godef. in Cunis

Ful-

Fulconem Regem Hieroſolymis hoc anno obijſſe, tradit Guil. Tyrius; alij eius obitum ad annum 1143. referunt. Patri filius Balduinus III. ſucceſſit. *Anno*

Anno 1143 Mareoli, prope Atrebatum, amotis clericis, Canonici regulares ſufficiuntur. 1143.

Innocentio II. VIII. Kalend. Octobris defuncto ſuccedit Cæleſtinus.

Conradus Imp. conceſſit Godefrido Comiti Louanienſi, adhuc puerulo, quidquid beneficij vel honoris anteceſſores eius habuerant ab Imperatoribus: hoc eſt, Ducatum Lotharingiæ inferioris, & Marcam Antuerpienſem ipſi contulit. *Auct. Gembl.*

Theodericus Flādriç Comes Truncinium dotat.

Hariulfus Abbas Aldenburgenſis, ſcriptor vitæ S. Arnulfi Epiſç. Sueſſionenſis, moritur. *Meierus.*

Godefrido Duce in cunis ad caſtra adducto (quod olim Macedones cōtra Illyricos pugnaturi, quoque fecerunt, teſte Iuſtino) Brabanti cum Bertholdis, Grimbergç ac Mechliniç dominis, *Grimberg. bellum.*

Anno confligunt & vincunt. Arnoldus Bertholdus cum Waltero filio captus, ex vulnere poſt aliquot hebdomadas obijt. Walterus poſt quadrienniũ certis legibus è cuſtodia dimiſſus eſt. *Haræus.*

1144. An 1144. Cæleſtinus Papa moritur: Lucius II. ſubrogatur.

Theobaldus Bleſenſium Comes cum Ludouico Galliæ Rege in gratiam redit, agente S. Bernardo.

Balduinus Ardenſis collegium ſacerdotum Ardẽnſe vertit in Præmonſtrãtenſe cœnobium. *Iuniro* cognomento *Caluus*, Comes Aloſtanus, hoc
Ardres. anno moritur, iuxta Meierum aut anno proximè ſequenti iuxta Auctarium Gemblacenſe. Filium reliquit *Theodericum* in Comitatu Aloſtano ſucceſſorem.

1145. An. 1145. Lucius Papa moritur: Eugenius III. diſcipulus S. Bernardi ſuccedit.

Remis, in cœnobio S. Remigij S. Gibrianus Scotus multis claret virtutibus, & multo populi concurſu frequentatur. *Auct. Gembl.*

Adelbero Leodiẽſis Epiſcopus moritur:

ritur: ſuccedit Henricus. *Anno*

Normanni, qui hactenus Henrico Anglorum Regi paruerant, paruipendentes eius ſucceſſorem Stephanum, ſubmittunt ſé Comiti Andegauenſium. Conradus Rex apud Epternacum, in Ducatu Luxemburgenſi, haut procul à Treueris, Pentecoſten celebrat. *Auct. Gembl.*

Conradus Imp. Marſanam, Hertam, Littam, Angleduram, & alia prædia monaſterij S. Remigij Remenſis, in Imperio ſita, confirmat, diplomate Vltraiecti ſcripto, quod in Codice noſtro reperies, ſignatum ab Hartberto Vltraiectenſi, & Anſelmo Hauelburgẽſi, Epiſcopis, Henrico Comite Gelriæ, Hermanno Comite Cudicenſi, eiuſq́ue fratre Godefrido, & alijs.

An. 1146. Bernardo inſtigante, Cõradus Germaniæ, & Ludouicus Franciæ, Reges, alijq́ue Principes expeditionem in Terram ſanctam parant. 1146.

Tornacenſis eccleſia, quæ annis ferè ſexcentis cum Nouiomenſi fuerat vnita, proprium Epiſcopum, nomine *Anſelmum*, ab Eugenio Papa accipit, procu- *Tornac. Epiſcopatus.*

Anno procurante eodem S. Bernardo.

Otho Friſingenſis Epiſcopus Chronicon ſuum ſcribit. Fuit is Henrici IV. Imp. nepos, Henrici V. ſororius, Cōradi Regis frater vterinus, Frederici I. patruus, primùm monachus Ciſtercienſis, pòſt Abbas Morimundenſis; ac demum Friſingenſis in Bauaria Epiſcopus, an. 1158. viuere deſijt.

Otho Friſingenſis.

Conradus Rex, petente Gertrude coniuge ſua, & Nicolao Epiſcopo Cameracenſi, eiuſdem Eccleſiæ poſſeſſiones ac priuilegia confirmat, tabulis Aquiſgrani editis: quibus ſubſcripſerunt Arnulfus Colonienſis, Henricus Leodienſis, Wernerus Monaſterienſis, Albero Virdunenſis, Anſelmus Hauelburgenſis, Epiſcopi; Hermannus item Comes Palatinus Rheni, Henricus Lemburgenſis, & frater eius Comes Waleramus de *Arlon*, Ludouicus Loſſenſis, Adolfus Montenſis, Otho Rauensbergenſis, Otho Duraſſienſis, Henricus Gelrenſis, Hermannus Cukenſis, Rubertus Lucemburgenſis, Guilielmus Iuliacenſis, Henricus Catzenelenbogenſis, Comites.

Lauretta

Laureta, Iuani Comitis Aloſtani vidua, nubit Henrico Comiti Lemburgenſi. *Meierus.* *Anno*

Anno 1147. *S. Bernardus* Spira, Colonia, alijſque Germaniæ vrbibus luſtratis, Leodium venit: vbi 19. Ianuarij Miſſam ſolemniter celebrauit, concionem habuit, & multa miracula patrauit. Venit item in Galliam hoc anno Eugenius III. Papa. *1147.*

Conradus II. Rex Henricum filium ſuum Aquiſgrani in Regem ſublimat: menſe Maio expeditionem in Paleſtinam ſuſcipit, Boſphorum Thracium cum numeroſo exercitu tranſit; ſed infelici ſucceſſu, ob dolos Græcorum, & incurſiones Turcarum. *Cruciata expeditio.*

VValterus Bertholdus (de quo ſupra an. 1143. egimus) agente S. Bernardo, carcere liberatus, dato fratre obſide, Conrado Regi in hoc bello ſacro adhæſit. *Haraus.*

Conradum paulò pòſt ſubſecutus eſt *Ludouicus* Francorum Rex: qui & ipſe peragrata Hungaria, Boſphorum cum copijs traiecit, exiguo fructu.

Belgæ, per mare Anglicum profecti con-

Anno ꝺti contra Saracenos, tandem emenſo mari in Gallæciam apud S. Iacobum appulerũt, & inde promouentes exercitum, peruenerunt ad vrbem Saracenorum potentiſſimam, quę *Oliſipo* dicitur, eamque Saracenis eripuerunt, & Alfonſo Portugalliæ Regi tradiderunt. *Auct. Gembl.*

Lisbona

Dodechinus & Robertus Abbas S. Michaelis referunt, ducentas ferè naues Flandricas & Anglicas huic Luſitanæ expeditioni interfuiſſe. De qua vide plura in Faſtis no[illegible]ris Belgicis 18. Octob. & apud Ant. Vaſconcellium in Hiſtoria Luſitaniæ.

Huic expeditioni Comes de Areſchot & ipſe Dodechinus Chronographus interfuerunt.

Ex Clara-valle monachi XII. cum Laurentio Abbate in Brabantiam mittuntur, ad Villarienſe monaſterium ędificandum.

Villers.

1148. An. 1148. Europæi per deſerta Syriæ, dolo Græcorum, & inſultu Turcarum, maxima damna patiuntur. Simon Nouiomenſis Epiſcopus Seleuciæ moritur; cui Balduinus ſucceſſit. S. Mala-

Malachias Hibernorum Epiſcopus in Anno Clara valle moritur: cui Chriſtianus Abbas Mellifontis ſubrogatur. *Rob. Abbas.*

Conradus Imp. rebus aduerſis in Syria fractus, redit in Græciam. Ludouicus Rex per annum Hieroſolymis adhuc moratur. *Idem.*

Eugenius Papa Remis ſynodum habet, cui mille centum Epiſcopi & Abbates interfuiſſe dicuntur. *Auct. Gembl.*

Camberonenſe monaſterium, ord. Ciſtercienſis, in Hannonia fundatur. Camberon.

Eiuſdem ordinis monachi *Alnæ* ad fl. Sabim per S. Bernardum collocantur, Alne. petente Henrico Epiſcopi Leodienſi. Alnam porrò à S. Landelino circa an. 651. conditam ſupra diximus.

Vpſalia, regni Sueciæ metropolis, per Eugenium III. titulo Archiepiſcopali honoratur, Erico Rege dotante.

Per eumdem Pontificem *Nidroſia*, vrbs Noruegiæ, eadem dignitate exornatur.

Anno 1149. Conradus Imp. & Ludouicus Rex, ex bello ſacro domum redeunt, 1149.

Anno deunt, rebus in Syria infeliciter geſtis.

Balduinus Hannoniæ Comes agrum Atrebatenſem vaſtat.

1150. An. 1150. Theodericus Alſatius, Flandriæ Comes, Hieroſolymis domum rediję portionem Cruoris Chriſti, per Leonium Abbatem Bertinenſem, in phyala criſtallina ſecum attulit, & Brugis in æde S. Baſilij collocauit. *Meierus.*

Rogerius Siciliæ Rex, tranſmiſſo in Africam exercitu, res magnas contra Saracenos geſſit.

1151. Anno 1151. Bartholomæus Laudunenſis Epiſcopus Fuſciaci fit monachus. Aluiſo Epiſcopo Atrebatenſi, in expeditione Hieroſolymitana mortuo, ſuccedit *Godeſcalcus*.

Theobaldus Comes Bleſenſis, pater pauperum, moritur. In Hibernia quattuor ſedes Archiepiſcopales inſtituuntur, *Armachana*, *Dublinienſis*, *Caſſellenſis*, & *Tuamenſis*, per Ioannem Paparonem Eugenij III. Legatum. *Baron.*

1152. Anno 1152. Bruxellis in eccleſia S. Nicolai, meritis B. Virginis, plurima patrantur miracula: de quibus vide Aucta-

Auctarium Affligemienſe, cum Sige- *Anno*
berti Chronico a nobis editum.

Ludouicus Galliæ Rex *Leoneram* vxorem ſuam, S. Guilielmi Aquitaniæ Ducis filiam, repudiat. Vnde & Aquitaniam amiſit: ipſa namque nupſit Henrico Normanniæ Duci, qui paulò pòſt Rex Angliæ fuit, & Aquitaniam occupauit, diu ab Anglis exinde poſſeſſam. *Rob. Abb.*

Conradus Romanorum Rex 15. Februarij moritur: *Fredericus Barbaroſſa* nepos eius, 4. Martij ſufficitur, & poſtea Aquiſgrani coronatur. *Fred. Barbaroſſa.*

Adelbero A. Treuerenſis, & Radulfus Veromanduorum Comes, moriuntur. *Rob. Abbas.* *Lo.*

Laudenſe monaſterium ord. Ciſtercienſis, prope Inſulam Flandriæ opidum, conditur. *Meierus.*

An. 1153. Eugenius III. Papa moritur, Anaſtaſio IV. ſuccedente. Deceſſit & S. Bernardus Abbas Claræuallis, relinquens ibidem Deo ſeruientes ſeptingentos ſeptuaginta. 1153.

Walterus Epiſcopus Laudunenſis, multarum Abbatiarum ord. Præmonſtraten-

Anno ſtratenſis fundator, obijt.

Bernardo in Clara Valle ſucceſſit *Robertus Brugenſis*, tunc Abbas Dunenſis in Flandria, ab ipſo præelectus.

Fredericus I. Imp. Romanorum Rex prædia ac priuilegia Cameracenſis eccleſiæ confirmat, edito Treueris diplomate: cui ſubſcripſerunt,

Arnoldus A. Colonienſis,
Hillinus A. Treuerenſis,
Stephanus Epiſcopus Metenſis,
Conradus Wormatienſis,
Henricus Leodienſis,
Philippus Oſnaburgenſis,
Henricus Dux Saxoniæ,
Matthæus Dux Lotharingiæ *ſuperioris.*
Godefridus Dux Louaniæ & *Loth. inferioris.*
WelphoDux Spoleti, Marchio Tuſciæ, Rector Sardiniæ,
Herimannus Palatinus Rheni,
Theodericus Comes Flandriæ,
Henricus Comes Namurcenſis.

Inter Stephanum Angliæ Regem, & Henricum Normannorum atque Andegauenſium Ducem pax initur,

ea

ea conditione, vt Stephano mortuo *Anno*
Henricus, Henrici Anglorum ex filia
nepos, in regno ſuccedat. *Ex ms. Ortel.*

Henrico A. Moguntino ſufficitur
Arnoldus, teſte Dodechino.

Alfonſus Hiſp. Rex, è Syria domum
reuerſus, moritur.

An. 1154. Fred. Barbaroſſa cum 1154.
exercitu in Italiam abit, & Mediolanenſes
bello perſequitur.

Anaſtaſius Papa moritur: ſuccedit *Hibernia.*
Adrianus IV. natione Anglus. Is Hiberniam
inſulam Henrico II. Angliæ Regi
certis conditionibus conceſſit: quas
vide in diplomate pontificio apud Baronium.

Wicelinus Wandalorum Apoſtolus
diem claudit extremum: de quo fusè
Helmoldus & Crantzius in Wandalia.

Henricus Namurcenſis & Luxeburgenſis
Comes poſſeſſiones ac priuilegia
monaſterij Bronienſis confirmat.

Stephanus Angliæ Rex moritur:
ſuccedit Henricus Normanniæ Dux,
anno ſuperiôre memoratus. *Auct. Affl.*

Anno Guilielmus Bononiæ Comes cum Henrico Anglorum Rege in gratiam redit. *Meierus.*

1155. Anno 1155. Fred. Barbaroſſa Romæ, XIV. Kalend. Iulij, ab Adriano Papa coronatur Imperator: exinde per Tridentum in Bauariam reuertitur. *Otho Friſ.*

Godefridus III. Lotharingiæ Dux, & Comes Louanienſis, Margaritam, Henrici Comitis Limburgenſis filiam, matrimonio ſibi iungit: per quod, rebus omnibus pace compoſitis, vetus de Ducatu Lotharingiæ, inter Louanienſem & Limburgenſem Comites, contentio, ea tandem conditione finita eſt, vt Godefridus confirmatum ſibi Ducatum, ſine vlla contradictione, itemque Aduocatiam monaſterij S. Trudonis, & caſtellum Rodenſe obtineret. *Auct. Afflig.*

Roda Ducis.

Ludouicus Francorum Rex, orationis gratia, Compoſtellam ad S. Iacobum proficiſcitur, & ab Alfonſo Hiſpaniarum Imperatore honorificè excipitur. *Rob. Abbas.*

Henricus Normanniæ Dux, VII. Idus

dus Decembris, in Angliam tranſmittens, maximo gaudio a ſuis excipitur, & XIII. Kal. Ianuarias *VVeſtmonaſterij* à Theobaldo Archiepiſcopo Cantuarienſi coronatur, Epiſcopis vniuerſæ Angliæ præſentibus. Adfuit & ex Normannia Hugo Rotomagenſis Archiepiſcopus, cum Baiocenſi, Lexouienſi, & Abrincenſi, Epiſcopis, itemque *Theodericus* Comes Flandrenſis. *Idem.* *Anno Henricus Rex Angliæ.*

Fredericus Imp. poſſeſſiones eccleſiæ Leodienſis confirmat, in gratiam Henrici Epiſcopi Leodienſis, qui ipſum in Italiam comitatus fuerat. Diploma Tridenti datum exſtat apud Chapeauillium; quod præter Epiſcopos, ſignarunt,

Henricus Dux Saxoniæ.
Bertholdus Dux Ceringenſis.
Vlricus Comes Lenceburgenſis.
Goſuinus iunior de Falconis monte.
Herimannus de Baden.

Anno 1156. Fredericus Imp. Marchionatum Auſtriæ conuertit in Ducatum: & ſic Henricus eius patruus 1156.

Anno factus eſt primus Dux Auſtriæ. Diploma Ratiſponæ datum, quod Henricus Stero in Annalibus recitat, ſignarunt,

Piligrinus Patriarcha Aquileienſis,
Eberhardus A. Salisburgenſis,
Otho Epiſcopus Friſingenſis,
Dominus Welfo,
Conradus Dux, frater Imperatoris,
Fredericus, filius Regis Conradi,
Hermannus Dux Carinthiæ,
Engelbertus Marchio Iſtriæ,
Albertus Marchio Badenſis,
Henricus Comes Palatinus Rheni,
Otho Comes Palatinus Schirenſis,
& frater eius Fredericus, & alij plures.

Bohemiæ I. Rex. Hoc ipſo anno, tradit Stero, Vradiſlaum Bohemiæ Ducem à Frederico Imp. Regem creatum: quod Radeuicus ad an. 1158. refert. Eundem hunc honorem ac titulum regium Henricus IV. ante annos 72. Vratiſlao Duci detulerat; ſed nemo Principum ſubſequentium illo vſus fuerat.

Ludouicus Galliæ Rex varia beneficia Teruanenſi eccleſiæ confert,

quæ

quæ Meierus commemorat. *Anno*

An. 1157. diſcordia exoritur inter Adrianum IV. Papam & Fredericum 1157. Barbaroſſam: de qua vide Baronium.

Fredericus Imp. repudiata vxore ſua, ducit *Agnetem*, Rainaldi Burgundiæ Comitis filiam, quam patruus eius Guilielmus Comes diu in cuſtodia tenuerat. *Auct. Afflig.*

Propter quod diuortium, ab Adriano Papa & Rolando Cancellario Imperator vehementer arguitur. Quod ille ægrè ferens, Cardinalibus introitum ciuitatum & eccleſiarum regni ſui interdixit. *Ex ms. Aquic.*

Theodericus Alſatius Flandriæ Comes tertiò in Terram ſanctam armatus proficiſcitur, ducta ſecum vxore Sibylla, matrona pijſſima. Comitatum Flandriæ interea rexit filius eius Philippus. *Auct. Afflig.*

De rebus à Theoderico in Syria fortiſſimè geſtis, Guil. Tyrius lib. 18. cap. 16. & ſequentibus, itemque Iac. Vitriacus in hiſt. Orientali fuſè ſcribunt.

Godeſcalcus Epiſcopatum Atreba-

Anno tenſem ſponte deponit: ſuccedit Andreas Pariſienſis. *Meierus.*

1158. An. 1158. Otho Friſingenſis Epiſcopus & Chronographus moritur: cui Adelbertus ſucceſſit. *Stero.*

Fredericus Imp. 25. Iulij Mediolanum obſidet, & 8. Septembris deditione capit. Fit pax inter ipſum & Papam, ſed non diu duratura.

Liuonia à Chriſtianis mercatoribus luſtratur, & ad Chriſti cultum paulatim adducitur.

B. Oda virgo, ord. Præmonſtratenſis, in Domino obdormit. Eius vitam ſcripſit Philippus Eleemoſynarius, Bonæ Spei in Hannonia Abbas.

1159. An. 1159. Theod. Alſatius, Flandriæ Comes, tertiò Hieroſolymis reuertitur. *Sibylla* autem Comitiſſa, eius vxor, ibi remanſit, & veſte religioſa apud S. Lazarum aſſumpta, ibidem ſancto fine quieuit. *Ex ms. Aquic.*

Grimberga. Bellum Grimberganum quartum & vltimum geritur: *VValterus* & *Gerardus Bertholdi* vincuntur, quibus *Godefridus* Brabantię Dux ignouit & bona paterna reddidit: ea tamen lege di-

tioni

tioni Grimberganæ impoſita, vt minor natu iure primogenituræ in feudis frueretur; quod hodieque obtinet. *Haræus*. *Anno*

Diſcordia inter Adrianum Papam & Fredericum Imp. recrudeſcit. Adrianus Papa moritur, & *Alexander III* ſuccedit, legitimè creatus; Octauiano quodam, qui ſe Victorem IV. nuncupabat, per vim ſchiſmaticè intruſo.

Lundenſis in Dania Archiepiſcopus, per Vrbanum II. anno 1092. creatus, fit Primas illius regni, per Hadrianum IV. anno 1159. *Lunden*

Corpora trium Magorum, in veteri capella prope Mediolanum, inueniuntur, & ob belli tempeſtatem in vrbem Mediolanenſem transferuntur. *Rob. Abb.*

Gutagoni Regis corpus in Oiſtkerca prope Brugas eleuatur per Gerardum Epiſcopū Tornacenſem. *Meierus.*

An. 1160. Fredericus Imp. habito conciliabulo, ſtat pro Victore Antipapa: contrà Alexander, à Regibus Galliæ, Angliæ, & Hieroſolymorum, agnoſcitur Pontifex. 1160.

Anno Miloni Epiſcopo Teruanenſi defuncto, ſufficitur alter *Milo:* quem cùm Samſon A. Remenſis vellet conſecrare, clerici ciuitatis Bolonienſis, proprium Epiſcopum, vt olim habuerant, poſtulantes, voluerunt illum non niſi ad titulum Teruanenſis eccleſiæ promoueri. Quod reijciens Milo, Romam ſe contulit, eſtque ibidem conſecratus. *Rob. Abb.*

Petrus Lumbardus, quem Magiſtrum Sententiarum nuncupant, fit Pariſienſis Epiſcopus, cuius tumulus hodieque exſtat ibidem in ſuburbana S. Marcelli baſilica. *Idem.*

Samſon Remorum Archiepiſcopus moritur: ſuccedit Philippus, frater Ludouici Francorum Regis.

Radeuici Canonici Friſingenſis Chronicon deſinit.

Henricus Leo, Dux Saxoniæ, colonias Brabantorum, Flandrorum & Hollandorum in Vandaliam & Vagriam deducit. Ita Meierus & Diuæus ex Alberto Crantzio in Saxonia.

Guilielmus Comes Bolonienſis, Stephani Regis Angliæ filius, moritur ſine

ſine herede. Henricus Angliæ Rex *Anno*
neptem ſuam monialem,clauſtro contra Canones extractam, *Matthao*, Theoderici Flandriæ Comitis filio, dat vxorem, qui per eam Comitatum obtinuit Bolonienſem. Qua de cauſſa Matthæus à Samſone A. Remenſi & ſuffraganeis Epiſcopis eſt excommunicatus: à patre autem Theoderico, & à fratre Philippo,propter caſtellũ *Lens*, quod hereditatis tituloab ejs repetebat,eſt laceſſitus *Auct. Afflig. & Aquic.*

Anno 1161. Ludouicus Rex Fran- *1161.*
corum ducit filiam Theobaldi Comitis Bleſenſis. Henrico Henrici Angliæ Regis filio, deſpondetur Margarita, Ludouici Franciæ Regis filia.

Anno 1162. Fredericus Mediola- *1162.*
num capit, eoque penè euerſo in Germaniam redit. Septembri menſe Fredericus Imp cum Antipapa, iuxta Ararim fluuium, nunc Saonam, conſedit, & Ludouicus Rex Diuione in Burgundia; congregatis ex vtraque parte multis Epiſcopis, Abbatibus ac proceribus: vt ſchiſmati finem imponerent: ſed re infecta

ſinguli

Anno ſinguli domum redierunt.

Alexãder Papa, qui in Galliam priùs aduenerat, collecto apud Turones concilio, Octauianum, cum Rainaldo Colonienſi electo, & Moguntino Archiepiſcopo excommunicauit. Sic fere in Auctario Orteliano legitur: ſed Robertus, Abbas Montis S. Michaelis, Frederici cum Ludouico colloquium ad annum ſequentem refert.

S. Thomas fit Cantuarienſis Archiepiſcopus. Balduinus Rex Hieroſolymæ ſine liberis moritur: ſuccedit frater eius Amalricus. *Auct. Afflig.*

1163. Anno 1163. Ludouicus Franciæ, & Henricus Angliæ, Reges, ad Ligerim conuenientes, Alexandrum Papam honore congruo ſuſceperunt, & vſi officio ſtratoris, pedites dextra læuaque frænum equi ipſius tenentes, eum vſque ad præparatum papilionem perduxerunt: quo agente, pax inter ipſos firma eſt conſtituta. Ita Robertus Abbas: alij tamen ad annum ſuperiorem id referunt.

Tres Magi. Corpora *Trium Regum* ſeu *Magorum* prope Mediolanum inuenta, Rainaldus

dus Colonienſis electus Coloniam ad- *Anno*
fert, & in S. Petri baſilica collocat.
Auct. Affligemienſe: ſed Dodechinus,
eumque ſecutus Trithemius id ad annum
ſuperiorem, Stero & alij ad ſequentem
referunt.

Ioſcio cognométo *Roſeus* ad S. Berti- *Ioſcio*
num monachus, Deiparæ ſingulariter *Roſeus.*
addictus, in Domino obdormit. Ex eius demortui capite quinque purpureæ roſæ mox proceſſerunt: in quarum prima *Mariæ* nomen manifeſtè effictum apparuit. Septem diebus inhumatum iacuit beati viri corpus: quod terræ mandauit Epiſcopus Atrebatenſis, oculatus inter alios huius miraculi teſtis. Vincentius Bellouacenſis in Speculo hiſt. cap. 116. eiuſdem rei meminit.

An. 1164. Victor Antipapa Lucæ 1164.
X Kal. Maij moritur: ſufficitur Guido Cremenſis, dictus Paſchalis, & conſecratur ab Henrico Leodienſi Epiſcopo, VI. Kal. Maij, qui tunc Antipapatum recuſauit. Proinde à Paſchali donatus eſt pallij dignitate; ſed pridie Nonas Decembris Papiæ deceſſit, &

Alexan-

Anno Alexandrum II. ſucceſſorem habuit.

Theodericus, Dominus & Princeps Aloſtenſis opidi, dat monaſterio Affligemienſi ſiluam *Horbam*, ſcriptis tabulis, quas in noſtro Codice donationum reperies.

1164. Godeſcalcus Atrebatenſis Epiſcopus, ob morbum dimittit Epiſcopatum: cui Andreas Abbas ex ord. Ciſtercienſi ſucceſſit. *Auct. Aquic.*

Petrus Lumbardus Epiſcopus Pariſienſis, moritur: in cuius libros quattuor Sententiarum quamplurimi extant Theologorum commentarij. Nā ij libri paſſim in ſcholis Theologicis olim prælegi ſolebant, antequam Summa Theologica S. Thomæ Aquinatis auctoritatem in omnibus ferè orbis Chriſtiani Academijs obtinuiſſet.

Magiſter Sententiarum.

1165. An. 1165. Alexander Papa è Gallijs Romam tendit, & II. Kal. Decembris, Vrbem ingreditur.

Fredericus Imp. Natalem Domini Aquiſgrani celebrauit, & feria quarta poſt Natalem, oſſa S. Caroli Magni Imp è terra leuari curauit, per Rainaldum A. Colonienſem & Alexandrum

Carol. M. eleuatur.

drum Leodienſem: vt Henricus Ste- *Anno*
ro in Annalibus, & alij tradunt.

De eadem eleuatione exſtat Frederici diploma, VI. Idus Ianuarij an. 1166 Aquiſgrani datum, quod in Faſtis Belgicis die 28. Ianuarij reperies. Ibidem leges quid Ioannes Molanus, Doctor Theologus Louanienſis, de iſta eleuatione ſcripſerit.

Philippus Comes Flandriæ, *Matthæus* frater eius Comes Boloniæ, & *Godefridus* Dux Louanienſis, cum ſeptem ferè millibus nauium, expeditionem mouent aduerſus *Theodericum* Hollandiæ Comitem: quem ad deditionem cum ſuis venientem Comes Flandriæ diu tenuit captiuum. *Auct. Aquic.*

Sibylla Flandrenſium Comitiſſa, 1156.
poſtquam annis decem Hieroſolymis apud S. Lazarum ſeruierat, piè in Domino obdormit. *Idem.*

S. Thomas A. Cantuarienſis, ab Henrico Rege ſede ſua pulſus, Graue- *S. Thomas Cantuarienſis.*
lingam Flandriæ opidum appulit: & viſitatis primùm Claromariſci, pòſt Bertiniani cœnobij monachis, inde ad Ludouicum Galliæ Regem, ac demum

Anno mùm ad Alexandrum Papam ſe contulit. *Meierus.*

1166. Anno 1166. Fredericus Imp. contra Romanos exercitu in Italiam mittit. Ductu Rainaldi Colonienſis, Chriſtiani Moguntinēſis & Alexandri Leodienſis, Epiſcoporum, multi ex Romanis cæduntur. Rainaldus & Alexander, itemque Carolus Dux, Conradi Imp. filius, cum multis alijs ibidem peſtilentia perierunt. Rainaldo Philippus, Goſuini Falcomontenſis filius, & Alexandro Rodulfus ſucceſſerunt. *Auct. Aquicinctinum*: ſed alij ad annum ſequentem iſta referunt.

B. Goſuinus Abbas Aquicinctinus in Domino obdormit.

Aloſtani Comites. Comites *Aloſtani* quattuor ſunt noti in Hiſtorijs, de quibus certò conſtat. Primus itaque ſit *Balduinus* cognomēto *Craſſus*, ſecundus *Balduinus Luſcus*, Craſſi filius, qui filiam vnicam reliquit *Beatricem*, & paulò ante obitum Afflig emij veſtem monaſticam induit, ibidem conditus.

Tertius fuit *Iuanus* cognomēto *Caluus*, Balduini Luſci frater, qui Beatricem

cem, fratris ſui filiam, Comitatu ſpoliauit, quòd diceret Aloſtum eſſe feudum maſculinum. Beatrix autem nupſit Henrico, Borburgenſi in Morinis Caſtellano. Obijt Caluus an. 1144. teſte Meiero. *Anno*

Quartus fuit *Theodericus*, Iuani filius, qui vxorem habuit *Lauretam* ſeu *Laurentiam*, Balduini Hannoniæ Comitis filiam, obijtque hoc anno 1166. ſine liberis: teſte Meiero.

Donationes, ab his & alijs Aloſtanæ ſeu Gandauenſis familiæ proceribus, in fauorem Eccleſiarum, factas, vide in noſtro Codice Donationum piarum.

Theoderico ſine liberis defuncto, Theodericus Alſatius, Flandriæ Comes, in Comitatu Aloſtano & Aduocatia eccleſiæ Cameracenſis, ſucceſſit.

Hugo Angianus, cum filijs Goſuino, Engelberto, Sigero, & Bonifacio, arcem Angianam ſub hoc tempus exædificauit. *Meierus.*

Anno 1167. Florentius Hollandiæ Comes è Brugenſi cuſtodia dimittitur, & pax inter ipſum ac Flandrum 1167.

certis

Anno certis legibus initur; quas vide apud Meierum.

Guilielmus Siciliæ Rex moritur: cui filius eius Guilielmus ſucceſſit. *Rob. Abbas.*

Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus moritur: eligitur Petrus, Theoderici Alſatij Flandriæ Comitis filius. *Auct. Aquic.*

1168. Anno 1168. Theodericus Alſatius, Flandriæ Comes, quadruplici in Terram ſanctam expeditione clarus, moritur, & in Watenenſi Canonicorum regularium monaſterio, haut procul Audomaropoli, ſepelitur, hoc addito elogio:

Hic iacet ſepultus dominus Theodericus ab Elſatia, Comes Flandriæ, qui quattuor vicibus Terram ſanctam viſitauit: & inde rediens Sanguinē Domini noſtri IeſuChriſti detulit, & villæ Brugenſi tradidit: & poſtquam Flandriam annis XL. ſtrenuè rexerat, apud Grauelingas obijt anno Domini M.C.LXVIII.

Theoderico in Comitatu Flandrenſi ſucceſſit filius eius *Philippus*, qui ante mortem patris ſui, defuncto Rodulfo Comi-

Comite Veromanduorum, eumdem Comitatum,per vxorem ſibi debitum, obtinuerat. Balduinus Comes Montenſis & Philippus Comes Flandrenſis confæderantur. *Auct. Aquic.* *Anno*

Rugiani Sclauorum populi ab *Erico* Danorum Rege, & Finlandi ab *Erico* Suecorum Rege victi, Chriſtum agnoſcunt. Helmoldus presbyter, & Canonicus Butſonienſis, hiſtoriam conuerſionis Henetorum ſeu Sclauorum ad Chriſtum, à temporibus Caroli Magni vſque ad hæc tempora perduxit.

Anno 1169. Fredericus Imp. filium ſuum quinquennem *Hēricum* Aquiſgrani in Regem eleuat, menſe Auguſto. *1169.*

Balduinus, Balduini Comitis Haginoenſis filius, vxorem ducit Margaritam Philippi Comitis Flandrenſis ſororem, ex qua genuit Balduinum, pòſt Flandriæ & Hannoniæ Comitem, ac demum Imperatorem Conſtantinopolitanum. Et ſic Flandria rurſus redijt ad verum heredem. & directam lineam. *Auct. Aquicinct.*

Maria Bononienſis Comitiſſa, Mat-

Anno thæo Alſatio hactenus nupta, ad monaſterium remittitur. Milo II. Morinorum Epiſcopus moritur: cui Deſiderius, Tornacenſis Archidiaconus, anno proximo ſucceſſit. *Meierus.*

Moritur item Arnulfus Giſnenſium Comes, ſuccedente Balduino filio.

Matthæus Comes Bononienſis terram Ioannis Comitis Pontini vaſtat. *Rob. Abbas.*

1170. Anno 1170. Balduinus IV. Comes Haginoenſis VI. Idus Nouembris moritur, & Montibus Hannoniæ in templo S. Waldetrudis ſepelitur: ſuccedit Balduinus V. filius. *Auct. Auquicinct.*

Balduinus V. Hanno.

Ludouicus Franciæ, & Henricus ſenior Angliæ, Reges, ad mutuum conueniunt colloquium: cui & *S. Thomas* Cantuarienſis, cum vtriuſque regni proceribus, interfuit: & fit pax inter ipſum ac Regem Angliç, ſed non duratura.

Thomas itaque poſt ſeptennij exilium, permiſſu Regis, in Angliam reuertitur, & hoc ipſo anno die 29. Decembris, pro defenſione libertatis eccleſiaſticæ, ab impijs occiditur.

In tranſitu verſus Angliam, capellam in *Male* prope Brugas, à Philippo Flandriæ Comite hoſpitio exceptus ſanctus Præſul conſecrauit. *Anno*

Ordo Humiliatorum ab exulibus Mediolanenſibus inſtituitur: de quo Vitriacus Hiſt. Occid. cap. 28. agit. Floruit is apud Inſubres vſque ad tempora S. Caroli Borromæi, eſtque tunc Romani Pontificis auctoritate ſuppreſſus. *Humiliati.*

Gerardus Comes Loſſenſis, & Radulfus Epiſcopus Leodienſis bellum inter ſe gerunt.

S. Gerlacus, eremita ord. Præmonſtratenſis, floret apud Traiectum Moſę.
S. Viuina prima Abbatiſſa Bigardienſis prope Bruxellam in Domino obdormit.

An. 1171. Heriſtallum, villa Leodienſi vrbi vicina, per Godefridum III. Lotharingiæ Ducem, pro trecentis marcis, Radulfo Leodienſi Epiſcopo oppignoratur. Id ſuo diplomate, Leodij hoc anno III. Kal. Octobris dato, Fredericus I. Imp. confirmauit: cui ſubſcripſerunt Chriſtianus Mogun- 1171. *Herſtallum.*

Anno tinus, Arnoldus Treuerenſis, Godefridus Vltraiectenſis, Epiſcopi, Theodericus Cliuenſis, Adelbertus Molbachenſis, Henricus Cukenſis, & Ægidius Durachienſis, Comites.

Balduinus, futurus Græcorum Imperator, ex Balduino Comite Hannonienſi & Margareta Flandrenſi, menſe Iunio, Valentianis naſcitur.

Matthęus, Philippi Flandrenſis Comitis frater, vxorem ducit Leonoram, Rodulfi Veromanduorum Comitis filiam.

Henricus Namurcenſis, idemque Luceburgenſis Comes, & Godefridus Dux Louanienſis bellum inter ſe gerunt, Balduino Hannonienſi Comite pro Namurcenſi auunculo ſuo ſtante.

1172. An. 1172. Guilielmi Montisferrati Marchionis homines agrarij, ac milites, vrbem nouam contra Fredericum Imp. ædificant, quam *Alexandriam* in honorem Alexandri Papæ nuncuparunt. *Auct. Aquic.*

Alexādria.

Obijt Godeſcalcus quondam Atrebatenſis Epiſcopus, in Monte S. Martini, ord. Præmonſtratenſis monaſterio,

rio, apud Laudunum ſito; cuius loci *Anno*
ante Epiſcopatum Abbas fuerat.

Thomas A. Cantuarienſis ab Alexandro Papa in Diuos refertur.

Guilielmus Comes Pontini moritur: cui ſucceſſit Ioannes, nepos ex filio Guidone. *Rob. Abb.*

Anno 1173. Matthæus Comes Bo- 1173.
loniæ, frater Philippi Comitis Flandrenſis, moritur, & in monaſterio S. Iudoci in Pontino ſepelitur. Andreæ Atrebatenſi Epiſcopo defuncto ſufficitur *Robertus* Præpoſitus Arienſis. Bernardus Abbas Claræ-Vallis in numerum Sanctorum ab Alexandro Papa refertur. *Auct. Aquicinct.*

Lambertus Beguius, pius admo- *Beguinæ.*
dum presbyter, contra concubinarios Leodij fortiter concionatur. Ab eo dictæ *Beguinæ, mulieres & puellæ, quæ caſtè viuere proponunt:* vt Ægidius Vallis aureæ monachus in Geſtis Epiſcoporum Leodienſium narrat. Alij eas à *S. Begga*, Abbatiſſa & fundatrice Andennenſi, ſic dictas volunt. Beguinarum religioſi conuentus hodieque ſunt plurimi apud Brabantos, Flan-

Anno dros, & Leodienſes.

Almaricus Rex Hieroſolymorum moritur: cui an. 1175. filius *Balduinus IV.* ſucceſſit.

1174. Anno 1174. Petrus Cameracenſis electus, frater Philippi Flandriæ Comitis, Epiſcopatum relinquit, & armis militaribus accingitur. Anno ſequenti vxorem duxit, viduam Comitis Niuernenſis, eodemque anno diem clauſit extremum. *Auct. Aquic.*

Robertus Atrebatenſis electus, procurante eodem Philippo Comite, Epiſcopus Cameracenſium eligitur: in Epiſcopatu autem Atrebatenſi *Frumoldus*, Archidiaconus Oſtrouandiæ, ſubſtituitur. *Idem*

Robertus Cameracenſis electus, à miniſtris Iacobi Auennenſis, viri nobilis, quem is verborum contumelijs affeciſſe dicebatur, apud Condatum Hannoniæ opidum perimitur. Duo Cameracenſes Archidiaconi, *Alardus* & *Rogerius* de Epiſcopatu contendunt: ſed præualet *Alardus*, Frederici Imp. & Philippi Flandriæ Comitis fauore. *Idem.*

Hoc

Hoc ferè tempore Philippum Alſatium, Flandriæ Comitem, Comitatu Aloſtano à Frederico Imp. auctum fuiſſe, Theoderico Dixmudæ ac Beueræ dynaſta reclamante, Marchantius lib. 1. inſinuat. Anno

Anno 1175. in die Paraſceues Philippus Flandrorum Comes, Hieroſolymam profecturus, cum multis alijs crucem accipit. Henricus A. Remenſis, Ludouici VII. Francorum Regis frater, moritur: cui ſucceſſit *Guilielmus*, Theobaldi Magni Campaniæ & Carnutum Comitis filius. 1174.

Alexander III. Papa nouam Inſubriæ vrbem *Alexandriam* epiſcopali cathedra exornat. Milites *S. Iacobi* his temporibus in Hiſpania celebrari cæperunt: eodem Papa Alexandro approbante, & S. Auguſtini regulam ijs præſcribente.

Thoſana monachorum ord. Ciſtercienſis Abbatia, in agro Brugenſi, ab *Euerardo* Epiſcopo Tornacenſi conſtituitur. *Meierus*. Hanc Pius IV. Papa an. 1560. cum Epiſcopatu Brugenſi recens inſtituto vniuit. *Doeſt.*

Anno Anno 1176. Robertus Abbas S. Michaelis in Normannia, ſcriptor ho-
1176. rum temporum, in Angliam traijcit.

Balduinus Hannoniæ Comes Con-
Condé. datum, Iacobi Auennenſis caſtellum, occupat, eiuſque muros ac turrim ſolo æquat. *Auct. Aquic.*

Philippus Flandriæ & Veromandiæ Comes confirmat donationem eccleſiæ Mecinenſi factam ab *Iuano Gandauenſi*, eiuſque coniuge *Laureta*, diplomate Brugis ſcripto: in quo eamdem Lauretam Philippus nuncupat ſororem ſuam.

1177. Anno 1177. Philippus Flandriæ Comes, circa Pentecoſten, Hieroſolymam petit. Inter Alexandrum Pontificem & Fredericum Imp. pax Venetijs concluditur, & ſchiſma XVIII. annorum tandem tollitur: vt in Auctario Aquicinctino & apud Baronium fusè narratur. Ex ſcriptore Aquicinctino, qui ijs ipſis temporibus vixit, refellitur vulgaris illa fabella, *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis*, &, *Non tibi, ſed Petro.* Quæ etiam ſolidè à Baronio refutatur.

Alar-

Alardus Cameracenſis Epiſcopus *Anno* moritur: cui Rogerius Archidiaconus Cameracenſis anno proximo ſucceſſit.

Philippus Flandrenſis & Veromanduenſis Comes cœnobij Marchianenſis poſſeſſiones confirmat, diplomate Atrebati edito: cui ſubſignarunt, Walterus de Locris, Robertus Aduocatus, Hellinus Dapifer, Michael Conſtablenſis, Hugo de Oiſy, Walterus de Atrebato, Michaël Caſtellanus Duacenſis, Rainaldus de Aria, Gillebertus de Aria, & Walterus Caſtellanus de Raiſcia.

An. 1178. Philippus Comes Flandrenſis ex Syria per Conſtantinopolim ad ſuos domum redit. 1178.

Alexander Papa *Marſanam* apud *Merſen* Traiectum Moſæ, Littam, Angleduram, & alias poſſeſſiones Abbatiæ S. Remigij Remenſis confirmat.

An. 1179. Lateranenſe concilium 1179. œcumenicum ab Alexandro Papa Romæ celebratur.

Philippus, Ludouici Regis Galliæ filius, mandante patre, à Guilielmo A.

Remen-

Anno Remenſi vngitur.

Ludouicus Francorum Rex, & Philippus Flandriæ Comes, traiecto mari, Cantuariam pergunt, & S. Thomam martyrem diuerſis muneribus honorant. Henricus Rex Anglorum honorificè eos excipit hoc anno, iuxta Auct. Aquicinctinum, aut ſequenti iuxta Iperium.

Inter *Godefridum* Brabantiæ Ducem, & *Philippum* Flandriæ Comitem fit Conuentio primùm Antuerpiæ, & poſtea Bruxellæ, ſuper matrimonio, quod *Henricus*, Godefridi filius, cum *Mathilde* Philippi nepte contraxit. Exſtat ea Conuentio in noſtro Codice, ſignata ab Arnoldo Rotſelario Dapifero, Gerardo Grembergio, Waltero Bertoutio, Henrico Aſchano, & alijs Brabantiæ proceribus.

1180. An. 1180. Philippus Flandriæ Comes Blandinienſi monaſterio benefacit.

Philippus cognomento *Auguſtus*, Ludouici Francorum Regis filius, cum Eliſabetha Balduini Hannoniæ Comitis filia nuptias celebrat, Bapalmæ in

Arteſia,

Arteſia. Adfuerunt Philippus Flandrenſis, Balduinus Hannonienſis, & Henricus Namurcenſis, Comites. Exinde Ludouicus XIV. Kal. Octobris moritur, *Philippo* filio ſuccedente. *Anno*

Euerardus Radulfus, Princeps *Mortaniæ*, Caſtellanus Tornacenſis (vt in eius epitaphio legitur) & ædificator eccleſiæ Mortanienſis, moritur, ibidemque ſepelitur. Fuit is circa annum 1155 fundator Abbatię Mortanienſis, quæ eſt regularium ord. Præmonſtratenſis, in Flandria & diœceſi Atrebatenſi. Quo loco plurimos olim Chriſtianos ab Hunnis & Vandalis cæſos, & ibi monaſterium à Ludouico Balbo, Francorum Rege, circa an. 800. conditum fuiſſe tradunt. *Mortagne.* 1180.

S. Hildegardis, virgo & Abbatiſſa Bingienſis, in diœceſi Moguntina, anno ætatis 82. piè obdormit. Chriſtianus A. Moguntinus non procul ab vrbe Roma moritur, cui Conradus ſucceſſit. *S. Hildegardis.*

Carmelitarum ordo ab Alexandro III. confirmatur: cuius rigorem poſtea Innocentius IV. mitigrauit.

Anno

Anno 1181. Anno 1181. Alexander Papa moritur: Lucius III. ſuccedit.

Henricus Trecarum Comes, Theobaldi filius, nuper ex Syria reuerſus, moritur. Succedit filius eius *Henricus*, è filia Ludouici Francorum Regis natus. *Rob. Abbas & Auct. Aquic.*

Fredericus Imp. cognatum ſuum Henricum Saxoniç Ducem bello perſequitur, & in Brunſuicenſem inſulam fugere compellit. *Auct. Aquic.*

Gerardus Comes Gelrenſis Idam, Matthæi & Mariæ Comitiſſæ Bolonienſis filiam, ducit vxorem, & paulò pòſt moritur.

1182. An. 1182. pro Comitatu *Veromanduorum*, bellum inter Philippum Galliæ Regem & Balduinum Flādriæ Comitem paratur: qnod tamen pacatur. Pro Franco Henricus Rex Anglorum iunior, & Richardus frater eius, Dux Aquitaniæ; pro Flandro autem ſtabant Balduinus Comes Hannoniæ, Hugo Comes S. Pauli. Iacobus Auennenſis & Hugo de Oiſy, Caſtellanus Cameracenſis. *Auct. Aquic.*

Maria Boloniç Comitiſſa, tertio decimo

cimo anno poſtquam reſumpſerat ve- *Anno*
ſtem monaſticam, apud Monaſterio-
lum moritur & ſepelitur.

Anno 1183. Frumaldus Epiſcopus 1183.
Atrebatenſis moritur: cui Petrus Ab-
bas Ciſtercienſis ſucceſſit.

Bernardus re & cognométo *Pænitens*
in monaſterio S. Bertini moritur: cu-
ius vitam ſcripſit Ioannes Abbas Ber-
tinianus.

Idam, Matthęi Comitis Bolonienſis
filiam, Bertholdus Zeringiæ Dux vxo-
rem ducit. Ad hunc Bertholdum ab In-
nocentio III. ſcripta eſt epiſtola Decre-
talis, ex qua deſumptum eſt Capitulum
Venerabilem, X. De electione & elec-
ti poteſtate: quam quidem epiſto-
lam Antonius Auguſtinus & Iacobus
Cuiacius integram reſtituerunt.

Godefridum III. Lotharingiæ ac
Brabantiæ Ducem hoc anno in Sy-
riam ad bellum ſacrum fuiſſe profec-
tum, ſunt qui ſcribunt: alij id *Henri-
co* eius filio attribuunt.

S. Hatebrandus Abbas *Feldwerdenſe*
ord. Benedictini monaſterium, pro
vtroque ſexu, in agro Groningenſi
apud

Anno apud Friſios fundat: quod poſtea *Antiquum clauſtrum* nuncuparunt. Obijt is
Olden Clooſter anno 1189. ibidem conditus: cuius oſſa inde Antuerpiam ad Ciſterciense S. Saluatoris cœnobium ſunt allata. Faſtos noſtros Belgicos 30. Iulij conſule.

1184. An. 1184. Petrus conſecratur Epiſcopus Atrebatenſis, Veronæ in eccleſia S. Zenonis, per Guilielmum A. Remenſem.

Guilielmi Tyrij Hiſtoria de bellò ſacro deſinit, ab anno 1095 incohata.

Bolducq. Silua-ducis, vrbs hodie epiſcopalis, in Brabantia à Godefrido III. Duce conditur: iuxta Chronologicon apud Siluiducenſes tritum:

godefrIdVs dVX è sILVa feCIt opIdVM.

1185. An. 1185. Comitatus Veromanduenſis & Ambianenſis Philippo Auguſto Francorum Regi à Philippo Flādriæ Comite ceduntur: quo facto diſcordia eorum eſt finita. *Auct. Aquic.*

Lucius III. Papa VII. Kal. Decembris moritur: *Vrbanus III.* ſuccedit.

1186. An. 1186. Volmarus ab Vrbano Papa

Papa Kalendis Iunij conſecratur Ar- *Anno*
chiepiſcopus Treuerenſis: ob quam &
alias cauſſas, inter Papam & Frederi-
cum Imp. diſcordia naſcitur.

Balduinus Comes Hainoenſis, &
auunculus eius Henricus Comes Na-
murcenſis, contra Godefridum Du-
cem Louanienſem copias educunt.
Auct. Aquic.

Ex quo & alijs Haræus contra Di-
uæum colligit, Godefridum III. Loth.
ac Brabantiæ Ducem ad hunc vſque
annum vixiſſe. Vt vt ſit, iſto circiter
anno obijt, & filium ſucceſſorem ha-
buit Henricum IV. Comitem Loua- *Henri-*
nienſem, eo autem nomine Ducem *cus IV.*
primum.

Mainardus, presbyter Lubecenſis,
Euangelium apud Liuonienſes prædi-
cat, quorum poſtea Epiſcopus eſt or-
dinatus. Godefridi Viterbienſis Chro-
nicon deſinit.

An. 1187. Hieroſolymitana vrbs 1187.
Chriſtianis Europæis eripitur per Sa-
ladinum, Saracenorum ac Turcorum
Principem, Babylonis & Ægypti Re-
gem. Guido Luſignianus, Hieroſoly-
morum

Anno morum Rex, Damaſcum captiuus abducitur. Armenij & Græci Chriſtiani magno auro Sepulcrum Domini ac templum à Saladino redimunt: vt in Auct. Aquicinctino, & apud Conradum Vrſpergenſem, Vitriacum, & alios fusè narratur.

Vrbanus III. Papa moritur: Gregorius VIII. ſucceſſit.

Philippus Francorum Rex Tornacum venit, & Tornacenſes in ſuam tutelam accipit. *Meierus.*

Ioannes Iperius fit Abbas Bertinianus, cuius exſtat ms. Chronicon.

Anno 1188. Henricus Comes Namurcenſis filiam ſuam vnicam, adhuc lactenté, addicit *Henrico* Trecarum Comiti, & cum ea Comitatum Namurcenſem, poſt ſuum deceſſum. Balduinus Comes Hainoenſis, eius ex ſorore nepos, id audiens caſtrum Namurcenſe & caſtellum Bouinienſe occupat. *Auct. Aquic.*

Cereus Bethunienſis. S. Eligius, Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus, duobus fabris ferrarijs, vni Bethunię, alteri Beuriaci, noctu apparet, & vt Cereum (qui etiamnum

iamnum in opido Bethunienſi reli- *Anno*
gioſè adſeruatur, circumfertur, ad
ſacra accenditur, neque vlla tamen
ſui parte minuitur) formarent, ad-
monuit. Quod cùm diligentiſſima in-
quiſitione cognouiſſet *Rogon*, eccle-
ſiæ S. Præiecti Prior, in ſuburbano
Bethunienſi, ſuaſor fuit, vt ſodali-
tas ciuium, caritatis & Chriſtianæ
in defunctos pietatis alumna, quam
Caritatem Eligianam vocant, inſtitue-
tur.

Ad cuius adminiſtrationem, quot-
annis XXI. Viri ex honeſtiſſimo ci-
uium ordine deliguntur, qui commu-
nibus ſuffragijs Præpoſitum & IV. Vi-
ros creant, quos *Maiores* nominant.
Hi ſeſe duces præbent, & ceteros ſeſe
ſubſequi cogunt in ædium mortua-
lium penetralia; inde cadauera expor-
tare, quocumque morbi genere, etiam
peſtilenti, extincta. Et annis iam ab-
hinc quadringentis compertum eſt, ni-
hil vmquam contagionis ex infectis
corporibus contraxiſſe eos, qui tam
pium Chriſtianæ caritatis munus ex-
ercerent.

Anno Andreanis monachis prope Brugas, qui hactenus Affligemienſibus ſubfuerant, proprius Abbas datur, Hugo nomine.

1189. An. 1189. Fredericus Imp. rerũ ſumma Henrico filio ſuo relicta, per Hungariam & Græciam, verſus Syriam proficiſcitur: quem, inter alios, Radulfus Epiſcopus Leodienſis ſecutus eſt.

Iacobus Auennenſis, cum Hellino Dapifero Flandrenſi, multiſque alijs Belgis per Apuliam profectus, in Paleſtinam tranſmittit, & Aconem ſeu Ptolemaidem obſidet. *Auct. Aquic.*

Guilielmus Apuliæ Rex moritur, Henricum, Frederici Imp. filium, nominans regni heredem: ſed Apuli Tancredum ſibi Regem crearunt: Hugo de *Oiſy*, Caſtellanus Cameracenſis, & Eliſabetha Francorum Regina, moriuntur. *Idem.*

Henricus Rex Angliæ moritur, ſuccedit Richardus filius eius. *Rob. Abbas.*

Teutonici. Teutonicorum militum ordo incohatur: quem anno 1191. Cæleſtinus Papa confirmauit. De eo Vitriacus

eius in Hiſt. Occidentali. *Anno*

Philippus, Flandrorum & Veromanduorum Comes, eiuſque coniux *Mathildis* Regina, menſe Martio dant monaſterio S. Bauonis Gandenſis varia prædia in *Cadſant*, tabulis Malæ ſcriptis, quas G. Præpoſitus Brugenſis ac Flandriæ Cancellarius, Gerardus Præpoſitus Inſulenſis, L. Caſtellanus Brugenſis, Michael Comeſtabilis Flandriæ, & alij ſignarunt. *Cadſant*

Idem Philippus, vt Comes Aloſtanus, Eccleſiæ Cameracenſis Aduocatiam ac patrocinium, probante Epiſcopo & Canonicorum collegio, hoc anno ſuſcepit, cum annuo honorario *Gauena*, ſi Marchantio credimus.

Gauena porrò ius erat quotannis, poſt meſſem, in ditione Cameracenſi, à ſingulis aratris exigendi duos modios frumenti & dimidiatum auenæ; mencaldam inſuper (genus eſt menſuræ) frumenti & auenæ à ſingulis mechanicis terram non ferentibus. Aluarottus & alij Iureconſulti *Gauenam* ſeu *Cauenam* vocant cellam, in qua adſeruatur annona, & *Feudum de Gauena* *Gauena.*

Anno nuncupant erogationem annuam frumenti, vini, aut alterius annonæ, quæ militi tribuitur.

Exſtat Frederici I. Imp. diploma, Treueris an. 1153. in fauorem Cameracenſis eccleſiæ datum, quo Gauenam abrogat.

1190. Anno 1190. Philippus Francorum, & Richardus Anglorum, Reges, in Syriam proficiſcuntur, & Meſſanæ in Sicilia hiemāt. Philippus Alſatius, Flandrorum Comes, in Italia hiemem tranſigit. Huius expeditionis hiſtoria, Gallicè à Vilharduino, qui tūnc vixit, deſcripta exſtat. Eidem inter alios Henricus Campaniæ Dux inter fuit.

Fredericus Barbaroſſa Imp. cùm in flumine *Farfar* apud Antiochiam, refrigerandi cauſſa, nataret, ter in profundum demerſus eſt, & triduo pòſt è vita deceſſit. *Hēricus* filius eius in Imperio ſucceſſit. Exercitū Frederici, qui in Syria remanſerat rexit *Conradus*, ipſius filius.

Henricus VI. Imp.

Euerardo Tornacenſi Epiſcopo ſuccedit Stephanus.

Cantempre. *Cantipratana* Canonicorum regularium Abbatia, in ſuburbano Cameracenſi,

racenſi, hoc ferè tempore conditur, *Anno*
fundum donante *Rogerio* Epiſcopo, &
Hugone Oiſiaco, Caſtellano Camera-
cenſi. Eſt ea ſuperioribus annis inde
Bellegemium, prope Hallas Hannoniæ
opidum, tranſlata.

Anno 1191. Clemens III. Papa 1191.
moritur: *Cœleſtinus III.* ſuccedit, die
Paſchæ coronatus; qui ſequenti die
Henricum, Frederici Barbaroſſæ filium,
coronauit Imperatorem.

Richardus Angliæ Rex Cyprum *Cyprus.*
inſulam armis occupat. *Rob. Abbas.*

Franciæ & Angliæ Reges, cum *Phi-
lippo* Flandriæ Comite, vrgent obſi-
dionem vrbis Aconenſis. In ea obſi-
dione idem Comes, Balduinus Can-
tuarienſis, Rogerius Cameracenſis,
Epiſcopi, Fredericus Dux Sueuiæ,
Theobaldus Comes Bleſenſis, eiuſ-
que frater Stephanus, & Hellinus Da-
pifer Flandrenſis, obierunt. Philippi
Comitis corpus, ex Syria allatum,
vxor Mathildis in Clara-valle ſepe-
liuit.

Radulfus Epiſcopus Leodienſis è
Syria redux, 5. Aug. moritur: ſuccedit

Anno *S. Albertus*,Henrici I. Lotharingiæ Brabantiæque Ducis frater.

Nuntio de Philippi Flandriæ Comitis obitu ex Syria allato, *Balduinus* Comes Hainoënſis ipſi in Comitatu Flandriæ eſt ſuffectus. Vxorem enim duxerat *Margaretam*, Theoderici Alſatij filiam, Philippi ſororem: ex qua genuit Balduinum, Philippum, Henricum, & Eliſabetham, Philippo Auguſto Francorum Regi nuptam. *Auct. Aquicinct.*

Bald. Fland. & Han. Comes.

Ex his Balduinus patri in Flandriæ & Hannoniæ Comitatu ſucceſſit. pòſt Imp. Conſtantinopolitanus. Philippus verò fuit Namurcenſis, & Henricus Andegauenſis Comes.

Deſiderio Morinenſi Epiſcopo, ob decrepitam ætatem à cura paſtorali abſoluto, *Lambertus Brugenſis* tunc Cancellarius Remenſis, conſecratur Epiſcopus.

Alb. Eremita. Albertus Eremita, Petri, qui belli ſacri auctor Vrbano II. fuit, pronepos, ex Bethlehemitano Epiſ. poſt Heraclium Patriarcha Hieroſolymitanus à Cæleſtino III. conſtituitur: vt Alf. Ciaconius

nius in Hiſtoria Pontificum & Cardi- *Anno*
nalium tradit.

Rogerio Cameracẽſi Epiſcopo ſuccedit *Ioannes* Decanus Cameracénſis.

Cæſarea & Aſcalon, vrbes Syriæ, à Chriſtianis expugnantur. Berna in Heluetijs conditur. Placentinus Iureconſultus, Irnerij diſcipulus, floret, qui in Monte Peſſulo docuit, & Iuriſprudentiam primus per Galliam propagauit, ſcripſitque in Codicem & Inſtitutiones Iuſtinianeas.

Anno 1192. inter Philippum Gal- 1192.
liæ Regem, & Balduinum Flandriæ Hannoniæque Comitem pax firmatur. Balduinus Regi Peronæ exiſtenti homagium fecit de Flandria orientali: Rex namque poſſidebat occidentalem, videlicet Audomaropolim, Ariam, Atrebatum, Bapalmas, Comitatum Heſdinienſem & Lenſenſem, homagium Boloniæ & S. Pauli, item Giſnenſe & Inſulenſe. Hæc omnia Philippus Comes Regi ceſſerat, quando ei neptem ſuam Eliſabetham, Margaretæ ſororis ſuæ filiam, matrimonio iunxerat. *Auct. Aquic.*

Anno *Albertus* Leodienſis Epiſc. Lothario quodam ab Henrico Imp. in ſedē Leodienſem intruſo, Romam ſe contulerat. Inde in Galliam reuerſus, Remis 20. Sept. eſt conſecratus, ac demum ab impijs cæſus 24. Nouemb. extra muros eiuſdem vrbis. Albertus Pius Belgarum Princeps oſſa Præſulis ſibi cognominis inde Bruxellam anno 1612. transferri iuſſit, & ſuis ipſe humeris in auguſta monialium Carmelitanarum baſilicam intulit. Eundem Paulus V. Papa in Sanctorum numerum anno 1613, retulit, diplomate edito, quod in Faſtis noſtris Belgicis exſtat.

S. Albertus.

Hugo Dux Burgundionum in Syria moritur: ſuccedit *Odo*, filius eius.

Balduinus IV. cognomento Animoſus, Hannoniæ Comes partim hoc anno, partim anno 1195. Valentianis in aula ſua fundauit collegium XV. Canonicorum, tabulis deſuper editis. Eſt in eadem vrbe ampliſſima Deiparæ baſilica, à *Richilde* Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, eiuſque filio *Balduino* ædificata, monachis Haſnonienſibus commiſſa, & à Gerardo II. Camera-

cenſi

cenſi Epiſcopo an. 1080. conſecrata. *Anno*

Anno 1193. Cœleſtinus Papa Lotharium & Alberti interfectores excommunicat. Simon, Henrici Limburgenſis ſeu Arduennenſis Ducis filius, eligitur Epiſcopus Leodienſis: ſed repugnant quattuor Archidiaconi Leodienſes, inter quos eminebat Albertus Cukenſis. *1193.*

Henricus Dux Louanienſis, & Henricus auúculus eius, Dux Arduennēſis, arma ſumunt contra Lotharium, eiuſq; fratrem Comitem de Oſtada: omnia denique caſtella, quæ is circa Rhenum poſſidebat, deſtruunt & incendunt.

S. Ioannes Gualbertus Abbas, inſtitutor ordinis Vallis vmbroſæ, à Cæleſtino III. in Diuos refertur. *Vallis Vmbroſa.*

An. 1194. Margarita Hannonienſium & Fladrenſium Comitiſſa moritur, & Brugis ad S. Donatianum ſepelitur: cui in Comitatu Flandrenſi *Balduinus* filius ſucceſſit. Sicque Comitatus reuerſus eſt ad iuſtum heredem Balduini Hānonienſis, qui per annos 123. per Robertum Friſium, eiuſq; ſucceſſores poſſeſſus fuerat. *Auct. Aquict.* *1194.*

Guido-

Anno Guidoni Luſignano, Regi Cypri, defuncto ſuccedit in regno *Almaricus*, frater eius.

Albertus Cukenſis, Archidiaconus Leodienſis, Roma redux, Namurci in Leodienſem Epiſcopum eligitur, ita iubente Cæleſtino III. Papa; licet Simon Leodij ſederet. Lotharius ſedis Leodienſis inuaſor moritur.

Lambertus Paruus, Leodij ad S. Iacobum monachus, Chronica ab anno 988. vſque ad hunc annum ſcripſit, quo & floruit. Vidimus ea olim ms. Leodij.

Anno 1195. Albertus Cukenſis &
1195. Simon Romam proficiſcuntur, de ſua electione diſceptaturi. Simone ibi mortuo, *Albertus* fit Epiſcopus.

Balduinus V. Balduinus Marchio Namurcenſis & Comes Hainoënſis XV. Kaled. Ianuarij moritur, & Montibus Hannoniæ in templo S. Waldetrudis ſepelitur. Succedit filius eius *Balduinus* Comes Flandriæ. *Auct. Aquicinctinum*: quo loco vide Genealogiam Comitum Hannoniæ.

Alexius III. Angelus Comnenus, pulſo

pulſo fratre Iſaacio, Conſtantinopolitanum imperium inuadit. *Anno*

Ioachimus Abbas Florenſis hoc tempore viuebat, cuius exſtat commentarius in Apocalypſim.

Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes, iuxta paterni teſtamenti tabulas, Henrico fratri Comitatum Namurcenſem attribuit. *Meierus.*

An. 1196. Albertus Cukenſis Coloniæ cõſecratur Epiſcopus Leodienſis, ab Agiulfo Archiepiſcopo, Dominica poſt Epiphaniam: inde die 22. Ianuarij Leodium venit. *1196.*

Henricus Brabãtię, Valeranus Limburgi, & Henricus iunior Saxoniæ, Duces, in Terram ſanctam proficiſcuntur. *Diuæus.* Ioannes Cameracen. Epiſcopus, & Goſuinus Abbas Aquicinctinus, moriuntur.

Henricus VI. Imp. in Apulia 28. Septembris moritur: Fredericus filius eius quadrimus in regno Siciliæ ſuccedit. De Imperio orta eſt diſſenſio ac ſchiſma, alijs *Philippum*, Henrici VI. fratrem, Sueuiæ Ducem; alijs *Othonem*, Henrici Leonis Saxoniæ Ducis filium, eligen-

Ann. eligentibus : vt anno ſequenti narrabimus.

Ordo S. Trinitatis & Redemptionis captiuorum incohatur à *Ioanne Matha*, ex Prouincia oriundo, Doctore Theologo Pariſienſi, & *Felice* anachoreta Valeſienſi : quem ordinem Ioannes III. poſtea confirmauit.

Bertholdus ſecundus Liuonienſium Epiſcopus ab infidelibus trucidatur. Guilielmus Neubrigenſis hiſtoriam Anglicanam ab anno 1066. vſque ad hunc annum produxit.

Boidelo. Boëcloo in Waſia fundari cœpta, à Balduino Bocla, monacho Blandinienſi, eremiticam ibi vitam agente. *Meierus*. Eſt ea illuſtris ord. Ciſtercienſis Abbatia, noſtra ætate in vrbem Gandenſem tranſlata.

1198. An. 1198. Cæleſtinus Papa. 8. Ianuarij moritur: ſuccedit Innocentius, & 15. Februarij conſecratur.

Adolfus Colonienſis, Theodericus Treuerenſis, Berardus Paderbornenſis, Thietmarus Mindenſis, Epiſcopi; Witichindus Corbeienſis, Gerardus Tudenſis, Heribertus Werdenſis, Ab-

bates;

bates; Henricus Lotharingiæ Brabantiæque Dux, Henricus Cukenſis Comes, & alij cum Bernardo Duce, primùm Andernaci, pòſt Coloniæ congregati, *Othonem*, Henrici Saxoniæ Ducis filium, eligunt in Regem Romanorum, contra *Philippum*, Henrici VI. Imp. fratrem. *Anno*

Contra Philippum, inquam, quem Conradus Moguntinus, N. Magdeburgenſis, Bernardus Dux Saxoniæ, & alij Principes, Erfurdiæ congregati elegerant.

Philippus, etſi ab Innocentio Papa reiectus, longo ac cruento bello cum *Othone* cõpetitore dimicauit, regnumque vi annis nouem, hoc eſt, vſque ad mortem tenuit, quam ipſi Otho Comes Witelsbachius anno 1208. menſe Iunio Bambergæ violenta manu intulit. *Philippus.*

Philippo è viuis ſublato, *Othonem* in ſchiſmate pariter electum, Imperij proceres concordibus ſuffragijs ſuffecerunt, & *Innocentius III.* anno 1209. menſe Octobri Romæ Auguſtum coronauit. Is Pontifici, à quo in eo faſti- *Otho IV.*

gio

Anno gio poſitus fuerat, infenſus, pontificiam ditionem inuaſit. Anno itaque vertente, in Concilio Romæ habito, Othoni Imperium eſt abrogatum, nota anathematis addita.

Germaniæ porrò Principes, Pontificis auctoritatem ſecuti, *Fredericum* Sicilię Regem, Frederici Barbaroſſæ nepotem, Cæſarem crearunt: eumq́; Honorius III. titulis Imperij decorauit. Princeps is fuit primò laudabilis, ſed poſtea corruptus, improbitate cum auo & Henrico patre certauit. Itaque decus & nomen Auguſti anno 1245. in Concilio Lugdunenſi œcumenico Innocentius IV. ipſi ademit.

Fredericus II.

Frederico depoſito, non pauci Principes *Henricum* Thuringiæ Lantgrauium ſubrogarunt.

Henricus.

Quo mortuo, anno 1247. *Henricus Dux Brabantiæ filium ſororis ſuæ*, Guilielmum *Hollandiæ Comitem, Domino Papæ, & Epiſcopis Alemanniæ præſentauit, quem Epiſcopi elegerunt in Regem apud Coloniam*: vt in veteri Fragmento hiſtorico legitur.

Guil.

Guilielmo à Friſijs occiſo, *Richardus*

dus Dux Cornubiæ à nõnullis, ab alijs *Anno*
verò *Alfonſus* Rex Caſtellę, eſt electus,
Germania varias in partes ſciſsa: do- *Rich.*
nec tandem, poſt fœda multorum an- *Alfon-*
norum certamina, *Rodulphus* Comes *ſus.*
Habsburgenſis, gentis Auſtriacæ con- *Rudol-*
ditor, vnanimi Septemvirorum con- *phus.*
ſenſu, Cæſar eſt renuntiatus.

Ad res geſtas anni 1198. redeamus. Fulco presbyter, à Iacobo Vitriaco & alijs laudatus, auctoritate Apoſtolica, per Franciam ac Flandriam prædicat. Waleranus, Henrici Ducis Limburgenſis filius Aquenſe palatium, poſt longam obſidionem, Othoni Imp tradit. Otho autem vxorem duxit filiam *Godefridi* Comitis Louanienſis ac Ducis Lotharingiæ. *Auct. Aquicinctinum*: quod nota contra Diuæum, qui vult eam fuiſſe filiam Henrici noſtri Ducis.

S. Dominicus ordinem Prædicato- 1198.
rum incohat. Almaricus, Cypri Rex, viduam Henrici Campaniẽſis & Conradi Montferratenſis, ducit vxorem & treugas cum Salfandino, Saladini filio, renouat.

S. Hatebrandus Abbas apud Friſios

Anno 1199. moritur. Biloca Gandaui fundatur ac dotatur.

An. 1199. Petrus Corbolius conſecratur Epiſcopus Cameracenſis. Balduinus Flandriæ Comes terram Regis Francorum in pago Adartenſi & Teruanenſi vaſtat. Philippus Comes Namurcenſis, frater eius, à Francis capitur. Maria Flandrorum Comitiſſa, Theobaldi Campaniæ Comitis filia, pro pace inter Regem & Comitem componenda, Pariſios vadit: quam Rex honorificè ſuſcipiens, lætam & de pace ſecuram ad propria remiſit. *Auct. Aquic.*

Pax autem, hoc ipſo anno, conditionibus iſtis eſt concluſa; vt Balduino Comiti, eiuſque heredibus tota Flandria, vltra Foſſatum ſiue Aggerem nouum, ad Orientem cedat: Rex verò Atrebatum, Audomaropolim, Lenſium, Bapalmam, Ariam, Heſdinum, aliaque opida & agros vltra Foſſatū ſitos, ſibi ſuiſque ſucceſſoribus poſſideat. Ex his opidis & agris, à Flandriæ corpore ſeiunctis, Rex Comitatum inſtituit, & filium ſuum *Ludouicum* creauit Ar-

teſiæ Comitem: vt Iperius in Chronico Bertinienſi tradit. Alij hæc ad annum ſequentem referunt Prætenſum ius à Francis Meierus ad annum 1191. commemorat, quaſi ſcilicet *Iſabella*, Philippi Regis huius auia, ab Alſatio auunculo ex aſſe fuiſſet heres inſtituta.

Conſtantia Imperatrix in Apulia moritur, relicto paruulo filio.

Rogerus Houedenus Annales ſuos Anglicos, & *Dodechinus*, Abbas monaſterij S. Diſibodi, Chronicon ſuum, terminant.

Abbatiæ ord. Præmonſtratenſis, ſæculo XII. fundatæ in Belgico-Germania.

Floreffia an. 1121. condita. *pag.* 700.
Dom Martinenſis Abbatia in Arteſia, anno 1121. *pag.* 701.
S. Nicolai A. apud Furnas an. 1121.
S. Michaelis A. Antuerpiæ anno 1124. *pag.* 103.
Inſula B. Mariæ apud Nouioma-

 gum

Anno gum anno 1124.
S. Foillani A. in Hannonia an. 1126.
Viconia prope Valentianas, anno 1165. *pag.* 705.
Grimberga prope Bruxellam, anno 1128. *pag.* 716.
Middelburgenſis A. in Zelandia, anno 1128.
Parcum prope Louanium, an. 1129.
Bona Spes in Hannonia, an. 1129. *pag.* 721.
Bellus Reditus, Leodij an. 1130. *pag.* 703.
Tungerloa in Campania Brabãtina, anno 1130.
Heliſhmium prope Thenas 1131.
Mons S. Martini in d. Cameracenſi, anno 1131
Auerbodium apud Sichenas, anno 1133. *pag.* 719.
Berna prope Siluã-Ducis, an 1134.
S. Cornelij, Ninouiæ, an. 1137. *pag.* 271.
Truncinium prope Gandauum an. 1137. *pag.* 721.
S. Auguſtini prope Teruanam.
Diligemiũ prope Bruxel. an. 1140.
Liquenſis

Liquenſis A. in d. Bolonienſi. p. 715. Anni
Leſſia prope Dionantum an. 1152.
Caſtellum S. Martini apud Mortaniam anno 1155.
Hortus B. Mariæ in Friſia an. 1163.
S. Bonifacij A. ibidem, in Dockum anno 1170.
Litlumenſis A. ibidem prope Franequeram, anno 1182.

Anno 1173. Faſtradus de *VVtwyck*, miles, *Poſtulæ* ſeu *Poſtellæ*, in medijs Campaniæ Brabantinæ ericetis, Hoſpitale inſtituit, & moniales ord. Præmonſtratenſis ibi conſtituit, hoſpitibus & aduenis ſeruituras. 1173. Poſtel.

Anno 1270. decretum, vt mortuis virginibus non aſſumerentur aliæ, ſed regerent Hoſpitale aliquot Canonici regulares, Floreſſia cum Magiſtro ſeu Prouiſore euocati. 1270.

Noſtra ætate *Paulus V.* Papa Poſtellam dignitate Abbatiali ornauit, probante *Alberto Pio* Belgarum Principe: adeò vt hodie in Brabantia octo numerentur ord. Præmonſtratenſis Abbatiæ, *Antuerpienſis, Grimbergana, Parcenſis, Heliſſemenſis, Auerbodienſis, Tongerloen-*

Anno gerloenſis, Diligemienſis, & Poſtulenſis: præter virginum cœnobia.

De ſingulis plura ſi voles, Chronicon noſtrum Præmonſtratenſe, anno 1613. Coloniæ editum, lege.

Abbatiæ ord. Ciſtercienſis.

VAllis aurea in Ducatu Luxeburg. anno 1131. fundata.

Valcellæ, in agro Cameracenſi, an. 1132.

Dunæ in Flandria anno 1137. pag. 687. & 721.

Alna, in agro Leodienſi.

Clara-palus in Arteſia, an. 1137.

Carus Campus in Arteſia, an. 1147.

Villarium in Brabantia, an. 1147.

Camberona in Hānonia, an. 1148.

Laus prope Inſulas, anno 1152.

Clarus Campus in Friſia, an. 1165.

Thoſana. A. prope Brugas, an. 1175.

Floridus Campus in Friſia, an. 1191.

Vallis S. Lamberti, ad Moſam, in d. Leodienſi, an. 1192.

Bodeloenſis A. in Flandria, anno 1197.

His

His poſtea acceſſerunt,

Locus S. Bernardi, prope Antuerpiam, an. 1235.
Vallis Dei, in Ducatu Limburgenſi.
Boneſſia in Comitatu Namurcenſi, an. 1461.
Niſella, prope Niuellam. an. 1405.
Grande Pratum, in Comitatu Namurcenſi, an. 1231.
Iardinetũ, in eodẽ Comitatu. 1405.
Moliſmenſis A. in eodem Comitatu, an. 1414.
S. Saluatoris Prioratus, in vrbe Antuerpienſi, an. 1447.

De ſingulis vide plura in Chronico noſtro Ciſtercienſi, Coloniæ an. 1614 edito, & in Faſciculo Sanctorum eiuſdem ordinis, per R. P. Chryſoſtomum Henriques nuper Bruxellis publicato.

Abbatiæ Canonicorum regularium.

Sæculo XII. ordo Canonicorum regularium eximiè floruit, & varia

Anno Belgicæ monaſteria, partim noua, partim vetera, ipſis ſunt tradita: in his,

Formiſelenſe prope Ipras, an. 1100.

Bornehemienſe in Flandria, anno eodem.

Iprenſe S. Martini an. 1101.

Choquenſe prope Bethuniā, 1101.

Aquicurtenſe in Arteſia, 1101.

Valentianenſe S. Ioannis, 1110.

Ægidianũ prope Leodium, *pag.* 703.

Tornacenſe S. Nicolai, an. 1124.

Rochauillanum in Arteſia an. 1127.

Marcolenſe prope Atrebatum, an. 1145.

Cantipratum, prope Cameracum. anno 1190.

Warneſtũnum prope Ipras.

Dulcis Vallis in Flandria an. 1215.

Flonenſis A. in d. Leodienſi.

His poſtea acceſſerunt,

CLoſteratenſe, in Ducatu Limburgenſi.

Louanienſe S. Gertrudis. an. 1206.

Malonia prope Namurcum.

Præpoſitura S. Iacobi Bruxellis.

De

De ſingulis plura qui volet, Origines Canonicorum regularium anno 1614. Coloniæ à me editas conſulat. Anno

Benedictinorum Abbatiæ.

Oſtbrouca in d. Vltraiectina. 1122.
Fliderbeca, prope Louanium, 1125.
Antiquũ clauſtrũ, in Friſia. an 1183.

Canonicorum collegia.

Teneramondanum in Flandria an. 1106.
Valentianenſe in Aula, an. 1192. & 1195.

Hactenus XII. Sæculorum res Belgicas, cùm ſacras tum politicas, Auſtraſiæ item, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, aliorumque Principatuum initia ac progreſſus, velut in breui tabella, ob oculos poſuimus.

De ſubſequentium quattuor Sæculorum rebus illuſtrioribus, apud nos geſtis, peculiarem iam olim commen-

Anno tarium ſcripſimus, Antuerpiæ anno 1608. cum Sigeberti Gemblacenſis Chronico, typis editum, & Coloniæ anno 1622. noſtro permiſſu, verbotenus repræſentatum, à R. P. Balduino Iunio in Chronico Morali.

Itaque non niſi carptim quædam, ad filum hiſtoriæ continuandum, ſubnectam, ne actum agam.

1202. An. 1202. Vallis S. Lamberti, ord. Ciſtercienſis, ab Hugone Epiſcopo Leodienſi incohatur.

1203. Anno 1203. Theoderico Hollandiæ Comiti ſuccedit Guilielmus.

1204. Anno 1204. Conſtantinopolitanæ vrbi, à Latinis captæ, Imperator datur *Balduinus*, Flandriæ Hannoniæque Comes. Epiſtola ab eodem hac de re ſcripta extat in noſtro Codice donationum. Conſulatur & *Gaufridus* dominus Villæ Harduini apud Trecas, & *Guntherus* monachus Pariſienſis, à Caniſio editus.

Anno eodem Albertus Comitatum *Moha.* ſuum Mohanum, prope Huium, tradit S. Lamberto.

1212. Anno 1212. Helinandi monachi Hiſtoria

Hiſtoria, itemque Roberti Chronicon *Anno*
Autiſiodorenſe, deſinunt. Albertus
Comes Mohanus moritur.

An. 1217. Andreas Hungariæ Rex, 1217.
& Leopoldus Auſtriæ Dux, terreſtri
itinere, Guilielmus verò Hollandiæ
Comes, mari ad Terram ſanctam pro-
ficiſcuntur, cum milite copioſo.

An. 1220. S. Laurentius A. Du- 1220.
bliniensis ab Honorio Papa in Diuos
refertur; vt Ioannes Pariſius in ms.
Chronico teſtatur. Obierat is an. 1191.

An. 1221. Henricus Limburgi Dux 1221.
moritur: ſuccedit Waleramus filius.

An. 1223. Suiueca, monialium ord. 1223.
Ciſtercienſis Abbatia, prope Tenera-
mondam fundatur.

An. 1225. S. Engelbertus A. Co- 1225.
lonienſis occiditur: cuius vitam ſcrip-
ſit Cæſarius Heiſterbacenſis.

An. 1226 Canonicorum collegium 1226.
minus fundatur Bruxellis ab Henrico
Brabantiæ Duce.

An. 1230. Vallis Virginum, ord. 1230.
Ciſtercienſis, prope Lintras in Bra-
bantia dotatur,

Anno 1233. Ordo Seruorum B. 1233.
Mariæ

Anno Mariæ apud Florentinos inſtituitur.

Anno 1235. Henricus IV. Braban-
1235. tiæ Dux moritur, Louanij ad S. Petrum in medio choro ſepultus.

1240. An. 1240. moritur Conradus Lichtenauius, Vrſpergenſis Abbas, ord. Præmonſtratenſis, cuius exſtat Chronicon.

An. 1247. Henricus V. Brab. Dux
1247. obijt, & quieſcit in Villario. Balduinus Imp. Conſtantinopolitanus dat Ludouico Galliæ Regi Coronam ſpineam, magnam portionem Crucis Dominicę, & alias reliquias, quæ Pariſijs in Capella ſacra adſeruantur.

1248. Anno 1248. S. Ludouicus Galliæ Rex Maſſilia ſoluit cum exercitu, 25. Auguſti, & in Cyprum appulit, 20. Septembris, vbi & hiemauit. *Pariſius.*

1249. An. 1249. Iacobus Trecenſis, tunc Capellanus Innocentij Papę, & Archidiaconus Laudunenſis, poſt Vrbanus IV. Pontifex, Sudarium Veronicę, vt vocant, mittit ad virginum ord. Ciſtercienſis cœnobium, in diœceſi Laudunenſi ſitum, quod vulgò *Monaſteriolum* nunçupant: vbi etiamnum in ma-

gna

gna eſt veneratione. *Anno*

Anno 1250. Matthæus Paris, monachus S. Albani in Anglia, hiſtoriam ſuam ab anno 1066. ad hæc vſque tempora perduxit. 1250.

S. Ludouicus Rex 7. Februarij Saracenos aggreditur & vincit: ſed ſequenti die vincitur. Paulò pòſt frater eius, *Robertus* Arteſiæ Comes, iterum victus in Nilo ſubmergitur. Exinde Ludouicus, cum duobus fratribus *Alfonſo* & *Carolo*, capitur: ſed lytro perſoluto, ac Damiata reddita, dimiſſus, Ptolemaidem redit. Ita Ioannes Pariſius; cuius Chronicon hîc deſinit, exſtatque ms. Pariſijs ad S. Victorem. Nam quæ ſequuntur, ab alio ſunt adiecta.

Anno 1257. Euchariſticum miraculum Duaci: de quo in Faſtis Belgicis egimus 16. Iunij. 1257.

An. 1260. Henricus VI. Brab. Dux deceſſit, Louanij apud Dominicanos conditus, cum *Aleide* coniuge, ad quam ſcripſit S. Thomas Aquinas.

An. 1261. Ordo fratrum Ieſu Chriſti de pœnitentia inſtituitur Maſſiliæ. 1261.

Anno 1198. *S. Ludouici* Galliæ Regis corpus

Anno corpus è terra eleuatur in monaſterio S. Dionyſij prope Lutetiam, præſente
Poiſſy. Philippo Rege, qui in honorem aui ſui, apud Poſſiacum, vbi S. Ludouicus natus fuerat, ædificauit inſigne virginum ord. Dominicani cœnobium.

1303. Anno 1303. Otho Burgundiæ Comes Pariſijs moritur, apud Melodunum conditus, in Lilienſi virginum monaſterio, ord. Ciſtercienſis. *Bomelienſe* Canonicorum collegium in Geldria an. 1303. *Tolenſe* in Zelandia anno 1305.
Geervliet. *Middelburgenſe* S. Petri. & *Gervlitanum* an. 1311. ſunt fundata: de quibus vide libellum noſtrum De collegijs Canonicorum an. 1615. Coloniæ editum. Gervlitanum porrò inde Harlemum ad baſilicam nouam cathedralem an. 1571. eſt tranſlatum.

1306. An. 1306. Iudæi omnes per Franciam, die S. Magdalenæ, capiuntur & expelluntur.

1307. An. 1307. Templarij milites vno eodemq; die in regno Fräciæ capiuntur, & carceribus mancipantur. Cano-
Nalt-vvyck. nicorum collegium in *Naltwyck* apud Hollädos inſtituitur ac dotatur, à Guilielmo

lielmo milite, illius municipij domino, probante Guidone Epiſcopo Vltraiectino. *Anno*

An. 1309. Lollardi hypocritę in Belgica ſeducunt mulieres aliquot nobiles: vt Ioannes Hocſemius in Geſtis Epiſcoporum Leodienſium narrat. 1309.

An. 1322. Memoriale Hiſtoriarũ, à *Ioanne Pariſio*, Canonico regulari ad S. Victorem, prope Lutetiam, incohatum, & ab alijs deinde auctum, deſinit. 1322.

An. 1329. Geldria titulo Ducatus per Ludouicũ Bauarum Imp. ornatur. 1329.

An. 1333. Mechlinia ab Adolfo Epiſcopo Leodienſi venditur Ludouico Flandriæ Comiti. 1333.

Anno 1336. Vicanum ſeu Doreſtadienſe collegium Canonicorũ, in diœceſi Vltraiectina, inſtituit Gisbertus Abcaudæ Dominus. 1336. *VVyck.*

An. 1337. *Amersfurtenſe* Ioãnes Diſtenſis; an. 1347 *Hortenſe* Ioannes Arkelenſis, & an. 1368. *Leidenſe* Ioannes Vernenburgius, Epiſcopi Vltraiectenſes, inſtituerunt. *Heuſdanum* an. 1338. dotauit Machtildis, vidua Hermanni de Riede militis. 1337.

Anno

Anno 1267. Anno 1267. S. Silueſter Abbas qui congregationem monachorum Silueſtrinorum inſtituit, piè obdormit, Fabriani in Piceno. Deiparæ imago Hallis collocatur: cuius loci Miracula Lipſius deſcripſit.

1269. Anno 1269. *Ludouicus* Galliæ Rex à Simone Legato Apoſtolico cruce ſignatur, & in feſto Pentecoſtes filium ſuum *Philippum*, itemque *Robertum* Arteſiæ Comitem, magna pompa creat milites, & anno ſequenti in Africam traijcit.

1275. Anno 1275. Gregorius X. Papa & Rudolfus Imp. Lauſanæ colloquium habent: vt in Annalibus Colmarienſibus fusè narratur.

1278. Anno 1278. *Ziricæanum* in Zelandia Canonicorum collegium Albertus Bauarus, Hollandiæ Zelandiæque Comes, & *Gorcomienſe* in Hollandia Otho toparcha Arkelenſis fundant.

1294. Anno 1294. Ioannes I. Brab. Dux moritur: Bruxellis apud Franciſcanos ſepultus.

1363. Anno 1363. Ducatus Burgundiæ Philippo filio à Ioanne Francorum

Rege

Rege datur: quam donationem Carolus V. Rex, Philippi frater, an. 1364. laudauit, tabulis editis, quas apud Papirium Maſſonum in Hiſtoria Regum Galliæ, & in noſtro Codice donationum reperies. *Anno*

Anno 1370. Euchariſticum miraculum *Bruxellis*; an. 1345. *Amſtelodami*; anno 1374. *Middelburgi* in Zelandia; anno 1380. *Boxtellæ* in diœceſi Siluiducenſi; & an. *in Buſco D. Iſaaci* contigit: vt in Faſtis Belgicis fusè explicui. 1370.

Anno 1387. S. Petrus Luxeburgenſis moritur, in Diuorum cenſum à Clemente VII. Papa relatus. 1387.

Anno 1398. *Iſelſtenienſe* in Hollandia Canonicorum collegium, *Haſtenſe* anno 1399. *Aggerenſe* S. Martini anno 1400. *Culenburgenſe* anno 1422. ſunt inſtituta. 1398.

Anno 1412. *Petrus Aliacus*, Epiſcopus Cameracenſis, fit S.R.E. Cardinalis. Bibliothecam ſuam moriens reliquit Nauarræo collegio Pariſijs, quæ etiamnum ibi adſeruatur; vt & Bibliotheca Ægidij *Romani*, ex familia Columnenſium, apud Eremitas Auguſtinianos 1412.

Anno nianos in eadem vrbe.

1451. Anno 1451. *Egmondanum* in Hollandia Canonicorum collegium, *Elſtenſe* in Geldria anno 1455. & *Verienſe* in Zelandia, ſunt inſtituta.

1454. Anno 1454. Deiparæ cultus & miracula in *Caleuoirt*, ſub parochia Vckelenſi, cœperunt inclareſcere. Quo loco *Ioannes Oſhuſius*, ciuis Bruxellenſis, inſigne ſacellum rotundum ædificauit: quod anno 1623. die 9. Iulij Iſabella Clara Eugenia, Hiſp. Infans, viſitauit, pio hominum concurſu renouato.

1455. Anno 1455. Antonius Corarius Cardinalis moritur. Is Congregationem Canonicorum S. Georgij in Alga primus inſtituit, quam poſtea S. Laurentius Iuſtinianus, Patriarcha Venetus, mirificè auxit & illuſtrauit.

1460. Anno 1460. Gennadius Scholarius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, moritur: qui ante Patriarchatum, cum alijs Græcis, concilio Florentino interfuerat.

1480. Anno 1480. Baiazetes Turcarum Imp. ad Innocentium VIII. Papam, per Muſtapham Baſſam, dono mittit

Ferrum

Ferrum lanceæ, quo Chriſti latus apertum eſt. *Genebrardus.* *Anno*

Anno 1481. *Franciſcus Phœbus*, Rex Nauarræ, Princeps Bearniæ, & Comes Foxij, moritur improlis, in Laſcarienſi vrbe ſepultus. Heredem reliquit *Catharinam* ſororem, quæ *Ioanni Albretano* nupſit, eique regnum in dotem attulit. 1481.

Anno 1482. Ioannes Trithemius, à vico natali diœceſis Treuerenſis ſic dictus, fit monachus in Spanheimenſi monaſterio, primo lapide à Crucenaco, vbi cella eius hodieque monſtratur. 1482.

Anno 1487. Ferdinandus Hiſpaniarum Rex Saracenis ſeu Mauris reggnum Granatenſe adimit, quod octingentis ferè annis tenuerunt. 1487.

Anno 1490. in Zelandia, Neoclesienſe & Capellenſe, Canonicorum collegia, inſtituuntur. 1490.

Anno 1495. Matthæus Herbenus, Traiecti ad Moſam moderator ſcholarum, Trithemium viſitat Spanhemij, & de ſtudijs litterarijs cum eo confert. Herbeni liber De antiquitatibus 1425.

Anno Traiectenſibus, ibidem ms. exſtat.

1496. An. 1496. Philippus Callimachus, Etruſcus, Cracouiæ moritur & ſepelitur. Scripſit grauiter de rebus Vladiſlai Poloniæ & Hungariæ Regis.

1505. An. 1505. Oſanna Mantuana, virgo ord. Prædicatorum, magna ſanctitatis opinione, moritur: cuius vitam ſcripſit Hieronymus Montoliuetanus.

1508. Anno 1508. Renatus Dux Lotharingiæ moritur, relictis filijs, *Antonio* in Ducatu ſucceſſore, & *Claudio* Duce Guiſiæ & Aumaliæ.

1512. Anno 1512. Ludouico XII. Galliæ Rege Ducatum Mediolanenſem tenente, Rhæti ſeu Griſones Vallem Telinam, Comitatum Bormienſem, & Clauennam occupant, quæ loca ditionis erant Mediolanenſis.

1513. An. 1513. Ioannis Tarcagnotæ Hiſtoria vniuerſalis, Italicè ſcripta, deſinit: quam Bartholomæus Dionigius vſque ad an. 1602. continuauit.

1515. Anno 1515. Theodericus Monaſterienſis, ord. Minorum, vir integerrimus, qui anno 1489. peſte infectis fidelem ac continuam operam Brux-

ellis

ellis præſtiterat, piè ibidem moritur. *Anno*
Dicuntur tunc Bruxellis perijſſe triginta tria hominum millia.

Anno 1519. Ioannes Trithemius, primû Spanheimenſis, pòſt Herbipolenſis ad S. Iacobum Abbas, moritur Herbipoli. 1519.

Anno 1522. diuiſione regnorum ac prouinciarum inter fratres facta, *Ferdinando* Auſtria, Stiria, Carinthia, & Comitatus Tirolenſis, *Carolo* autem, pòſt Imperatori eo nomine Quinto, Hiſpania, India occidentalis, magna Italiæ pars, Germania inferior, & reliquæ prouinciæ ceſſerunt. 1522.

An. 1525. Quintinus ſartor Picardus, cum ſocio Coppino, Libertinorum dogma diſſeminat: ob quod crimen & alia Tornaci extremo ſupplicio afficitur; hæreſi tamen priùs eiurata. Dauid item Georgius hæreſes ſuas per Friſiam & Hollandiam ſpargit. 1525.

Anno 1526. Andreas Caroloſtadius, Huldricus Zuinglius, & Ioannes Oecolampadius hæreſim Sacramentariam publicare incipiunt: vt Cochlæus in Actis Lutheri narrat. 1526. *Sacramentarij.*

Anno 1527. An. 1527. Balthaſar Pacimontanus, & Bernardus Rothmannus ſectam Anabaptiſtarum inſtituunt. *Cochlæus.* Alij Thomam Munzerum huius ſectæ auctorem faciunt.

1529. Anno 1529 Rhodienſes Equites, Rhodo ante ſeptennium à Turcis pulſi, Melitam inſulam inhabitare & munire incipiunt.

1530. *Orange.* An. 1520. Philibertus Chalonius, P. Arauſionenſis, in obſidione vrbis Florentinæ occumbit, & heredem relinquit *Claudiam* ſororem, quæ *Henrico Naſſauio*, Dillenbergæ, Viandæ, & Bredę Domino nupſit. Is an. 1536. moriens, filium reliquit *Renatum*, à Philiberto auunculo adoptatum, & Arauſionenſi Principatu donatum. Renatus in obſidione Landreſiana anno 1544. perijt, *Guilielmo* patruele inſtituto herede. Guilielmus anno 1584. Delfis cæſus, filios reliquit *Philippum Guillielmum*, Bruxellis anno 1617. defunctum, *Mauritium*, & *Henricum*.

1531. An. 1531. *Hochſtrati*, in Campania Brabantina, collegium Canónicorum à Cle-

à Clemente VII. Papa inſtituitur, petente Antonio Lalaino, Comite Hochſtratano. In eadem Campania anno 1398. *Turnhautanum* & an. 1562. *Gelenſe*, collegia ſunt conſtituta. *Anno*

Congregatio Clericorum regularium *ſancti Pauli*, aliàs *Barnabitarum*, per Antonium Mariam, Zachariam Cremonenſem, & Bartholomæum Ferrarium Mediolanenſem inſtituta, à Clemente VII. Papa anno 1533. confirmatur. 1533. *Clerici S. Pauli.*

Anno 1535. Geneuenſes à vera ac veteri Religione deficiunt, & anno ſequenti cum Heluetijs Bernenſibus ius ciuitatis pactum firmant. 1535.

Anno 1539. Georgius Saxoniæ Dux, Alberti Animoſi, qui Friſiam ſubegit, filius, hoſtis Luthero infeſtiſſimus, magno Catholicorum luctu, Dreſdæ moritur. Fratri defuncto ſucceſſit Henricus pater Mauritij, cui Carolus Quintus Imperator Electoratum, Ioanni Frederico ablatum, contulit. 1539.

An. 1545. Petrus Aloyſius Farneſius primus Parmæ ac Placentiæ Dux 1545.

Anno conſtituitur: cui à coniuratis cæſo ſucceſſit filius *Octauius*, pater Alexandri Farneſij, qui Belgis præfuit.

1547. Anno 1547. Ioannes Fredericus, ob rebellionem Electoratu Saxonico à Carolo V. exuitur, & Mauritius conſtituitur Elector. Mauritio ſine prole maſcula defuncto frater *Auguſtus*, & huic filius *Ioannes Georgius* in Electoratu ſucceſſerunt.

1550. Anno 1550. Ioannes à Deo Luſitanus, qui ordinem Miniſtrantium infirmis inſtituit, Granatæ moritur.

1555. An. 1555. Henricus Albretus, Ioannis filius, Princeps Bearniæ, partiſque regni Nauarræ, moritur, & filiam *Ioannam* relinquit heredem, Antonio Borbonio Duci Vindocinenſi nuptam, qui fuit pater Henrici IV. Galliæ Regis. Michael Seruetus ob varias hæreſes igni traditur Geneuæ à Caluino. Ioanna, Caroli V. Imp, mater, viuere deſinit. Petrus Gillius Albigenſis, cui in peregrinatione ſocius fuit Bellonius, moritur.

1558. Anno 1558. Valentinus Gentilis Coſentinus Arianiſmum renouat: ob

quam

quam hæreſim capite plexus eſt à Bernenſibus. *Anno*

Anno 1560. Ioanne Knoxo, & alijs Miniſtris Caluinianis agentibus, Religio Catholica è Scotia exturbatur. Melchior Canus, Epiſcopus Canarienſis, & Dominicus Sotus, vterque ex ordine Dominicanorum, moriuntur. 1560.

Anno 1562. Petrus Alcantarenus, ord. Minorum, piè obdormit, per Gregorium XV. an. 1622. Beatis adſcriptus. 1562.

Anno 1566. Iſabella Clara Eugenia, Belgarum Princeps futura, naſcitur. 1566.

Anno 1574. Paulus Manutius Romæ, & Gregorius Vaſarius pictor Florentiæ, moriuntur. 1574.

Anno 1577. Catharina Cardona, noſtri æui Maria Ægyptiaca, in Domino obdormit. 1577.

Anno 1579. Gregorius XIII. ordinem monachorum S. Baſilij reformat, & Abbatem Generalem præficit Italiæ, Hiſpaniæ, aliarumque prouinciarum monaſterijs. 1579. *Ordo S. Baſilij.*

Anno 1581. Ludouicus Bertrandus, ordinis Prædicatorum, Valentiæ deceſſit, 1581.

Anno ceſſit, per Clementem VIII. an. 1595. in Beatorum numerum relatus.

1582. Anno 1582. embryon in vtero materno petrefactum, apud Senones, poſt matris obitum, per ſectionem eximitur: quod lithopœdion anno 1609. Lutetiæ vidimus.

1583. Anno 1583. Franciſcus Roſerius Stemmata Lotharingiæ, à ſe conſcripta, Pariſijs ipſe damnat.

1586. Anno 1586. Ioannes Baptiſta Gallinatus, vexillifer Hiſpanus, relicta militia Belgica in Hiſpaniam proficiſcitur. Inde ad Philippinas inſulas ſe contulit, ductaque Regis Camboiæ & Siani filia herede, ea regna obtinuit, & ſubditos ſuos ſacris Chriſtianis imbuit.

1591. Anno 1591. Ordo Miniſtrantium infirmis à Gregorio XIV. confirmatur. Ioannes Crucius ord. Carmelitani, à S. Tereſia reformati, primus aſſertor atque inter viros propagator, moritur.

1592. Anno 1592. Paſchalis Bailonius, ord. Minorum, ſanctè obdormit, per Gregorium XV. an. 1621. Beatis adlectus.

An-

An. 1597. Benedictus Arias Montanus in Hiſpania, & Ioannes Metellus Sequanus Coloniæ, moriuntur. *Anno* 1597.

Anno 1600. Ioannes Barrerius, Abbas Fulienſis, & auctor reformatæ Congregationis S. Bernardi de pœnitentia, Maria item Ragia, Chienſis vidua, ingenti ſanctitatis opinione, Romæ moriuntur. Congregatio S. Heliæ Carmelitarum diſcalceatorum in Italia inſtituitur. 1600.

Anno 1601. Robertus Comes Eſſexius Londini, & an. 1602. Bironius Pariſijs, ſecuri percutiuntur. 1601.

Anno 1608. Dionyſij Cartuſiani oſſa eleuantur è terra, Ruræmondæ, per Henricum Cuquium, Epiſcopum illius vrbis. 1608.

Middelburgi in Zelandia nouum genus perſpicillorum per fiſtulam ſeu tubum excogitatur. Fauerniaci in Burgundia illuſtre miraculum Euchariſticũ contigit, quod in Faſtis Belgicis 25. Maij deſcripſimus. Tironius & Tirconellus, Comites Hiberni, Catholici, ſibi metuentes, ex Hibernia in Belgicam traijciunt, & inde Romam tranſeunt.

Anno

Anno 1609. Anno 1609. Induciæ duodecennales Antuerpiæ die 9. Aprilis publicantur. Henricus Cuquius Epiſcopus Ruræmondæ, Nicolaus Serarius Moguntiæ, Ioſephus Scaliger Lugduni Batauorum, moriuntur. Achmetes Turcarum Imperator Soc. Ieſu collegium in vrbe Pera iuxta Conſtantinopolim conſtitui permittit.

Matthias Auſtriacus coronatur Rex Hungariæ. Ioannes Guilielmus, Cliuiæ, Iuliç & Montium Dux, ſine prole maſcula decedit: de ſucceſſione varij poſtea Principes contenderunt. Paulus V. mandat, Hebraicæ, Arabicæ, & Grçcæ linguarum profeſſores paſſim in gymnaſijs ac monaſterijs conſtitui, ad Mahumetanorum aliorumque infidelium ſalutem procurandam.

Ignatius Loiola, Soc. Ieſu conditor à Paulo V. inter Beatos refertur. Fredericus Borromæus, Card. & A. Mediolanenſis, Bibliothecam Ambroſianam & Collegium virorum eruditorum Mediolani inſtituit. Ferdinandus magnus Etruriæ Dux moritur: ſuccedit filius eius Coſmus, qui anno 1620. viuere

viuere deſijt. Carolopolis ad Moſam à fundamentis excitatur, per Carolum Gonzagam, Ducẽ Niuernenſem. Gerardus Voſſius Leodij moritur. Germaniæ Principes Euangelici (vt ſeſe nuncupant) itemq́ue Ciuitates aliquot Imperiales fœderis ſocietatem ineũt, pernicioſo ad poſteros exemplo. Quapropter Antiſtites & Principes Catholici, ad vim à ceruicibus ſuis arcendam, anno ſequenti fœdus pariter inter ſe ſanxerunt. Saxo & alij proceres Auguſtanæ Confeſſionis, neutri ſe parti addixerunt, ad annum vſque huius ſæculi viceſimum: quo quidem anno in comitijs Mulhuſenſibus, Catholicorum ſe partibus adiunxerunt, quòd Caluinianos, aduocato Turca, eiuſq́ue vaſallo Gabriele Bethleno, communem omnium ruinam, ac Germaniæ perniciẽ moliri animaduerterent. Guilielmus Bergius A. Cameracenſis moritur, cui ex ordine ſucceſſerunt Ioannes Richardotus, Franciſcus Buiſſeretus, & Franciſcus Vander-Burchius.

Iacobus Arminius (à quo ſecta Arminianorum ſeu Remonſtrantium apud

pud Batauos nomen accepit) Leidæ moritur.

1610. Anno 1610. Henricus IV. Galliæ Rex à Franciſco Rauaillaco Pariſijs cultro confoditur: ſuccedit Ludouicus XIII. filius ex Maria Medicæa. Carmelitæ diſcalceati Pariſijs ſedem collocant, præeunte *P Thoma à Ieſu*, Bratienſi Hiſpano: qui inde Bruxellam cum ſocijs aliquot poſtea ſe tranſtulit. Larachia arx Mauritaniæ Hiſpanis traditur. Tres nepotes Regis Mogorum ab Hier. Xauerio, Soc. Ieſu ſacerdote, baptizantur. Pariſijs fundamenta iaciuntur Collegij Regij à Ludouico XIII. Rege.

Maurorum nouies centena circiter millia ex Hiſpania pelluntur. Carolus Borromæus Card. & A. Mediolanenſis à Paulo V. Diuis adſcribitur. Iuliacum (quod Leopoldus Archidux nomine Cæſaris aliquamdiu tenuerat) à Neoburgico & Brandeburgico Principibus ad deditionem cogitur.

Freder. IV. Elector Palatinus Heidelbergæ, Petrus Henriques Comes Fontanus, Mediolani, Petrus Victor Caieta-

Caietanus, Gerardus Haillantius, Hiſtoriographi & Philippus Canaius Fraxineius Pariſijs, moriuntur. Sagamus, id eſt, Princeps prouinciæ Canadenſis in Noua Francia cum ſuis baptizatur. Matthæus Riccius, Soc Ieſu, Sinarum Apoſtolus, Pequini in Domino obdormit. *Anno*

An. 1611. *Ioannes Miræus*, Epiſcopus Antuerpienſis, die 11. Ianuarij Bruxellis moritur:ſuccedit *Ioannes Malderus*, Doctor Theologus Louanienſis, libris editis clariſſimus. Parmæ ſcelerata procerum coniuratio, in Rainutium Farneſium Ducem, detegitur, & ſupplicium de perduellibus ſumitur. Matthias Auſtriacus Rex Bohemiæ coronatur. Smolenſcum vrbs Moſcouiæ à Polonis expugnatur. Carolus regni Sueciç inuaſor moritur:cuius locum A. Guſtauus filius excepit. 1161.

Petrus Ribadeneira Madriti, Antonius Poſſeuinus Mantuæ, Petrus Pantinus Bruxellis, Philippus Rubenius Antuerpiæ, Papirius Maſſonus Lutetiæ, Philippus Berterius Toloſæ, Frãciſcus Moſcus Armenteriæ, moriũtur.

Vrſu-

Vrſulinæ virgines, quæ puellis pié inſtituendis dant operam, Pariſijs ſub regula S. Auguſtini monaſterium excitant, Paulo V. approbante: quod inſtitutum poſtea ad alias ciuitates ac prouincias tranſijt.

Petrus Berulius, exemplo S. Philippi Nerij, excitat in Gallia Congregationem Oratorij, quæ eſt presbyterorum ſęcularium in cõmuni viuentium. Libri à Conrado Vorſtio editi, Londini, iuſſu Iacobi Regis, publicè exuruntur. Maximilianus Bauariæ Dux Salisburgum occupat.

Chriſtiano II. Electori Saxoniæ, ſine liberis defuncto, ſuccedit Ioannes Georgius, eius frater. Traiecti ad Moſam, in crypta Seruatiana, inueniuntur corpora SS. Epiſcoporum, Valentini, Monulſi, Gundulſi & Candidi.

1612. Anno 1612. Rudolphus II. Imp. menſe Ianuario moritur: Matthias frater eius menſe Maio ſufficitur. Archiconfraternitas S. Crucis Coloniæ inſtituitur, ad eos beneficentia iuuandos, qui ex hæreſeon tenebris ad lucem veræ fidei Catholicæ educti fuerint.

S. Al-

S. Alberti Leodienſis Epiſcopi ac martyris corpus Remis Bruxellam transfertur. Leonardo Donato Duci Venetorum Ant. Memmius, Erneſto Bauaro patruo ſuo Ferdinandus, Vincentio Gonzagæ Mantuę Duci Franciſcus filius, ſufficiuntur. Franciſco, ſub finem anni eiuſdem defuncto, poſtea ſucceſſit Ferdinandus frater, relicto Cardinalatu. Anno

Franciſcus Hieronymus Simon, ſacerdos, Valentiæ in Hiſpania deceſſit, magna ſanctitatis opinione. Nicolaus Faber Pariſienſis, Petri Pithoei ſtudiorum ſocius, Lutetiæ moritur. Bataui fœdum fœdus cum Achmete Turcarum Imperatore Conſtantinopoli ſanciunt.

An. 1613. Fredericus V. Elector & Comes Palatinus cum Eliſabetha Iacobi Magnæ Britanniæ Regis filia Lōdini nuptias contrahit. Sigiſmundus Battorius olim Tranſiluaniæ Princeps ac Turcarum terror, Pragæ moritur. Gabriel Battorius, qui annis aliquot Tranſiluanis vario euentu præfuerat, à Gabore ſeu Gabriele Bethleno, Tur- 1613.

carum

Anno carum auxilijs, profligatur, ac demum à ſuis occiditur: in cuius locum idem Gabriel, Turcarum ope, eſt ſubſtitutus. In Flandria à Gandauo verſus Brugas, & inde verſus Oſtendam noua Foſſa ducitur. Guilielmus Eſtius, Doctor Theologus & Cancellarius Duacenſis in Domino obdormit.

1614. *Sinarũ ſtatus.* An. 1614. Nic. Trigautius Duacenſis, Soc. Ieſu presbyter, ex Sinenſi regno Romam veniens, nuntiauit Pequini, Nanquini, Scianquini, & alibi apud *Sinas* Chriſtianorum nouas aliquot eccleſias, præter Amacaënſem, conſtitutas eſſe. Idem anno ſequenti *Matthæi Riccij* commentarium de Chriſtiana expeditione Sinenſi, deque illius regni legibus ac moribus publicauit: quo omnium, qui antea de Sinis Scripſerant, mendacia iugulauit.

Albertus Belgarum Princeps, mandato Matthiæ Imp. & ductu Ambroſij Spinulæ, *Aquaſgrani* & *Veſaliam* occupat. Wolfgangus Guilielmus, Princeps Neoburgicus, abiurata hæreſi Lutherana, orthodoxam religionem publicè Duſſeldorpij amplectitur. Marcus Velſerus

ſerus Auguſtæ Vindelicorum, Stepha- *Anno*
nus Paſchaſius Pariſijs, Hieronymus
Gratianus Bruxellis, moriuntur.

Ph. Franciſcus Faxecura, vir nobiliſſimus, & Lud. Sotelus, ord. Minorum, Legati Idatis Maſamunis, Regis Voxu in Iaponia, Paulo V. obedientiam præſtant. Philippus Nerius, fundator Cōgregationis Oratorij, Beatus per Paulum V. renuntiatur.

Iſabella Borbonia Philippo IV. Hiſpaniæ Regi, & Anna Auſtriaca Ludouico XIII. Galliæ Regi nubit.

Anno 1615. Gorcomienſium mar- *1615.*
tyrum, & Liduinæ virginis Schidamenſis oſſa ſecretò ex Hollandia Bruxellam transferuntur. Lud. Grangetus, Soc. Ieſu presbyter, apud Georgianos & Mingrelianos, & Franciſcani apud Canadenſes Chriſti doctrinam promouent. Claudius Aquauiua, Soc. Ieſu Præpoſitus generalis, moritur: Mutius Vitelleſius ſuccedit.

An. 1616. Iſaacus le Maire Antuer- *1616.*
pienſis fretum nouum verſus regna Peruana detigit. Fliſſinga & Brila, opida, per Ordines Belgicos confœderatos

Anno Anglis oppignorata, alieno ære perſoluto, eiſdem Ordinibus reſtituuntur. In Villarienſi Ciſtercienſium apud Brabantos Abbatia, varia patrantur miracula, & multus fit hominum concurſus ad imaginem Deiparæ, ex quercu Aſpricollenſi confectam, & dono datam à Ioanne Miræo, Epiſcopo Antuerpienſi.

1617. An. 1617. creſcentibus odijs inter Arminianos & Gomariſtas, Harlemũ, Leida, Roterodamum, Gauda, & aliæ factionis Arminianæ ciuitates in Hollandia, fœdus inter ſe ineunt, & militem conſcribunt, ad vim arcendam, ſuaque tutanda aduerſus Gomariſtas. Idem poſtea fecere Vltraiectini, & alij populi.

Achmetes Turcarũ Imperator moritur: cui primùm Muſtapha frater, pòſt Oſmanes filius ſucceſſit. Concinus Concinius, Marchio Ancrenſis, Seianus Gallicus, occiditur: Leonora eius vxor publicè in foro Pariſienſi capite plectitur. Heu culmen aulæ lubricum!

Iulius Echterus, Epiſcopus Herbipolenſis

poleñſis, & illius Academiæ fundator, moritur: ſuccedit Ioannes Godefridus Epiſcopus Bambergenſis. Ferdinandus, Matthiæ Imp. patruelis, Rex Bohemiæ coronatur. Lutherani in Germania vanum Iubilæum celebrant. *Anno*

An. 1618. inter Ferdinandum Regem Bohemiæ, & Rempublicam Venetam pax firmatur. Idem Ferdinandus menſe Iulio Rex Hungariæ coronatur. Bohemi coniurati (quorum princeps erat Matthæus Comes Turrianus) Conſiliarios aliquot Cæſareos, in arce Pragenſi, de feneſtra deturbant. Bohemis rebellibus pòſt acceſſerunt Moraui, Sileſij, Luſatij, Auſtriaci ſuperiores, ac demum Hungari. Commentarium noſtrum De bello Bohemico lege, ſi placet. 1618.

Melchior Cleſelius, Card. & Epiſcopus Viennenſis, 20. Iulij Vienna ex aula Cæſarea in Comitatum Tirolenſem abductus, in arcta cuſtodia habetur. Ioannes Barneueldius, Ægidius Ledenbergius, Rumoldus Hogerbetius, & Hugo Grotius, primaria factionis Arminianæ capita, 20. Auguſti in

Anno Haga Comitis ſtrictiſſimæ cuſtodiæ mancipantur. Arminiani paſſim omnes à Mauritio Naſſauio, ex magiſtratibus publiciſque functionibus deturbantur, & primarij eiuſdem ſectæ Miniſtri ſeu Prædicantes fugantur. Dordraci 15. Nouembris Pſeudoſynodus incohatur à Gomariſtis ſeu Contraremonſtrantibus, in Caluini verba iurantibus: eſtque ea finita 6. Maij, anno ſequenti. Eodem ipſo menſe Cometa in orbe noſtro ſpectari cœpit, malorum Europæ imminentium index.

Philippus Guilielmus, Princeps Arauſionenſis, ſacris ritu Catholico munitus, Bruxellis moritur: in Principatu alijſque feudis ſucceſſit frater Mauritius. Nicolaus Trigautius, cum ſocijs XLIV. variarum nationum, Oliſipone verſus Indiam Orientalem ac Iaponiam ſoluit.

Theoderico Paderbornenſi Epiſcopo, menſe Decembri defuncto, ſucceſſit Ferdinandus Bauarus. Iacobus Danius Card & A. Senonēſis, Caluiniſtarum malleus, Lutetiæ moritur. Apud Griſones Catholici malè tractantur.

An.

An. 1619. Matthias Imp. moritur: Ferdinandus II. ſuccedit. Barneueldius (quem Batauí ſuum velut Lycurgum hactenus coluerant) infami carnificis manu decapitatur: Hogerbetius & Grotius ad perpetuos carceres damnantur: Prædicantes Arminiani amplius centum exilio mulctantur. O eximiam Caluinianorum in ſuos benignitatem! *Anno* 1619.

Fredericus Elector Palatinus à Bohemis rebellibus Rex eligitur, & 4. Nouembris coronatur: hinc bella, horrida bella. Franciſcus Lucas, Bibliorum illuſtrator eximius, Audomaropoli, & Franciſcus Coſterus Bruxellis, moriuntur. Carmelitana eremus, in ſilua Marlania, haut procul à Moſa fl. ab Alberto Belgarum Principe fundatur.

An. 1620. Mulhuſæ apud Thuringos habentur comitia, in quibus Saxo & alij Lutherani Catholicorum fœderi ſubſcripſerunt contra Caluiniſtas. Matthias Houius A. Mechinienſis moritur: cui Iacobus Boonen, Epiſcopus Gandenſis, ſucceſſit. Iacobi locum 1620.

Anno Antonius Trieſtius, Brugenſis antea Epiſcopus, excepit. Brugenſem verò cathedram adeptus eſt Dionyſius Chriſtophori Antuerpienſis.

Vallis Telinæ incolæ Catholici menſe Iunio iugum Caluiniſticũ excutiunt, multis cæſis. Amb. Spinula Palatinatum inferiorem menſe Septembri, & Saxo Luſatiam, occupant. Die 8. Nouembris, memorabili ad omnem poſteritatem prælio, Fredericus Pſeudorex apud Pragã vincitur, atque vniuerſum Bohemiæ regnum vno velut ictu ſubigitur. Petrus Bertius, eiurato Arminianiſimo, Catholicam fidem Pariſijs amplectitur. Ludouicus XIII. Galliæ Rex in Bearnia orthodoxam Religionem reſtituit.

1621. Anno 1621. Paulo V. Papæ *Gregorius XV.* ſufficitur. Fredericus Exrex cum ſuis edicto Imperiali proſcribitur. Is, poſt varios errores, demum in Hollandiam menſe Aprili venit. Hugo Grotius miro ſtratagemate, in arca ab ipſis cuſtodibus elatus, liber è carcere euadit.

Philippo III. Regi Catholico defuncto

functo *Philippus IV. filius*, & Coſmo Mediceo Magno Etruriæ Duci N. item filius, ſuccedunt. Albertus Pius, Belgarum Princeps, 13. Iulij piè ac tranquillè in Domino obdormit. Carolus Longeuallius, Comes Buquoius, Cæſarei exercitus ductor, & Achilles Belgicus, à ſuis turpiter deſertus, inopinata equitum Hungarorum ex Caſtello Nouo eruptione obrutus, confoditur. *Anno*

Pragæ 21. Iunij ſupplicium de viginti ſeptem rebellibus ſumitur. Anna de Ieſu, virgo Hiſpana, S. Tereſiæ ſocia, magna ſanctitatis fama, Bruxellis in Domino obdormit. Mamoram in Africa Hiſpani occupant. Iuliacum noſtri expugnant. Commentarius noſter De rebus toto orbe geſtis, quē noſtro permiſſu Balduinus Iunius Chronico ſuo Morali inſeruit, deſinit. Rob. Bellarminus, & Ioannes Berchmannus Diſtenſis, ex Societate Ieſu, Romæ ingenti integritatis opinione, moriuntur. Rodericus Calderonius, fortunæ apud Hiſpanos ludibrium, manu carnificis perijt. Gregorius XV. Papa inſignem

Anno Conſtitutionem de electione Romani Pontificis publicat, & Cõgregationem de propaganda Fide, magno Eccleſiæ commodo inſtituit: quam & anno proximè ſequẽti edito diplomate ſtabiliuit

Gulielmus Barclaius Romæ, Henricus Sedulius Antuerpiæ, & Carolus Sauſſeius Pariſijs, viuere deſinunt.

1622. An. 1622. Ferdinandus Imp. ſecundam coniugem ducit Eleonoram, Vincentij Mantuæ Ducis filiam. Oſmanes Imp. Turcicus carnificis manu 19. Maij ſtrangulatur, & Muſtapha patruus eius imperium excipit. Iſidorus Madritẽſis, Ignatius Loiola, Franciſcus Xauerius, Philippus Nerius, & Tereſia, ſolenni ritu à Greg. XV. in Diuos referuntur.

M. Antonius de Dominis, ex Spalatenſi in Dalmatia Archiepiſcopo apoſtata, facti pœnitentia ductus, menſe Aprili ex Anglia in Belgicam appulit, indeque Romam ſe contulit.

Georgius Fredericus, Marchio Durlacenſis, 6. Maij, apud Wimphenum oppidum, à Ioanne Tillio Serclaſio, & Gonſaluo Cordubẽſi, prælio vincitur, Deipara cuidam Germano militi apparen-

VVimphen.

parente, ac victoriam velut ſponden- *Anno*
te. Per eoſdem belli duces, itemque Comitem Anholtinū, Erneſtus Manſfeldius, menſe Iunio, ex prouincia Dermſtadienſi pellitur. Chriſtianus Brunſuicenſis, Pſeudo-Epiſcopus Halberſtadienſis, ab ijſdem tribus ducibus, prope Huſtum opidum, Mœno adſitum, menſe Iulio funditur ac fugatur. Mansfeldius prope Flerucam in agro Brabantino, 6. Auguſti, cum Cordubenſi confligit, atque omnem ferè peditatum ac torméta ſua bellica amittit.

Fredericus Exrex, tot ſuorum cladibus fractus, relicta Heidelberga, ſub finem Auguſti Sedanum, & inde ad veteres ſuas Hollandiæ latebras fugit.

Guilielmus, Eduardi Fortunati filius, pulſo Durlacenſi, in Marchionatu Badenſi, ſententia à Cæſare 26. Auguſti lata, reſtituitur. Ioannis Rusbrochij, Theologię myſticæ ſcriptoris, oſſa in Vallis Viridis monaſterio per Iacobum A. Mechlinienſem è terra leuantur. Heidelberga 16. Sept. & paulò pòſt Manhemium à Tillio capiuntur.

1623. An. 1623. menſe Februario Armi-
niano-

Anno nianorum coniuratio in caput Mauritij Principis Arauſionenſis detegitur. Multi complices capti ac plexi; inter alios *Rainerus Barneueldius*, Ioannis an. 1619, decapitati filius. *Guilielmus*, alter filius, cum ſocijs aliquot, effugit. Maximilianus Bauariæ Dux à Cæſare, in comitijs Ratisbonenſibus, dignitate Electorali honoratur.

Magna pars Bibliothecæ Palatinæ Heidelberga Romam per Leonem Alatium, Græcum Chienſem, tranſuehitur.

Vrbanus VIII. in Gregorij XV. Pontificis demortui locum 6. Auguſti ſufficitur. Eodem ipſo die Chriſtianus Halberſtadienſis (qui ſe *Flagellum ſacerdotum* ſtolidè nuncupabat) prope *Statlo.* Statlonam, Weſtphaliæ opidum, à Tillio vincitur, multis proceribus cæſis & captis. Ioannes, Oſtfriſiæ & Ritbergæ Comes, menſe Octobri Lipſtadium & Bileueldiam, cum arce Sporenburgenſi, expugnat.

Leonardus Leſſius, Soc. Ieſu Theologus eximius, Louanij, Philippus Cluuerius Lugduni Batauorum, & Guil.

Guil. Camdenus Londini, moriuntur. Vallis Telina & Clauenna in poteſtate Romani Pontificis, velut in manu ſequeſtra, ponuntur. Ioannes Comes Naſſouius, ſub finem huius anni, exercitium Religionis Catholicæ apud ſuos reſtituit. *Anno*

Anno 1624. ineunte Mansfeldius Gritzilam, & alia Friſiæ Orientalis opida, à ſe munita, Batauis tradit, & à ſuis deſertus in Hollandiam tranſit, indeque menſe Aprili in Galliam enauigat. Equites militiæ Chriſtianæ, primùm Viennæ, Caroli Gonzagæ Niuernenſis Ducis impulſu inſtituti, pòſt à Gregorio XV. approbati, hoc demum anno, ab Vrbano VIII. multis priuilegijs ac palatio Lateranenſi donantur. *1624.* *Gritzile.*

In Colle Acuto, Deiparæ cultu ac miraculis celebri, primum apud Belgas Oratorium, ſeu congregatio preſbyterorum ſæcularium, in communi viuentium, à Iacobo A. Mechlinienſi conſtituitur, Iſabella Clara Eugenia, Hiſp. Infante, in primis fauente, & P. Hyacintho Caſalenſi Capucino hortante:

tante : quem vt alterum Bernardum aut Capiſtranum meritò omnes venerantur. Ioannes Becanus, Brabantus, Soc. Ieſu Theologus celebris, & Ferdinando II. Cæſari à ſacris Confeſſionibus, Viennæ in Domino obdormit.

ANACEPHALÆOSIS.

Reges Auſtraſiæ, quorum ſedes regni fuit Metis.

I. THEODERICVS, Clodouæi I. Francorum Regis Chriſtiani filius, patre defuncto, anno ſalutis 511. in Auſtraſia regnare cœpit, & anno 534. obijt.

Theodebertus, Theoderici filius, an. 547. deceſſit.

Theodoualdus, Theodeberti filius, anno 554. obijt.

Clotarius Francorum Rex, defuncto Theodoualdo, Auſtraſiam occupauit, & an. 562. viuere deſijt.

Sigebertus, Clotarij filius, patre defuncto, Rex Auſtraſiæ creatus, an. 575. gladio confoſſus eſt, dolo Fredegundis, quæ fratri eius Chilperico Pariſiorum Regi nupſerat.

Sigeberto patri ſucceſſit Childebertus, & anno 596. obijt.

Theo-

Theodebertus II. Childeberti filius, à fratre Theoderico Burgundiæ Rege anno 612. apud Tullum vincitur, & Coloniam vſque fugatur.

Theodericus II. an. 612. Coloniam capit, & vniuerſum Auſtraſię regnũ occupat. Anno proximè ſequenti bellum cõtra patruelem Clotarium Regem parans, Metis fluxu ventris exſtinguitur.

Clotarius II. conſilio Arnulfi, pòſt Metenſis Epiſcopi, & Pipini Landenſis, anno 613. regnum Theoderici occupauit, cæſis eius filijs, & auia Brunichilde. Obijt anno 628. prope Pariſios in S. Vincentij eccleſia conditus.

Dagobertus à Clotario patre anno 623. conſtitutus eſt Rex Auſtraſię Septemtrionalis, vt Aimoinus lib. 4. cap. 8. narrat. Directores tunc in Auſtraſia habuit eundem Arnulfum & Pipinum Landenſem. Obijt demum Rex Franciæ anno 644. X.

Sigebertus II. à patre ſuo Dagoberto an. 639. Auſtraſijs præfectus, cùm prole careret, Hildebertum, Grimoaldi filiũ, in ſpem regni adoptauit: ſed filium poſtea genuit Dagobertum.

Dagobertus II. à Grimoaldo Duce attonſus, & in Scotiam ablegatus an. 654.

Hildebertus à patre Grimoaldo Rex Auſtraſiæ creatus, pòſt reiectus ab Auſtraſijs; qui Grimoaldum Pariſios captiuum ad

Clodouæum Regem miſerunt.

Childericus ſeu Hildericus, Clodouæi Regis filius, homo leuis ac nihili, pòſt ad Neuſtriæ regnum à Francis vocatus, à Bodilone an. 667. eſt interemptus. Poſt quē Auſtraſia priuatim Reges non habuit, ſed cum reliquo Francorum regno manſit vnita.

Hilderico ſucceſſit frater Theodericus: huic ex ordine Clodouæus, Childebertus, Dagobertus, Chilpericus, Clotarius, Theodericus, & Hildericus, vltimus ex familia Merouingorum Rex Francorum, ſunt ſuffecti. Quo attonſo, Franci Pipino Auſtraſiæ Duci regnum detulerunt, an. 752.

Duces Auſtraſiæ.

AVſtraſiam, ſecundùm Reges, ampliſſima poteſtate Duces gubernabant, & rebus militaribus pręerant. Ex ijs Præfectos palatij, quos *Maiores Domus* appellabant, legi moris erat. Nec vnus illo Ducis munere fungebatur, ſed plures interdum, vt vrgentium bellorum aut negotiorum neceſſitas poſtulabat. Tales fuere Duces *Arnulfus*, pòſt Metenſis Epiſcopus, *Pipinus Landenſis*, *Grimoaldus*, *Anſegiſus* & *Valtiſius*.

Childerico, poſtremo Auſtraſiæ Rege, an. 667. occiſo, *Vulfoaldus* Princeps Auſtraſiæ, ſeu Maior domus regiæ in Auſtraſia exſtitit.

Vulfoaldo circa an. 674. mortuo, *Martinus* &

tinus & *Pipinus Herſtallius*, Anſegiſi filius, in Auſtraſia ſunt dominati. Hi contra Ebroinum pugnarunt, ſed infeliciter. Martinus denique dolo Ebroini occiſus fuit. Pipinus verò vſque ad annum 714. vixit, non ſolùm in Auſtraſia, ſed etiam in Francia Principatum ſeu Maioratum domus regiæ adeptus.

Carolus Martellus, Pipini filius, an. 741. obijt.

Carolomannus, Martelli filius, cum Pipino fratre Ducatum partitus, vſque ad an. 747. Principatum in Auſtraſia geſſit: quo anno Romam ſe contulit, & monachus in monte Caſſino factus, an. 755. viuere deſijt.

Pipinus, Carolomanni frater, ex Maiore domus, anno 752. Rex Francorum creatur: demum anno 768. deceſſit.

Reges Lotharingiæ.

LOtharius II. Imp. an. 869. obijt.

Ludouicus Germanicus obijt an. 876.

Carolus Caluus an. 877.

Ludouicus, Lud. Germanici filius, an. 879.

Carolus Craſſus an. 888.

Arnulfus Imp. Normannos Louanio eiecit.

Suendiboldus an. 895. Lotharingiæ Rex creatus, obijt an. 900.

Ludouicus, Suendiboldi frater, obijt an. 911. aut 912.

Conradus, Francus orientalis, an. 919.
Carolus Simplex, Lud. Balbi filius.
Henricus Auceps Imperator. De ſingulis vide ſupra *pag*. 500. & ſeqq.

Duces Lotharingiæ vniuerſæ.

GIſlebertus, Ragineri Ducis & Albradæ filius, ab Henrico Aucupe Dux Lotharingiæ conſtitutus, an 939. obijt.
Henricus, Othonis I. Imp. frater.
Otho, Ricuini filius, an. 944. obijt.
Conradus, Othonis I. gener.
S. Bruno, Othonis I. frater, Archiepiſcopus Colonienſis an. 965. deceſſit. De his vide ſupra *pag*. 505.

Duces Lotharingiæ ſuperioris ſeu Moſellanæ.

FRedericus anno 959. à S. Brunone Dux conſtitutus. *pag*. 506.
Theodericus, Frederici I. filius.
Fredericus II. Theoderici filius an. 1034. obijt.
Gothilo Magnus, Godefridi Comitis Virdunenſis & Einhamenſis filius, an 1008. Marcam Antuerpienſem poſſedit: poſtea Lotharingiæ ſuperioris & inferioris Ducatum tenuit.

Gode-

Godefridus Barbatus ſenior, Gothilonis filius, an. 1070. obijt. *pag.* 507.

Adelbertus ſeu Albertus an. 1048. obijt.

Gerardus Alſatius an. 1070. obijt.

Theodericus, non Guilielmi Bolonienſis, vt Paradinus, Trelæus, Albizius & alij ſcripſerunt, ſed Gerardi Alſatij filius, ſi Genealogiæ S. Arnulfi, à Pithæo editæ, credimus, circa an. 1120. obijt, Mediolani ſepultus.

Simon, Theoderici filius, circa an. 1141. obijt, in Bello-prato ſepultus.

Matthæus, Simonis filius, an. 1176. in Claro-loco ſepultus.

Simon II. an. 1207. obijt, Sturtzebrunnæ conditus.

Fredericus III. Simonis frater, an. 1213. obijt, ibidem conditus.

Theobaldus, Frederici filius, 1220. deceſſit, ibidem ſepultus.

Matthæus II. Theobaldi frater, an. 1250. Ioppæ obijt, Strutzebrunnæ humatus.

Fredericus IV. Matthæi filius, 1303. Nāceij obijt, in Bello-prato conditus. XV.

Theobaldus II. Frederici filius, an. 1312. ibidem conditus.

Fredericus V. an. 1329. ibidem ſepultus.

Ratulphus ſeu Rodulphus, Frederici filius, an. 1346. ibidem humatus.

Ioannes, Ratulphi filius, an. 1382. Pariſijs obijt, Nanceij ſepultus.

XX. Carolus, Ioannis filius, an. 1430, obijt, ſepultus Nanceij in æde S. Georgij, quam conſtruxit.

Iſabella, Ioannis filia, & Renatus Rex Siciliæ, Dux Andegauenſis, qui an. 1480. obijt.

Ioannes II, Renati filius, anno 1473, obijt.

Renatus II. Frederici Lotharingi & Iolandæ, Renati Andegaui filiæ, filius, Caroli Burgundi victor, an. 1508. obijt.

XXV. Antonius, Renati II. filius, an. 1544.

Franciſcus, Antonij filius, an. 1546.

Carolus II. Franciſci filius.

Henricus, Caroli II. filius.

Duces Lotharingiæ inferioris, ſeu Moſanæ.

I. CArolus, Ludouici Francorum Regis & Gerbergæ (cuius prior maritus fuerat Gillebertus Dux Lotharingiæ vniuerſæ) filius, ab Othone II. Imp. an. 977. Dux creatus, obijt an. 991. Aureliæ, carceri incluſus ab Hugone Capeto. Vide ſupra pag. 509. & 535.

Otho, Caroli filius, obijt ſine prole.

Godefridus, Godefridi Comitis Virdunenſis & Einhamenſis filius, anno 1023. obijt ſine prole. pag. 551.

Gothilo Magnus, Godefridi prædicti Ducis frater.

Gothilo Ignauus, Gothilonis Magni filius. V.

Fredericus, Adelberonis Epiſcopi Metenſis & Henrici Baioariæ Ducis frater, obijt anno 1064.

Godefridus Barbatus ſenior anno 1065. factus eſt Dux Lotharingiæ inferioris, & obijt anno 1070.

Godefridus Gibboſus ſeu Struma, aliàs Iuſtus, God. Barbati filius, anno 1076, Antuerpiæ confoſſus.

Conradus, Henrici Imp. filius.

Godefridus Bullonius, an. 1076. Marchio Antuerpienſis, & anno 1089. Dux Lotharingiæ creatus, obijt anno 1100. Rex Hieroſolymorum. X.

Henricus Limburgenſis Comes *pag.* 511.

Godefridus Barbatus iunior, competitorem habuit Valeranum, Henrici Limburgenſis filium, & an. 1140, obijt, ſtilo Romano, Affligemij conditus. *pag.* 512.

Godefridus II. Barbati filius.

Henricus III. Godefridi II. filius. Reliquos vide infra in ſerie Ducum Brabantiæ.

Brabantiæ Duces ac Principes,

Pipinus Landenſis, Carolomanni filius, an. 646. obijt.

Grimoaldus, Pipini filius, anno 655. obijt.
S. Begga Grimoaldi filia, & Anſegiſus.
Pipinus Herſtallius, anno 714. obijt.
Carolus Martellus, Pipini filius, anno 741. obijt.
Pipinus Breuis, Martelli filius, poſtea Rex Francorum, anno 768. obijt.
Carolus Magnus Imp. obijt 814.
Ludouicus Pius Imp. anno 840.
Lotharius I. Imp. an. 855. moritur Prumiæ.
X. Lotharius II. Rex Lotharingiæ primus, anno 869. obiit Placentiæ.
Carolus Caluus Imperator anno 877. obiit.
Ludouicus Balbus Imp. anno 879.
Ludouicus & Carolomannus fratres.
Carolus Simplex Rex Francorum, anno 929. obijt Peronæ in carcere.
Ludouicus Tranſmarinus, Caroli Simplicis filius.
Lotharius III. Lud. Tranſmarini filius, obijt anno 986.
Carolus Dux Lotharingiæ, Lotharij III. frater, obijt anno 991. Aureliæ, carceri incluſus ab Hugone Capeto.
Otho, Caroli filius, obijt ſine prole an. 1005. ſepultus Niuellis.
Gerberga, Othonis ſoror, & Lamber-
tus Co-

tus Comes Louanienſis, Ragineri Longicolli filius, anno 1015. cæſus apud Florinas, & Niuellis conditus.

Henricus, Lamberti & Gerbergæ filius, anno 1038. domi ſuæ interfectus eſt à ſuo captiuo Herimanno.

Otho, Henrici filius, patri ſuo non diu ſuperuixit. XX.

Baldricus, qui & Lambertus Henrici I. frater, collegij Canonicorum Bruxellis fundator, obijt anno 1054.

Henricus II. Comes Louanienſis, Baldrici filius, obijt anno 1068.

Henricus III. Comes, obijt anno 1096.

Godefridus Barbatus, ex Comite Louanienſi anno 1106. Dux Lotharingiæ ab Henrico IV. Imp. creatus, obijt an. 1140.

Godefridus II. obijt anno 1142.

Godefridus III. in Cunis obijt 1186.

Henricus I. Dux Lotharingiæ, obijt an. 1235.

Henricus II. Dux, obijt 1247.

Henricus III. Dux obijt 1260.

Aleidis, Henrici vidua, pro liberis præfuit ſeptennio.

Ioannes I. obijt 1294. ſepultus Bruxellis ad D. Franciſci.

Ioannes II. obijt 1312. ſepultus Bruxellis ad D. Gudilæ.

Ioannes III. obijt 1355. ſepultus Villarij.

1015. ad Florennas ſeu Florinas cecidit.

Henricus, Lamberti & Gerbergæ filius, an. 1037. Louanij à captiuo ſuo occiſus.

Otho, Henrici filius, breuis æui puer. V.

Baldricus Lambertus, Henrici frater, an. 1047. Bruxellis Canonicos fundauit, S. Gudilæ corpus tranſtulit, & anno 1054. Tornaci cecidit.

Henricus II. Baldrici filius, an. 1068. deceſſit.

Henricus III. Henrici II. filius, Affligemium an. 1083. condidit, & Tornaci anno 1096. perijt.

Godefridus Barbatus, Henrici III. frater, Comitatui Louanienſi Ducatum Lotharingiæ inferioris & Marchionatum Antuerpienſem an. 1106. adiunxit, atque ad poſteros ſuos, Lotharingiæ ac Brabantiæ Duces, tranſmiſit. Obijt an. 1140.

Godefridus II. God. Barbati filius, Dux Lotharingiæ, Comes Louanij, & Marchio S. R. Imperij, an. 1143. obijt, Louanij in D. Petri conditus. Reliquos vide ſupra in Serie Ducum Brabantiæ. X.

Marchiones ac Principes Antuerpienſes.

ROthingus, ſeu Rohingus, & vxor eius Bebellina, an. 725. Marcam Antuerpienſem

pienſem tenuit,& S. Willibrordo A. Vltraiectino eccleſiam veteris caſtri ſeu burgi Antuerpienſis, cum tertia parte telonei, dono dedit.

An. 1008. Gothilo Magnus Comitatum Antuerpienſem poſſedit,ac demum Lotharingiæ ſuperioris & inferioris Ducatum tenuit.

Gothilo Ignauus, Gothilonis filius.

Fredericus, Adelberonis Epiſcopi Metenſis, & Henrici Baioariæ Ducis frater, anno 1055. intra Andouerpum à Godefrido barbato ſeniore, & Balduino Comite Flandrenſi obſeſſus fuit. Obijt anno 1064.

Godefridus Barbatus ſenior, Beatricis in Italia Marchioniſſæ maritus, auunculo ſuo Frederico anno 1064. ſuffectus, anno 1070. deceſſit, Virduni conditus.

Godefridus Gibboſus, Godefridi Barbati filius, Mathildis in Italia Marchioniſſæ potentiſſimę maritus, anno 1076. Antuerpiæ à ſicario confoſſus eſt, nulla prole relicta.

Godefridus Bullonius, ex Euſtathio Comite Bolonienſi, & Ida Godefridi Gibboſi ſorore natus, fundator collegij Canonicorum Antuerpiæ, anno 1076. ab Henrico IV. Imperatore creatus eſt Marchio. Poſtea Dux Lotharingiæ inferioris anno 1069. ab eodem Cæſare renuntiatus.

obijt

obijt demum anno 1100. Rex Hieroſolymorum.

Henricus Comes Limburgenſis.

Godefridus Barbatus iunior, Comes Louanienſis, cum Valerano, Henrici Limburgenſis filio, de Marchia Antuerpienſi & Ducatu Lotharingiæ contendit, ac tandem præualuit, & Principatum vtrumque cum Comitatu Louanienſi, ad Godefridos, Henricos, & alios ſuos in Brabantia ſucceſſores tranſmiſit. Plura qui volet Codicem noſtrum Donationum piarum cap. 80. legat.

Comites Flandriæ.

BAlduinus Ferreus Iuditham Caroli Calui filiam ſibi ſumpſit vxorem an. 861. & obijt 879.

Balduinus Caluus, Bald. Ferrei filius, obijt an. 918.

Arnulfus Magnus an. 961. Canonicos XII. Brugis in baſilica S. Donatiani conſtituit.

Balduinus III. an. 961. obijt.

Arnulfus II. obijt anno 988.

Balduinus IV. Pulcrobarbus an 1014.

Balduinus V. Inſulanus & Pius, Inſulenſe, Harlebecanum, & Arienſe, collegia Canicorum fundauit, & an 1067. obijt.

Balduinus VI. cognomento Montanus, duxit Richildem, Comitatus Hannoniæ heredem, & an. 1070. deceſſit.

Arnulfus III. Infelix, Balduini Montani filius.

X. Robertus Friſius, Bald. Inſulani filius, an. 1093. deceſſit.

Robertus II. Hieroſolymitanus obijt an. 1111.

Balduinus VII. Securis an. 1119.

Carolus Bonus an. 1127.

Guilielmus Normannus. an. 1128.

XV. Theodericus Alſatius, anno 1169.

Philippus Alſatius, anno 1191.

Margarita, Ph. Alſatij filia, & Balduinus Animoſus, Hannoniæ Comes.

Balduinus VIII. Flandriæ & Hannoniæ Comes, poſtea Imp. Conſtantinopolitanus, obijt an. 1204.

Ioanna Conſtantinopolitana.

Margarita Conſtantinopolitana, Mariæ ſoror.

Guido Dampetra an. 1304. obijt.

Robertus *III.* Bethunius, an. 1322.

Ludouicus *I.* Creſſius, anno 1346.

XX. Ludouicus *II.* Malanus, anno 1383.

Margarita III. Lud. Malani filia, & Philippus Audax, Dux Burgundiæ, an. 1404. obijt.

Ioannes Diuionenſis, Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, Hannoniæ &c.

Philip-

Philippus Bonus, Dux Burgundiæ & Brabantiæ, Comes Flandriæ &c.

Carolus Audax, Philippi Boni filius.

Maria Caroli Audacis filia, & Maximilianus *I.* Imperator. Reliquos vide ſupra in Serie Ducum Brabantiæ.

Comites caſtri Gandenſis.

WIcmannus, primus noui caſtri Gandenſis, ab Othone *I.* Imp. ad ripam Legiæ fl. ſtructi, Comes conſtitutus fuit. *I.*

Theodericus, Wicmanni filius, ex Lutgarde Arnulfi Magni Flandriæ Comitis filia. *II.*

Arnulfus, Theoderici filius. *III.*

Theodericus *II.* Arnulfi filius. De his vide Codicem noſtrum Donationum piarum cap. 35. *IV.*

Comites Aloſtani.

BAlduinus Craſſus, Rodulfi filius. *I.*

Balduinus Luſcus, Bald. Craſſi filius, vnicam reliquit filiam Beatricem, Henrico Caſtellano Borburgenſi nuptam, quam Comitatu patruus Iuanus ſpoliauit. *II.*

Iuanus, Bald. Luſci frater, Truncinienſis Abbatiæ dotator, ex Laureta, Theoderici Alſatij Flādriæ Comitis filia, reliquit Theodericum filium. *III.*

Theode-

IV. Theodericus ex Laurentia, Balduini Hannoniæ Comitis filia, nullos reliquit liberos; ſicque Philippus Alſatius, Flandriæ Comes, Aloſtanum Comitatum occupauit, ex pactione inter ſuanum Aloſtanum & Theodericum Flandrenſem inita. Vide citatum Codicem cap. 63. & 69.

Ceterùm Henricus Borburgēſis in Flandria Caſtellanus, ex Beatrice, Balduini Luſci filia, filium ſuſtulit Walterum. Huius filia & heres Beatrix nupſit Arnoldo Comiti Giſnenſi. Is filium reliquit Balduinum, cognomento Gandauum, ſimiliter Comitem Giſnenſem, qui an. 1232. Ferdinando Flandriæ Comiti ceſſit omne ius ſuum in Comitatum Aloſtanum.

Comites Hannoniæ.

S. Vincentius Comes, cognomento Madelgarius & eius vxor S. Waldetrudis, inter alia poſſederunt Caſtrilocum, nunc Montes Hannoniæ, Sonegias & Altum Mōtem. Floruerunt an. 651.

Raginerus I. ex Albradatres filios ſuſtulit, Giſlebertum Lotharingiæ Ducem, Raginerum Longicollum, & Lambertum Comitem Louanienſem. Contra Normannos bella geſſit, & obijt circa an. 915.

Raginerus *II.* Longicollus, à S. Brunone

A. Colonienſi, & Archiduce Lotharingiæ in exilium pulſus, obijt circa an. 960. *pag.* 450.

Raginerus *III.* Haginoenſem Comitatum recuperauit circa an. 977.

Raginerus IV. Ragineri *III.* filius.

Richildis, Ragineri IV. filia, primùm Hermanno Comiti, pòſt Balduino VI. Flandriæ Comiti nupta. *pag.* 552. V.

Balduinus, Richildis & Balduini filius, vxorem habuit Idam.

Balduinus, Balduini & Idæ filius, vxorem habuit Iolem.

Balduinus, Balduini & Ioles filius, vxorem habuit Aleidam.

Balduinus Magnanimus, & vxor eius Margarita, Philippi Alſatij Flandriæ Comitis ſoror.

Balduinus, Bald. Magnanimi filius, Flandriæ & Hannoniæ Comes, pòſt Imp. Conſtantinopolitanus. X.

Ioanna, Bald. Conſtantinopolitani filia, maritos habuit Ferdinandum, Sanctij Portugalliæ Regis filium, & Thomam Sabaudum: ſed obijt improlis.

Margarita, Ioannæ ſoror, Ioanni Dampetræ nupta.

Ioannes IV. Auennenſis, Margaritæ & Burchardi Auennenſis filius.

Ioannes *II.* Aleidam Florentij IV. Hollandiæ Comitis filiam duxit, quæ mortuo

fratre

fratre Guilielmo, eiuſque filio Florentio Quinto, & ex eo genito, Ioanne I. Hollandiæ Comite ſine liberis vita functo, Hollandiam, Zelandiam & Friſiam Hannoniæ adiunxit, & quattuor iſtos Principatus ad duos ex ordine Guilielmos tranſmiſit.

Guilielmus prior cognomentum Boni meruit: poſteriori ſine prole defuncto Margarita Auguſta ſoror ſucceſſit, ex qua Ludouicus Bauarus Cæſar genuit Guilielmum & Albertum.

Albertus, fratri mentis inopi ſuperſtes, filium reliquit Guilielmum: cuius hæreditatem filia vnica Iacoba Bauara adijt: quæ à Ioanne patruo armis laceſſita, *Philippo* Bono, Burg. Brabantiæque Duci, Hannoniam, Hollandiam & reliquas prouincias tradidit, vt heredi legitimo ex vtroque parente.

Comites Hollandiæ.

Theodericus I. Walgeri filius.
Theodericus II. obijt an. 988.
Arnulfus, frater Egberti A. Treuerenſis.
Theodericus III. obijt an. 1039.
Theodericus IV. deceſſit 1048.
Florentius, Theoderici frater.
Theodericus V. Florentij filius.
Florentius II. Pinguis.

Theode-

Theodericus VI. Florentij II. filius obijt an. 1163.

Florentius III. Theoderici filius, obijt an. 1190.

Theodericus VII.

Guilielmus *I.* Theoderici VII. frater.

Florentius IV. Guilielmi filius.

Guilielmus *II.* Rex Romanorum, cæſus à Friſijs an. 1255.

Florentius V. obijt an. 1296.

Ioannes I. deceſſit an. 1300.

Ioannes *II.* Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ Comes.

Guilielmus *III.* cognomento Bonus, obijt an. 1337.

Guilielmus IV. apud Staueram occiſus an. 1345.

Guilielmus V. Ludouici Bauari Cæſaris filius, Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ Comes, obijt an. 1377.

Albertus *I.* Guilielmi frater.

Guilielmus VI. obijt an. 1417.

Iacoba Bauara deceſſit an. 1436.

Philippus Bonus, Burg. Brabantiæque Dux. Reliquos vide ſupra.

Comites Cameracenſes.

Rodulfus, Balduini Ferrei Flādriæ Comitis filius, an. 899. in prælio occiſus.

Bal-

Anno Balduinus Balzo, anno 793. obijt.

Iſaacus Rodulpho ſucceſſit iuxta quoſdam. *pag.* 430. 448.

Comites Bononienſes ad mare, & Lenſienſes in Arteſia.

I.

III. EVſtathius I. vxorem habuit Machtildem, Henrici Comitis Louanienſis filiam.

Euſtathius II. Euſtathij I. ex Machtilde filius, coniugem habuit Idam, Godefridi Barbati ſenioris, Lotharingiæ Ducis, filiam, Godefridi Gibboſi ſororem. Ex ea liberos ſuſtulit, ***Godefridum Bullonium, Balduinum,*** Reges Hieroſolymitanos ex ordine, ***Euſtathium,*** & ***Guilielmum***: quorum poſtremus à

III. Tyrio De bello ſacro lib. 9. cap. 5. memoratur.

Euſtathius III. ex Maria coniuge filiam reliquit Grahaldim, alijs Mathildem, Comitatus Boloníenſis heredem: quæ nupſit Stephano Bleſenſi, Mortaniæ apud Normannos Comiti, pòſt Angliæ Regi; vt Tilius narrat.

Idem Euſtathius III. filium habuit Rodulfum; ſed qui ante patrem obijt, aut naturalis fuit.

Guilielmus & Matthæus Comites. *pag.* 744. 765.

Comi-

Comites Einhamenſes in Flandria.

GOdefridus Comes Virdunenſis & Einhamenſis an. 1005 floruit. *pag* 553.

Hezcelo, Godefridi filius, Virduni monachus ad S. Vitonum obijt. Is filiam reliquit. Comitatus Einhamenſis heredem, Raginero IV. Haginoenſi Comiti nuptam. *Ibidem.*

Comites & Marchiones Namurcenſes.

BErengarius, S. Gerardo Abbati & fundatori Bronienſi familiaris. *pag.* 448.

Albertus, Ermengardem, Caroli Lotharingiæ Ducis ſororem, habuit vxorem. *pag.* 554.

Albertus Alberti filius. *ibidem.*

Godefridus, Alberti filius.

Aleidis, Godefridi filia, & Balduinus III. Comes Hannoniæ. Hunc Marchionem Namurcenſem ab Henrico Cæſare, Frederici filio, creatum fuiſſe volunt.

Henricus, Namurci & Luxemburgi Comes.

Philippus, Balduini filius.

Gelriæ Præfecti, Comites ac Duces.

WIchardus de Pont. obijt circa an. 910.
I. Gerlacus, Wichardi filius.
Godefridus, Wichardi filius.
Wichardus II. Godefridi filius.
V. S. Megengoſus, & Girberga vxor eius fundarunt Vilicenſe templum, prope Coloniam Agrippinam. Faſtos noſtros Belgicos 19. Dec & 5. Febr. conſule.
Wibingus ſeu Wichingus.
Wichardus III. Wichingi filius.
Adelheidis, Wichardi III. filia, & Otho.
Gerardus Comes de Gelre, Othonis & Adelheidis filius, fratrem habuit Henricum, & an. 1096. ſubſcripſit diplomati Affligemienſi, quod in noſtro Codice Donationum cap. 68. exſtat.
X. Henricus, Gerardi filius, Gelriæ & Zutphaniæ Comes, condidit monaſterium Betlehem prope Dotichemium opidum.
GerardusII. Henrici filius, Idam, Matthei & Mariȩ Comitiſſæ Bolonienſis filiam, habuit vxorem.
Otho *II*. Gerardi *II*. frater.
Gerardus III. Othonis II. filius, Ruræmondæ tria monaſteria, videlicet Cartuſianorum, Franciſcanorum, & tertium virginum exſtruxit.
Otho III. Claudus condidit virginum

cœnobium, quod Vallis Comitis, *Graueudal* dicitur, ibidem ſepultus.

Rainald. I. Gerardi *II.* filius, obijt an. 1326.

Rainaldus II. Rufus, Gelriæ Dux primus an. 1339 creatus à Ludouico Bauaro Cęſare.

Rainaldus *III.* Pinguis Cartuſiam prope Arnhemium condidit, & an. 1371. deceſſit.

Eduardus obijt ſine liberis.

Guilielmus *I.* Dux Iuliacenſis.

Rainaldus, Guilielmi *I.* frater, obijt ſine liberis.

Arnoldus, Rainaldi IV. ex ſorore pronepos.

Adolphus Egmondanus.

Carolus Egmondanus.

Carolus V. Imperator.

Comites Virdunenſes. XX.

Godefridus Comes Virdunēſis & Einhamenſis. *pag.* 552.

Godefridus, Godefridi Comitis filius, Dux Lotharingiæ inferioris, obijt improlis anno 1023.

Gothilo Magnus, Godefridi Improlis frater.

Godefridus Barbatus ſenior.

Godefridus Gibboſus. *pag.* 511.

Godefridus Bullonius. *Ibidem.*

FINIS.

786714

INDEX RERVM.

Abbatia Benedictinorum. pag. 234. 292. 543. 675. *Canonicorum regularium.* 243. 546. 675. 789. *Ciſtercienſium* 788. *Præmonſtratenſium.* 785.
Albertus Eremita Epiſc. Bethlemicus. 774.
S. Albertus Epiſc. Leodienſis. 776.
Aloſtani Comites. 750. 853.
S. Amandus Epiſc. Traiecti ad Moſam. 107.
S. Amatus Epiſc. Duaci patronus. 215. 232.
S. Ambroſius Treueros venit. 92. 95.
Angli & Saxones Britanniā occupant. 124.
Antonini Itinerarum. 25.
Antuerpiæ prædicat Humbertus. 211. *VVillibrordus* 253. *Norbertus* 659. *vaſtatur ea à Normannis* 316. *eius Marchiones* 839. *Canonici.* 659. 703.
Aquitaniæ regnum deſinit. 339.
Arauſion. Principatus accedit Naſſauijs. 804
Arnulfi Comites, Hollandus, Gandenſis & Valentianenſis. 550.
Arminianorum ſecta & factio. 811. 818.
Aroaſia caput Congreg. Can. regular. 804.
Arx Britannica. 45.
Atrebati manna pluit 83. *Cereus miraculoſus.* 693.

Atre-

Atrebatenſis Eccleſia per S. Remigium fundatur, 157. *propriũ accipit Epiſcopũ.* 651.
S. *Aubertus Epiſc. Cameracenſis.* 295.
S. *Audomarus Epiſc. Morinenſis & Bolonienſis.* 191. 197.
Aufridus Comes Louanienſis, pòſt Epiſcopus Vltraiectinus. 540.
Auſtraſiæ Reges. 828. *Duces.* 830.
B*aldericus E. Nouiomen. ac Tornac.* 691.
Baldricus Epiſc. Vltraiectinus. 495.
Balduinus Ferreus Flandriæ Comes. 368.
Bauaci antiquitates Romanæ. 39.
S. *Bauo Gandaui patronus.* 185.
Beguinarum origo. 757.
Belgicæ diuiſio 79. *deſcriptio per Ptolomeũ* 200. *in Antonini Itinerario* 25. *in tabula Peutingeriana* 32. *in Notitia Galliæ* 104. *in Notitia Imperij.* 128.
Belgæ à Romanis deficiunt. 103.
Benedictinorum Abb. 234. 292. 543. 675.
Berengarius Rex Italiæ, filius S. Euerardi Ciſonienſis. 420.
Bertholdi Grimbergæ domini. 740. *vincũtur à Godefrido Duce Brabantiæ.* 742.
S. *Bertinus Abbas.* 199. 231.
Bohemiæ primus Rex. 740.
Bohemorum rebellio. 819.

Bolonienſes ad mare Comites. 848.744.
Bonifacius A. Moguntinus & Vltraiect. 275.
Brabantiæ Duces. 835.
Bracbatenſis pagi, amplitudo. 604.
Brunechildis Regina Francorum. 38.
Bullonienſe territorium. 618.
Burgundiones Rhenum tranſeunt. 60. 86. *fiunt Chriſtiani.* 123. *Burgundiæ Regum ſtemma.* 463. *Ducum.* 467. *vltimus Rex Rudolphus Ignauus.*
S. Bruno A. Colonienſis 493. *moritur.* 520.
S. Bruno Cartuſianorum fundator. 641.
Cameracenſes Comites 847.430.448.
Cameracenſis Comitatus datur Erluino Epiſcopo. 557.
Canonicorum collegia 229.547.666.791.
Canoniſſarum collegia. 242.
Canonicorum regularium monaſteria. 243. 546. 775. 689.
Carauſius Belgico littori Præfectus. 56.
Carbonaria ſilua, nunc Hannonia. 97.122.
Carolus Martellus 257. *eius proles.* 259.
Carolus Mag. 282. *vxores ac liberi.* 300.
Carolus Caluus Imp. moritur. 399.
Caroli Simplicis annorum exordium. 429.
Carolus Bonus Flandriæ Comes. 208.
Carolus Dux Lotharingiæ. 529.

Cereus

Cereus Atrebatẽſis. 693. Bethunienſis. 768.
Chriſtianiſmi antiquitas in Belgica. 14. 43.
Q. Cicero Tullij frater in Gallia Legatus. 1.
Circus Rom. & Aquæductus, Bauaci. 39. 40.
Ciſtercienſis ordo fundatur 662. Abbatia eiuſdem ordinis in Belgica. 788.
Claudij Ciuilis bellum Batauicum. 16.
S. Claudius Epiſc. Veſontinus. 230.
Clericorũ S. Pauli origo. 504. Oratorij. 818.
Clodoueus Rex. 147. baptizatur. 150.
Colonia Agrippina conditur. 13.
Comites qui olim dicti, nec ij hereditarij. 347.
Concilium Aquiſgranenſe 307. Eponenſe. 153. Liptinenſe. 262.
Cukẽſium Comitum ſedes olim Grauia. 711.
DIonyſius Epiſcopus Pariſienſis quando vixerit. 49.
Dionyſius Exiguus Æra Chriſtiana inuentor. 159.
Druſus Germanicus moritur. 8.
Duagium, nunc Duacum opidum. 458. 473.
Ducatus in Germania diuerſi ſub Imp. 567.
Duces & Comites olim non erant hereditarij. 347.
EGmonda datur Theoderico I. Holland. Comiti. 849.

Einhamenſes Comites in Flandria. 530. 553. 608. 849.
S. Eligius Epiſc. Tornacenſis. 206.
Epiſcopatus à Carolo Magno fundati. 300. ab Othone III. Imp. 575. à Taſsilone Duce Bauariæ 288.
Eponenſe concilium vbi habitum. 153.
Eucharistica miracula in Belgio. 799.
Exactiones pro Normannis factæ. 395.
Exemptiones ab Epiſcopis olim datæ. 203.
Falcoburgenſes Comites trans Moſā. 702.
Fladirtinga ſedes veterum Hollandiæ Comitum. 589.
Flandriæ Comites. 481. 368.
Flandriæ prima apud veteres mentio. 349.
Flodoardi Chronicon incipit. 439. deſinit. 481. moritur. 521.
Foſſa Druſiana. 7. Corbulonis. 13. inter Moſellam & Ararim. 14.
Francorum veteres ſedes. 52. 70. fiunt Chriſtiani, 71. 122.
S. Fredericus Epiſc. Vltraiectinus. 314. 319.
Friſij cum Anglis & Saxonibus Britanniam occupant. 124.
Friſonum Comites Gerolphus & Gardolphus 417. VValtgarius Gerolphi filius. 429.

Galliæ

GAlliæ diuiſio multiplex. 79.
Gandenſis caſtri Comites. 843. 517.
Gauena ius ſeu penſitatio quid. 771.
S. Gaugericus Epiſc. Cameracenſis. 180.
Gerardi Roſsilonij Comitis vita. 363.
Germania prima & ſecunda. 79.
S. Gertrudis Niuellenſis Abbatiſſa. 192.
Gelriæ Comites & Duces. 850.
Giſlebertus Lotharingus, alius à Giſl. Burgundo, Manaſsis filio. 458.
Gleba terræ olim ad altare offerri ſolita 725
God. Bullonius fit Marchio Antuerpienſis. 627. 652. ad Terram ſanctam proficiſcitur. 656. moritur. 677.
Gomariſtarum hæreſis, quæ olim Prædeſtinatorum. 337.
Gothorum irruptiones. 104.
Gregorius A. Turonenſis & Hiſtoriogr. 173.
Grimberga domini Bertholdi. 216. 727. 731. 742.
S. Gudila Bruxellenſium patrona. 183. 246.
S. Guido Anderlaci patronus. 563.
S. Gulielmus Dux Aquitaniæ. 719.
S. Gummarus Liræ tutelaris. 271.
HÆreſes Libertinorum & Sacramentariorum 803.
Hannoniæ Comites. 844. 448.

S. Hate-

S. Hatebrandus Abbas in Friſia. 765. 783.
S. Helena Imperatrix. 65.
S. Hermetis reliquiæ Rotnaci. 362.
Herſtallium oppignoratur Rodulpho Epiſc. Leodienſi. 755.
Hibernia fit Chriſtiana. 125. *conceditur Anglo ab Hadriano IV. Papa.* 737.
Hincmarus A. Remenſis. 333.
Hollandia vnde dicta. 318. *Comitatus initium.* 436. *Comites* 846.
S. Hubertus venatorum patronus. 229. 246. 254.
Hugo Capetus fit Rex Francorum. 533. *eius proſapia.* 331.
S. Humbertus Epiſc. & Abbas. 211.
Humiliatorum ordo in Italia. 755.
Hungari Belgicam vaſtant. 493.
Hunnorum in Belgicam irruptio. 87. 91.
IGnatius Loiola, Soc. Ieſu conditor. 818.
Ignis ardentis ſeu ſacri lues. 479. 646. 711.
Innocentius II. Papa Leodij & Bruxellis agit. 713. 714.
Ioanna Papiſſæ fabula exploſa. 750.
Iulianus Apoſtata. 72.
Iulius Cæſar in Belgicam venit. 1.
Iuſtinianus Imp. 167.

Lam-

Lambertus Epiſc. Leodienſis. 213.
Ledo nunc Lira opidum Brab. 270.
Lenſienſes Comites in Arteſia. 848.
Leo IX. Papa. 593.
Limburgēſes Comites & Duces. 511. & ſeq.
Limburgum accedit Brabantiæ. 738.
Liptinenſis ſynodus in Hannonia. 262.
Lotharingia vnde dicta. 353. Reges. 438. 831. Duces. 504. 832.
Lotharienſis regni diuiſio inter Ludouicum & Carolum Caluum. 737.
Louanienſes Comites. 598. 838.
Ludouicus Pius Imp. 305. Liberi. 320.
Mahometes Pſeudopropheta. 186.
Malina & Ledo. 270.
Manna pluit Atrebati. 83.
Manſorum triplex genus. 398.
Marchiones Antuerpienſes. 839.
Marcomannica victoria. 19.
Mardica, portus Romanorū in Flādria. 130.
Marianus Scotus Chronographus. 637.
S. Mariæ cultus & miracula Bruxellis in S. Nicolai templo. 734. in Laken. 563. in Caleuoirt. 800. in Colle acuto. 827. Meſſinis. 636.
Marſna palatium prope Traiectum Moſæ. 336. 522.

Marti-

Martinus Epiſc. Turonenſis 74. 93. *moritur.* 99.
Maternus I. Tungrorum Epiſcopus. Maternus II. 64.
Mechlinienſe Canonicorum collegium. 548.
Miſsi & Miſſatici ſeu Miſſatica. 346.
N *Amurcenſes Comites* 554. 778.
Namurcum munit Rotbertus. 514.
S. Norbertus 699. *moritur.* 718.
Normanni 333. *Louanij caſtra metantur,* 411. *ibidem caduntur.* 423.
Notitia Galliæ. 104. *Imperij.* 128.
O *ſipo à Belgis eripitur Mauris.* 732.
Oratorij clericorum congregatio. 818.
Ordo S. Baſily. 804. *Ciſtercienſium.* 662. *Humiliatorum.* 755. *Miniſtrantium infirmis,* 806. *Præmonſtratenſium.* 699, *Templariorum,* 796. *Teutonicorum.* 770. *Trinitatis.* 780.
Othones tres Imp. 420. 523. 549.
Otho Dux Lotharingiæ. 552.
P *Agus, pays, ſeu diſtrictus.* 347.
S. Pauli Comites in Arteſia. 616.
Petrus Eremita, belli ſacri tuba. 692.
Peutingeriana tabula Itineraria. 32.
Philippus Nerius auctor Cong. Oratorij. 811.
Pipinus Landenſis. 115. *moritur.* 191.

Quinti-

QVintilij Vari cædes trans Rhenum. 10.
RAgineri 4. Comites Hannoniæ. 448.
Regula Canoniſſ. & Canonicorũ. 307.
Remenſe chriſma cælitus acceptum. 372.
S. Remigius Belgarum Apoſtolus. 157.
Rolandus Britannico littori Præfectus. 284.
Roruc Princeps Doreſtati. 338. 357.
Rudolphus I. Imp. Auſtriacus. 383.
S. Rumoldus Mechlinienſium patronus. 238.
SAnctenſe opidum vnde dictum. 58.
Scotia fit Chriſtiana. 125.
S. Seruatius Tungrenſis Epiſcopus. 67. 75.
Sicambri hodie Gelri. 148.
Silua Ducis vrbs Brab. conditur. 766.
Sinarum regni ſtatus. 816.
TAnchelini hæreſis Antuerpiæ. 695.
Taſſilo Bauariæ Dux. 287.
Templarij caſi. 796.
Teutonicorum Equitum ordo. 770.
Thebææ legionis martyres. 55.
Tornacenſis eccleſia à Chilperico Rege dota- tur 170. proprium accipit Epiſcopũ. 729.
Trinitatis ordo. 780.
S. Trudo Sarcinij & Brugarũ dominus. 217.
Tungri exciſi ab Hunnis. 92.
Turci prævalent inter Saracenos. 635.

Valentianenſis Comes Arnulfus. 553.
Vallis Telina occupatur à Griſonibus. 802. malè tractatur ab hæreticis. 822.
Vandalorum irruptiones. 100.
S. Vedaſtus I. Epiſc. Atrebatenſis. 162.
Veromanduorum Comites. 476.
Verona Friſiæ vrbs vetus. 59.
Veronicæ ſudarium Monaſterioli. 794.
Viæ militares Rom. per Belgicam. 38.
Virduni Comites. 851.
S. Vrſula cum ſodalibus. 93.
VValdetrudis Mõtenſium patrona. 199.
VVaſia datur Theod. Comiti. 370
S. VVillibrordus Holl. & Antuerp. Apoſtolus. 225. 253.
S. VVinocus Abbas. 250.
Zelandiæ Comes I. Eggihardus. 317.
Zelandia datur Balduino Flãdro. 556.

FINIS.

Corrigenda.

Pag. 128. Circo Tungrenſi. lege. Bauacenſi.
23. Sexto ſæculo. lege. Septimo.
292. VVerdena. lege. VVerda.
442. Carolus r. tineret. lege, Aucupi cederet.
510. l. 3. Godefridi Einhamenſis. lege. Improlis.
510. l. 25. Cognom. Iuſtus. lege. Barbatus ſenior.
511. l. 4. Godefridi Iuſti. lege. Barbati ſenioris.
121. Ariſpolinorum. lege. Criſpolinorum.

SVMMA PRIVILEGII REGII.

PHILIPPI IV. Regis Catholici Belgarumque Principis diplomate ſancitum eſt, ne quis AVBERTI MIRÆI ANNALES RERVM BELGICARVM, præter ipſius voluntatem intra ſexennium imprimat, aut alibi excuſos diuendat, ſub pæna confiſcationis eorumdem librorum, & 30. Florenorum. Datum Bruxellæ 16. Martij. 1624.

Signat. STEENHVYSE.

APPROBATIO CENSORIS.

ANNALES rerum toto fere orbe geſtarum & præſertim IN BELGICIS ditionibus, à Iulij Cæſaris in Belgicam aduentu vſque ad annum 1624. magno labore & induſtria R. D. AVBERTI MIRÆI collectos & concinnatos, & per locos communes ſeu claſſes quaſdam, ac variorum argumentorum varias manſiones diſtinctos, perutiles exiſtimo, qui cum euidenti Belgicæ nationis honore, omnium litteratorum manibus terantur: vt pote in quibus parātam ad quoduis argumentum ſegetem ac meſſem vberrimam reperient. Quare cum fructu typis excuſi vulgabuntur. Datum Bruxellæ Kalendis Aprilis, 1624.

HENRICVS SMEYERS
S. Th. Licentiatus, Scholaſticus Bruxel. Librorum Cenſor.